



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Die Urkunden des Bisthums Münster von 1201 - 1300

Wilmans, Roger

Osnabrück, 1973

Die Urkunden Des Bisthums Münster. 1201-1300 II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76285)

DIE URKUNDEN

DES

BISTHUMS MÜNSTER.

1201 — 1300

II.

DIE ERKUNDE

DE

BISTHUMS MÜNSTER.

1201 — 1200

II.

Sühnvertrag zwischen B. Otto II. und den Friesischen Brocmännern. 1250 (1251) Februar 16. Laer ¹⁾. - *Or. Fr. Münster U. 78^a; Abschr. Msc. I. A. p. 189; II. 15. p. 105; lückenhaft gedr. Niesert U.-B. I. I. p. 71; hieraus wiederholt* ²⁾ *v. Richthofen, Friesische Rechtsquellen I. 138.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus omnibus presentis pagine scriptum inspecturis salutem in eo, qui salus est omnium et solamen. Hec est forma compositionis facte inter nos et gentem nostram Brocmannorum super articulis subnotatis: Primum est, quod omnes ecclesie constitute sub consulatu Brocmannorum exempte sunt a synodatione domini Lutwardi de Hinte; et pertinebit ad nos et successores nostros, synodalibus laicorum per nostros nuntios providere. Ad quod ordinate sunt sex ecclesie, videlicet curia sancte Marie et Butac, Wibadeshof et Lopessumwalde, Godekakirl et Aldegundeswald ³⁾, ita quod in tribus illarum uno anno et alternatim in aliis tribus altero anno per duos dies in singulis debent synodi principales observari. Nuncios autem nostros in honesta procuracione iuxta aliarum ecclesiarum consuetudinem exhibebunt. Clerici vero ad matriculares ecclesias sicut prius in synodalibus habebunt recursum eo excepto, quod denunciatio in capitulo Hinte ad dominum Lutwardum de cetero non spectabit. Item sacerdotes Brocmannorum non advocabunt in causis civilibus, nisi quatenus conceditur a iure. Item interdictum vel excommunicatio ob culpam private persone non fiet in aliqua ecclesia, nisi monitione premissa, prout in aliis parrochiis Frisie Monasteriensis diocesis observatur. Item taxatio hannonum non erit alia in partibus illis, nisi que in aliis partibus Frisie Monasteriensis diocesis consuevit observari. Item de paupere profugo, qui pugnam vel homicidium committit, stabitur sentencie episcopi, quam prudentiores Frisie Monasteriensis diocesis de maturo consilio duxerint approbare. Item de excessibus Brocmannorum, quos contra ecclesiastica iura commiserant in conspiracione, in destruccione domus dotalis ⁴⁾ Hinte, in defectu iusticie pro Wilbrando presbitero occiso, pro quo, ut accepimus, cum heredibus ita terminatum est, quod eis et nobis sufficere debet, et de omnibus aliis offensis novis et veteribus, que nostram iuridicionem contingunt, tam pro clericis quam pro laicis conplanatum est per summam nobis in compositione ordinatam. Item Brocmanni expulsos vel gravatos ob causas predictas receperunt in gratiam terre ea obligatione, quod eis plenarie restituant beneficia sua, possessiones, pignora et res alias in pace et quiete possidendas. Item contra leges matrimonii nulla fiet dissimulatio alicuius respectu pecunie vel favoris. Item Brocmanni frequentabunt nundinas Saxonum in nostro districtu, sicut alii Emesgones, sub bona pace et quiete. Ut autem hec ordinatio nostra rata et inconvulsa permaneat, presens scriptum nostro et capituli nostri sigillis fecimus communiri. Datum Lare a. D. M^o. CC^o. quinquagesimo, die Juliane ⁵⁾ virginis, XIII^o. Kal. Martii.

Die anhängenden Siegel des Bischofs und des Dom-Capitels haben sehr gelitten.

¹⁾ Ueber die Veranlassung zu diesem Vertrage ist aus den Friesischen Geschichtsquellen Nichts bekannt, wenn man hierauf nicht eine Stelle bei Menco l. c. p. 145 über die Zerstörung einer Kirche durch die Friesen im J. 1247 beziehen will. Vgl. Klopp Gesch. Ostfrieslands I. p. 123.

²⁾ Aber fälschlich z. J. 1253.

³⁾ Nach Klopp I. I. jetzt: „Marienhufe, Engerhufe, Wiegholdsbur, Loppersum, Bedekaspel und Blaukarken“.

⁴⁾ Des Pfarrhauses.

⁵⁾ „Lucie“ fälschlich das Domcapitel.

Westfäl. Urk.-Buch. III. A.

524.

* *Der Dompropst Wilhelm überträgt dem Kapitel zu St. Mauritz eine Hove in Handorf. 1251 April 9. — Abschr. Msc. I. 69. f. 173; hieraus copirt IV. 3. p. 41.*

(Wilhelmus Dei) gratia maioris ecclesie et ecclesie sancti Mauriti prepositus Monasteriensis. Notum facimus universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod nos hovam in Hondorp, cuius proprietatis ad ecclesiam beati Mauriti noscitur pertinere, ad liberam resignacionem Helmici eiusdem ecclesie canonici, qui de manu bone memorie Ludolphi quondam prepositi sancti Mauriti predecessoris nostri tenebat eandem, decano et capitulo sancti Mauriti liberaliter contulimus et assignavimus cum omnibus suis attinentiis perpetuo possidendam. Ut autem predicta rata et inconcussa permaneant, presentem paginam super hoc conscriptam, sigilli nostri impressione fecimus roborari. Acta sunt hec anno Domini M^o.CC^o.LI^o in die palmarum, presentibus: Stephano decano maioris ecclesie, Hermanno preposito nove ecclesie¹⁾, Johanne Werenzen thesaurario, Ernesto cantore, Bernardo de Hasbecke, Renfrido canonicis maioris ecclesie Monasteriensis, Bernardo canonico sancti Pauli, Jordano decano, Engelberto thesaurario, Conrado cellerario, Everardo, Gerlaco, Giselberto canonicis sancti Mauriti, Godefrido de Dernebocholté, Arnolde sacerdotibus, magistro Lutberto et aliis quampluribus.

525.

Gr. Engelbert von der Mark bezeugt, dass cum inter venerabilem dominum Monasteriensis ecclesie episcopum Ottonem ex parte una, et dilectum patrem nostrum Adolphum comitem de Marcha²⁾ et fratrem nostrum Ottonem comitem de Althena et nos ex parte altera, super quibusdam causis exorta fuisset discordia, turrin ecclesie de Marcha, de qua timebamus nobis imminere dampna et gravamina, destrui fecimus, wofür er die Kirche zu Mark durch einen Mansus in Schmehusen entschädigt habe. 1251 Mai 1. — Lacomblet II. Nro. 369.

526.

Papst Innocenz IV. Privilegium für den Cistercienserorden, wonach seine kurz zuvor erlassene Constitution des Inhalts, ut exempti, quantacunque gaudeant libertate, nichilominus tamen ratione delicti seu contractus aut rei, de qua contra ipsos agitur, rite possint coram locorum ordinariis conveniri, et illi quo ad hec suam in ipsos iurisdictionem, prout ius exigit, exercere, den Freiheiten und Gerechtigkeiten des Ordens in keiner Weise prejudiciren soll. Datum Janue XII. Kal. Julii, pontificatus nostri anno octavo. (1251 Juni 20 Genua.) — Nach einem Vidimus des J. 1295, Marienfeld U. 318.

527.

* *Das Kloster Liesborn verkauft der St. Ludgeri-Kirche in Münster einen Zehnten in Dolberg. 1251 Juli 21 Münster. — Abschr. Msc. I. 70. f. 3; hieraus copirt II. 13. p. 99; IV. 3. p. 157.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Godefridus Dei gratia abbas Lesbernensis, prior et conventus eiusdem ecclesie etc. Innotescat igitur universis tam presentibus quam futuris, quod nos ecclesie

¹⁾ Mit diesem sonst ungewöhnlichen Ausdruck dürfte, falls nicht ein Schreibfehler anzunehmen ist, der alte Dom gemeint sein, dessen Propst Hermann in den J. 1250—1256 urkundlich genannt wird.

²⁾ stirbt 1249 Juni 28; vgl. v. Steinen I. p. 130; Bischof Otto aber trat in der Mitte des J. 1247 sein Amt an; zwischen diesen Jahre muss demnach seine sonst nicht erwähnte Fehde mit dem Grafen von der Mark fallen.

nostre necessitate pariter et utilitate pensatis de communi omnium fratrum nostrorum consilio, accedente nichilominus venerabilis patris domni Ottonis secundi Monasteriensis episcopi auctoritate pariter et consensu, decimam nostram in parrochia Dulberge sitam ecclesie sancti Ludgeri Monasteriensi pro LXVI marcis usualis monete vendidimus et eam decano et capitulo manualiter resignavimus et presenti scripto libere resignamus. In cuius rei testimonium hanc nostram cartulam ecclesie et abbatis nostri sigillis duximus consignandam. Acta sunt hec Monasterii in ecclesia sancti Ludgeri anno domni M^o.CC^o.LI^o, XII Kal. Augusti, coram testibus subnotatis: Arnolde decano, Frederico scolastico, Wescelo thesaurario, Wolcwinio, Frankone, Thiderico, Walthero, Wicholdo, Heydenrico canonicis et magistro Symone rectore scolarium ecclesie memorate, Johanne plebano in Vughtorpe, Wescelo Kerstianinc, Hugone Everberinc, Everhardo subdyacono, Hermanno campanario; militibus: Hermanno de Sutbeke, Arnolde fratre gogravii de Telget; Wernhero pistore, Hermanno de Otmersbocholte, Teizone, Alexandro Veldassin civibus Monasteriensibus, et aliis quam pluribus fide dignis. —

528.

* *B. Otto II. bestätigt die Erwerbung verschiedener Zehnten seitens des Kl. Liesborn. 1254, wohl bald nach dem 21. Juli*¹⁾. — *Or. Kl. Liesborn U. 64; Abschr. Msc. I. 99. f. 39; I. 101. f. 27; II. 203. p. 42; IV. 7. p. 114.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus. Ne rei geste memoriam per temporis intervalla consumat oblivio, dignum est, eam perpetua scripti soliditate roborari. Ad noticiam igitur tam presentium quam futurorum volumus pervenire, nos decimam in Gronhorst in parrochia Wardeslo²⁾ sitam cum minuta decima abbati et conventui Lysebornensi contulisse perpetuo possidendam. Quam decimam Gerhardus dictus Bruno ministerialis noster de manu nostra, et ab ipso Theodericus de Havelde, a Theoderico vero Hermannus filius quondam Gerwini patris iam dicti Theoderici iure tenuerunt feudali. Conventione itaque facta inter prefatos . . . abbatem et conventum ex parte una et dictum Hermannum ex altera de certa pecunie summa, centum videlicet marcis, eodem Hermannus una cum uxore sua Elizabet et fratre suo Gerardo dicto Clot et sorore sua Diciane necnon et duobus filiis suis, quos habebat, Hermannus et Rodolfo et filia sua Altheide in manus prefati Theoderici, Theoderico vero de consensu Alberti fratris sui in manus iam dicti Gerardi, Gerardo autem una cum tribus filiis suis Bernharde, Gerardo et Conrado prefatam decimam in manus nostras vicissim resignantibus, nos intuitu retributionis eterne ipsam cum omni integritate iam dictis . . . abbati et conventui conferentes plenam eis warandiam ipsius decime presentium tenore prestamus, omnibus nichilominus innotescentes, quod dictus abbas et conventus suos decimam in Dulberge decano et capitulo sancti Lutgeri Monasteriensi sexaginta sex marcis usualis monete vendentes ipsam pecuniam in emptionem decime Gronhorst quam prediximus converterunt. Nos autem ipsam decimam Dulberge eisdem decano et capitulo contulimus libere possidendam. Insinuamus etiam scire volentibus contulisse nos . . . prefatis abbati et conventui decimam in Bovinctorpe ad petitionem Andree militis dicti de Boyderike, ipso Andrea cum uxore sua Margareta et filio suo Wilhelmo pro se et heredibus suis decimam eandem in manus nobilis viri Conradi comitis de Retberg, qui tutelam dignitatis Horstmarie tunc gerebat³⁾ et a qua dignitate idem Andreas eandem in feodo tenebat, Conrado autem comite ipsam in manus nostras vicissim prius resignante. In cuius rei argumentum presentem paginam sigilli nostri impressione consignantes, contradictores quoscunque et re-

¹⁾ Dies ergibt die Beziehung auf die vorhergehende Urkunde. — ²⁾ Im Kirchspiel Wadersloh kann ich eine Ortschaft „Gronhorst“ nicht nachweisen. Eine Bauerschaft dieses Namens liegt aber in Kreise Warendorf. — ³⁾ Dies steht wahrscheinlich im Zusammenhange damit, dass Conrad's Sohn Friedrich mit Beatrix, der Erbin von Horstmar, verheiratet war.

belles excommunicavimus et excommunicamus. Testes huius rei sunt: Stephanus decanus, Hermannus scolasticus maioris ecclesie nostre, magister Fredericus scolasticus sancti Ludgeri, Thomas sacerdos cappellanus noster, magister Fredericus notarius noster; laici nobiles: Conradus comes de Retberge, Rabodo de Westeringwinkle, Wilhelmus dictus Ruz; ministeriales: Bernhardus filius dicti Ruz, Albertus dapifer noster, Wesselus de Strunkede, Hermannus Werenzo, Hermannus filius burgravii de Recgede, Hinricus de Appeldorenbeke, Lodewicus de Wernen, Lubbertus de Suanesbulen officialis noster et alii quam plures. Acta sunt hoc anno Domini M^o.CC^o.LI^o 1).

Das Siegel ist gut erhalten.

529.

Hermann, Herr von Lon, bekundet, dass sein Bruder Otto von Lon, Canonicus zu Münster, mit seiner Einwilligung dem Domkloster daselbst einige Leute verkauft habe. 1251 September. — Abschrift Msc. I. 1. p. 379 2); hieraus copirt II. 15. p. 10; gedr. Niesert U.-B. I. II. p. 380.

530.

Zwischen der Kölnischen Kirche und dem Kloster Kappenberg werden mit Zustimmung der Dienstmannschaft des Vest's Recklinghausen Ministerialen ausgewechselt. 1251 October 1. — Abschr. aus dem Or. Msc. II. 45. p. 92; lückenhaft gedr. Kindl. Hörigkeit p. 278.

Nos Brunstenus miles de Westerhem, iudex ministerialium beati Petri, notum facimus universis presentibus scriptum inspecturis, quod de unanimi consilio ministerialium Theoderici et Everhardi, fratrum nostrorum Pelegrimi de Vore, Wenemari de Bachem, Hermanni de Hillen, Gerhardi de Holthusen, Lodewici de Waldorp militum, Bernardi de Hillen, Brunsteni de Westerhem iunioris, Gerhardi de Stenus, Herbordi Capitis, Conradi de Honhus, Gerhardi de Herderinchusen et aliorum quam plurium, Albertum sculthetum de Ruddinchove beati Petri et ecclesie Coloniensis ministerialem dedimus ecclesie Cappenbergensi, quendam dictum Gheyce de Berchusen eiusdem ecclesie hominem iusto cambionis recipientes pro eodem hoc tenore presentium protestamur. Datum et actum anno Domini M^o.CC^o.L^o. primo, Kalend. Octobris.

Das Siegel stellte nach Kindlinger den h. Petrus mit dem Schlüssel dar; von der Umschrift waren noch die Buchstaben . . . INISTERIA . . . RIKELINCHUS . . . zu erkennen

531.

Otto II, Bischof von Münster, bekundet, dass der Ritter Hermann von Velteten (Velsen) domum in Lindingen ab omni semper obligatione liberrimam, utpote legitimum allodium suum quod vulgo dicitur thurslacht eger an das Kl. Marienfeld veräußert habe. TT. Giselbertus pater uxoris Hermanni prefati, Heinricus de Bermentlo maritus matris eiusdem Hermanni, Hermannus de Hakenez et Johannes filius ipsius, Fredericus vocatus in Warendorp, Everhardus prior etc. Acta . . . a. d. i. MCCLI. — Or. Kl. Marienfeld U. 49. Abschr. Msc. I. 106. f. 24'; gedr. Kindl. Beitr. III. U. 192.

Das Siegel des Bischofs ist ziemlich gut erhalten, und auf der Rückseite mit dem Secret versehen. Das letztere stellt den h. Paulus im Brustbilde, mit dem Schwert in der Rechten, dar und führt die Umschrift: SECRETU. MONASTERIEN. ER

1) Die Zahl I ist in der Originalurkunde verblichen; dass sie aber wirklich dort gestanden, bezeugen die Abschriften beider Copiarien, Msc. I. 99 u. 101.

2) Eine andere aber fehlerhafte Abschrift liegt noch Msc. I. 51. f. 3'. vor.

532.

Der Dompropst Wilhelm bestimmt als Pfarrer zu Beckum, dass gewisse dieser Pfarre heimgefallene Lehn-
güter von seinem dortigen Pfarrvicar nach Weichbildsrecht ausgethan werden sollen. 1251. — Or. Fr.
Münster U. 79 ¹⁾; Abschr. Msc. I. 4. p. 367. und II. 23. p. 87; gedr. Niesert U.-S. II. p. 424.

In nomine Domini. Amen. Wilhelmus secundus Dei gratia Monasteriensis ecclesie prepositus archi-
diaconus et pastor ecclesie in Bekehem omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Innotescat tam future quam
presentis etatis hominibus, quod nos reditus ecclesie nostre in Bekehem pro utilitate tam propria quam
successorum nostrorum ampliare volentes, de voluntate pariter et consensu venerabilis patris ac domini
nostri Ottonis secundi Monasteriensis episcopi, priorum et capituli nostri, domum quandam in oppido Be-
kehem sitam cum agris ad eam pertinentibus, ab ecclesia nostra Bekehem descendencia, que Thidericus
de Heslere omagiali iure de manu nostra tenebat, et ex obitu ipsius Thiderici nobis absolute vacantia,
ordinationi fidelis nostri domini Hinrici perpetui vicarii de Bekehem commisimus, ut ea iuxta formam
subscriptam et eo iure quod wigbilithe vulgariter dicitur, locet et exponat sub annua pensione duorum
moltiorum tritici mensure Bekemensis proximo die dominico post festum Martini nobis nostrisque successo-
ribus singulis annis persolvenda, de qua pensione non ad illos quibus agri relictii fuerint sed ad vicarios
ecclesie in Bekehem, qui pro tempore fuerint, respectus perpetuus est habendus. Et si pensio predicta
suo tempore soluta non fuerit, detentores eius singulis diebus, per quos eam detinuerint, sex denarios da-
bunt in penam quousque sepe dicta plenarie persolvatur pensio. Denarii vero provenientes ex tali pena
non nobis vel nostris successoribus debentur, sed vicariis ecclesie memorate. Preterea possessores agro-
rum predictorum eos auctoritate propria vendere non poterunt nisi vicariorum qui pro tempore fuerint
mediante consilio, et tam venditores quam emptores agrorum sex denarios dabunt vicariis supradictis. Item
si domus, in qua prefatus Thidericus manebat, in plures areas scissa fuerit et divisa, nobis nostrisque
successoribus de qualibet area singulis annis in festo Luce evangeliste debentur duo denarii censuales.
Ut autem predictorum agrorum et arearum ordinatio, sicut superius tactum est, universis quibus assignati
fuerint eorumque successoribus, qui dictos agros et areas pro tempore habuerint, rata permaneat et in
evum firmiter perseveret, presentem paginam huius facti testimonialem diligenter conscribi et patris et domini
nostri Ottonis secundi Monasteriensis episcopi, capituli nostri et nostro sigillis fecimus communiri. Acta
sunt hec anno dominice incarnationis M^o.CC^o.L^o. primo.

Die drei Siegel sind mit grünen und rothen Fäden angehängt, zum Theil aber beschädigt. Das Siegel des Propstes zeigt
den h. Paulus in ganzer Figur, in der Rechten ein Schwert, in der Linken ein Buch haltend; zu seiner Linken
kniet eine Person in geistlicher Kleidung. Die Umschrift lautet: S. WILLI SECUNDI MONASTERIEN. PPOSITI.

533.

Die Brüder Otto, Graf von Altena, und Engelbert, Graf von der Mark, überweisen dem Hospital des
Stifts Kappenberg eine Hove zu Cothen, welche Gertrudis von Wickede zu diesem Behufe resignirt hat. 1251.
— Hier nach Erhard's Abschrift des Originals in dem Gräfl. Archive zu Kappenberg; nach Kindlinger's
Copie Msc. II. 45. p. 106 gedr. in dessen Volmestein II. p. 147.

Otto Dei gratia comes de Altena, Engelbertus comes de Marca, germani fratres. Ut acta patrum
felici recordatione transferantur ad filios, notum facimus universis hanc paginam in pecturis, quod domina
Gertrudis de Wickede cum liberis et heredibus suis, loco qui dicitur Berge is conparens,

¹⁾ Eine gleichlautende Ausfertigung beruht auch im Archiv der Stadt Beckum.

mansum quendam in Cothen, iurisdictionis nostre fundum, feodaliter sibi porrectum, multis coram positus in manus nostras resignavit, significans etiam nobis eundem mansum a domino Bernhardo nobis devoto et fidei dicto de Methlere, ecclesie Capenbergensis canonico, ad perpetuos usus infirmarie et canonicorum ibi decumbentium comparatum. Nos autem ad instantiam predicti B. de Methlere inpresentiarum tunc positi et amicorum eius nobis familiarium, hanc emptionem et precipue ordinationem ob infirmorum compassionem ratam habentes, iam dictum mansum ecclesie Capenbergensi ad usus canonicorum decumbentium, ut supra diximus, perpetuo contulimus possidendum. Ut autem hec rata permaneant et inconvulsa, et ne quis posteriorum, seu prelatorum seu officialium, prefatam ordinationem mutare subtrahere presumat vel cassare, presentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam, subnotatis testibus, quorum hec sunt nomina: Hugo prepositus, Gerhardus prior, Bernhardus cellerarius, Herimannus subprior, Albertus custos, Waltherus de Duleberge, Gerwinus de Rinkeode, Adolfus, Richardus et Hugo fratres de Boine, Godefridus de Hovele, Lubertus de Boine, Herimannus et Johannes fratres de Broke, Hinricus de Rura, Johannes de Dinchere, Arnoldus Masche, Arnoldus in Marcha plebanus, Werno notarius, Arnoldus, Theodericus, Herimannus et Everhardus et Giselerus fratres de Altena, Degenhardus Thop, Thitmarus de Ludelscede, Wilhelmus de Ekenstede, Macharius de Dungelen, Conradus de Didinchoven, Theodericus de Vitinchoven, Lambertus de Velmede, Lambertus de Soko et alii quam plures. Datum anno Domini M^o.CC^o.LI^o.

Die beiden Siegel sind in grünem Wachs abgedruckt und mit rothen und gelben Fäden angehängt. Auf dem kreisförmigen Siegel des Grafen Otto zeigt sich ein einfacher Wappenschild mit einem geschachten Balken und darüber hervorragenden wachsenden Löwen, mit der Umschrift: SIGILLUM OTTONIS COMITIS DE ALTHENA. †. Auf dem kleineren Rücksiegel befindet sich ein Wappenschild mit einem Löwen, mit der Umschrift: HIC LATET SECRETUM LITERE. — Das Siegel des Grafen Engelbert ist parabolisch, und hat dasselbe Wappen wie die Vorderseite des vorigen, mit der Umschrift: SIGILLUM DNI. ENGELBERTI DE MARCHA; ohne Rücksiegel.

534.

* Graf Dietrich von Isenberg bekundet seine Resignation auf den Zehnten in Fechtel¹⁾. 1251. — Orig. Kl. Marienfeld U. 123; Abschr. Msc. I. 106. f. 73.

Thidericus comes de Isenbergh omnibus in perpetuum. Noverint universi, quod nos decimam in Vectlere, quam de manu domini et consanguinei nostri Monasteriensis episcopi tenuimus in feodo, resignavimus et hoc presenti scripto sigillo nostro munito lucide protestamur. Datum anno Domini M^o.CC^o.L^o. primo. hiis presentibus: Ludolfo nobili de Stenvorde, Renfrido canonico Monasteriensi, Lutberto de Herenghen et Johanne de Hesnen.

Das Siegel ist abgefallen.

535.

* Rudolf von Borbein verkauft dem Kl. Marienfeld gewisse vom Osnabrücker Domcapitel lehnührige Zehnten in Uderenhorst und entschädigt das letztere durch Übertragung eines Hauses im Kirchsp. Ahlen. 1251. — Or. Kl. Marienfeld. U. 122; Abschr. Msc. I. 106. f. 142'.

In nomine Domini. Amen. Bruno Dei gratia Osnaburgensis ecclesie episcopus etc. Hinc volumus liquere, quod Rodolfus de Burbenne fructus decime de duobus mansis in Uderenhorst²⁾, quam de manu nostra iure feudali tenerat, cum omni prorsus integritate cenobio campi beate Marie, XVIII marcis acceptis, appropriavit et in manus nostras uxore sua pariter et heredibus eius consentientibus resignavit.

¹⁾ Vgl. oben Nro. 520. — ²⁾ Im Kirchsp. Langenberg (Kr. Wiedenbrück); Borbein ist eine Bauerschaft im Kirchsp. Ahlen.

eandem. Nos vero ad honorem Dei et beate virginis matris eius nostreque gratia salutis ipsius decime proprietatem prefato assignavimus cenobio perpetualiter possidendam. Quod inquam factum nostrum ut rationabiliter procederet, prenominatus Rodolfus proprietatem unius domus in Gereboldinchove in parochia Alen site nobis et ecclesie nostre titulo equiresponsionis, quod vulgo pragaria dicitur, pro decima ipsa refudit. Quam videlicet domum idem Rodolfus et sui heredes a nobis atque ab ecclesia Osnaburgensi loco eiusdem decime iure feudali tenebunt. Quapropter ut rata hec et firma permaneant, paginam presentem inde confectam nostri impressione sigilli fecimus communiri. Datum est autem hoc memoriale anno gratie M^o.CC^o.LI^o, indictione VIII^a. Testes huius rei sunt: Rodolfus abbas, Arnoldus hospitalarius, Henricus maior cellararius, Johannes monachi, Godescalcus maioris ecclesie Osnaburgensis canonicus, Johannes cappellanus in Redekenberg; item Amelungus de Gore, Rodolfus de Boklo, Rodolfus de Borbenne, Gerwinus, Rudcherus et Fredericus fratres de Bokenevorde, Andreas de Boderic, Conradus de Mechle, Albertus de Vurdinchusen, Godefridus de Lon et Arnoldus de Berge milites et alii quam plures.

Das anhängende Electensiegel Bischof Bruno's hat gelitten.

536.

* *Der päpstliche Legat Hugo, Cardinalpriester von S. Sabina, bestätigt den Beschluss des Münster'schen Domcapitels, dass die Vogtei (des Klosters ¹) zu Metelen künftig nicht mehr als Lehen ausgethan, sondern im Fall der Erledigung ihre Einkünfte der bischöflichen Tafel zugewiesen werden sollen. 1252 Januar 9.*

Cöln. — Abschr. Msc. I. 1. p. 23.

Frater Hugo miseratione divina titulo sancte Sabyne presbyter cardinalis apostolice sedis legatus dilectis in Christo decano et capitulo ecclesie Monasteriensis salutem in Domino. Supplicationibus vestris libenter annuimus et tanto ipsis liberius exauditionis gratiam exhibemus, quanto eas favori conspicimus aptiores. Oblata siquidem vestra nobis petitio continebat, quod vos, dyocesani vestri accedente consensu, deliberatione provida statuistis, ut quamprimum advocatiam in Metlen Monasteriensis dyocesis, que a dyocesano ipso tenetur a layco in feudum, vacare contingeret, eiusdem advocatie redditus in usus episcopalis mense cedant perpetuo, nec deinceps advocatia ipsa in feudum dari possit, prout in literis inde confectis ²) plenius dicitur contineri. Vestris ergo precibus grato concurrentes assensu, quod super hoc a vobis provide ordinatum existit, ratum habentes et gratum, illud auctoritate presentium confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel eidem ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Colonie V. Idus Januarii, pontificatus Innocentii pape IIII. anno nono.

537.

* *Derselbe fordert unter Verheissung eines Ablasses von 40 Tagen zu Beisteuern für den Neubau des Kl. Rengering auf. 1252 April 10. Münster ³). — Abschr. Msc. I 108. f. 116.*

Universis Christi fidelibus per Alemanniam constitutis ad quos presentes littere pervenerint frater Hugo miseratione divina tituli sancte Sabine presbyter cardinalis apostolice sedis legatus salutem in Domino

¹) Dies fügt die Ueberschrift im Copiar hinzu. — ²) Ohne Zweifel Bischof Otto's II., von dem Msc. I. 1. p. 210 eine — nicht abgeschriebene — Urkunde folgender Gestalt registirt wird: „Est quedam promissio Ottonis episcopi secundi de non conferendo advocatiam in Metelen, quandocunque vacare contingat eandem.“

³) Am 28. Juli d. J. war der Legat in Toul; cfr. Böhmer R. I. 1246—1313 p. 349.

sempiternam etc. Cum igitur, sicut dilecte in Christo abbatissa et conventus monasterii de libro sancte Marie in Reggeringh Cisterciensis ordinis Monasteriensis diocesis nobis intimare curarunt, eodem monasterium ipsum cum officinis suis usibus oportunitis de novo edificare ceperint opere sumtuoso, nec ad consumptionem huiusmodi ac sustentationem earundem proprie sibi suppetant facultates, universitatem vestram rogamus monemus et hortamur in Domino atque in remissionem vobis iniungimus peccatorum, quatenus de bonis vobis a Deo collatis pias ad id eleemosinas et grata charitatis eis subsidia erogetis, ut per subventionem vestram opus tam pium consumari valeat et alias earum indigentie provideri et vos per hec et alia bona que Domino inspirante feceritis ad eterne possitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis qui eis ad hoc manum porrexerint adiutricem, quadraginta dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus, quas mitti per questuarios districtius inhibemus, eas si secus actum fuerit carere viribus decernentes. Datum Monasterii III. Idus Aprilis, pontificatus domini Innocentii pape quarti anno nono.

538.

* Wilhelm Propst, Stephan Dechant und das Domkapitel zu Münster geben dem Hospital zum h. Johannes in Venne ¹⁾ den zu ihrer curtis Suthof gehörigen Torfmoor (palus Strietland), vorbehaltlich einer von den Provisoren des Hospitals am Feste des h. Martinus (Nov. 11.) an die genannte curtis zu zahlenden Abgabe von drei Solidis. Ausgefertigt unter dem Siegel des Dompropstes und der Stadt Münster. — Acta s. h. a. MCCLII, quarto Idus Junii (Juni 10) — Neuere Abschr. Msc. III. 12. n. 3; IV. 8. f. 122¹.

539.

Eine von B. Otto II. contrahirte ²⁾ Schuld von 4400 Mark, für welche das Domcapitel und die Dienstmannschaft des Stifts sich verbürgt haben, soll mit 1100 Mark jährlich von den Amtleuten des Bischofs abgezahlt werden. 1252 Juni 12. Münster. — Abschr. Msc. I. 1. p. 143; hieraus copirt II. 3. p. 149; gedr. Zeitsch. XV. p. 262.

Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus secundus. Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem in Domino. Noverint universi, quod nos fide data dilectis in Christo W(ilk)elmo preposito Ste(phano) decano ceterisque prioribus nec non et ministerialibus ecclesie nostre ³⁾ promisimus, quod libere in solutionem debitorum nostrorum et absque diminutione qualibet ab officialibus nostris mille et centum marcas recipient annuatim tam diu, ut per ipsos ⁴⁾ quatuor millia marcarum et quadringente marce cum dampnis et expensis exinde emergentibus, computatione habita competenti, fuerint persoluta. Promisimus etiam fide data et frater noster Paderburnensis episcopus et Conradus comes de Retbergh sororius noster, quod si in pecunia memorata ab officialibus nostris recipienda aliquod per nos prestaretur impedimentum et nos commoniti infra sex hebdomadas non satisfaceremus, nos cum fratre nostro Paderburnensi episcopo et C. comite de Retbergh Monasterium intraremus, inde antequam plene esset satisfactum non recessuri. In cuius rei testimonium presentem literam sigillis nostris fecimus communiri. Datum anno D. M^o CC^o. LIII^o quarta feria ante Viti martiris.

¹⁾ Siehe oben z. J. 1249 die Urkunde Nro. 505.

²⁾ Wohl beuf Ankaufs von Vechte.

³⁾ „qui pro debitis nostris titulo fideiussionis erant et sunt obligati“ fügt eine andere, weniger vollständige Ausfertigung dieser Urkunde vom nämlichen Datum hinzu. Msc. I. 1. p. 143.

⁴⁾ „ipsos pro“ das Copiar.

540.

Walram von Montjoie, seine Frau Jutta und deren Mutter Sophia, Wittwe des Grafen Otto von Ravensberg, übertragen ihre von letzterem herrührenden Allodialherrschaften ¹⁾, sowie den Hof Oythe und die Grafschaft Sögel, welche in Jutta's Besitz durch ihren Ehevertrag mit Heinrich von Tecklenburg ²⁾ gelangt waren, dem Bischof Otto II. und dem Stift Münster, ihre Reichs- und anderen Lehen ³⁾ aber den Edlen Simon von Gemen, Wilhelm Rucen und Heinrich von Stromberg, welche diese dann an den Bischof und das Stift Münster für 40,000 Mark verpfänden. — 1252 Juni 18. apud pontem Hach. — Abschr. Msc. I. 1. p. 9; VII. 2303 ⁴⁾; gedruckt in dem 1793 erschienenen Bande von Kindlinger's Beitr. III. U. p. 184. nach dem damals noch im Fr. Münster'schen Landes-Archiv beruhenden Original ⁵⁾.

In nomine Domini. Amen. Walramus nobilis de Munzoye, Jutta uxor Walrami et Sophia mater Jutte, quondam comitissa in Vechte, omnibus in perpetuum. Quoniam solempniter acta tractu temporis excidunt a memoriis hominum, nisi scripti testimonio perhennentur, proinde hiis litteris annotare decrevimus, quod quicquid domini habebamus aut hereditario aut quovis alio iure ab Ottone quondam comite in Vlothowe in proprietatibus, possessionibus, castris, municionibus, iurisdictionibus, vasallis, hominibus, cum universitate ac omni iure, quod nobis competeat et quod ad nos devolvi poterat nomine predicti domini, nos ecclesie Monasteriensi et Ottoni secundo eius episcopo libere contulimus et absolute. Ego etiam Jutta coniux Walrami bona, que ab Ottone comite de Tekeneburgh et Heinricho eius nato michi fuerant assignata ratione

¹⁾ In Vechta, Emsland und Friesland. Die Herrschaft Vlotho aber war in Folge des Vertrages von Sundelbeck v. J. 1246, oben Nro. 451, an das Tecklenburger Haus gefallen.

²⁾ Oben Nro. 351.

³⁾ In Betreff der Reichslehn in Friesland siehe Nro. 198 u. 420 a. d. J. 1224 u. 1244; hierzu vergleiche man in Bezug auf die von den Stiftern Cöln, Paderborn, Osnabrück, Minden und Corvei zu Lehn gehenden Güter des Grafen Otto von Ravensberg, welche in den J. 1226—1243 auch auf dessen Frau und Tochter übertragen wurden, die oben unter Nro. 230. 248. 280. 359. 392. 412. u. 417. gegebenen Urkunden. Auch der Erzbischof Gerhard II. von Bremen 1219—1258 ertheilte der Gräfin Sophia eine ähnliche nicht datirte, aber vor dem Tode Gr. Otto's 1244 ausgestellte Urkunde, die wir aus Msc. I. 1. p. 12 hier folgen lassen:

G. Dei gratia sancte Bremensis ecclesie archiepiscopus Sophie comitisse de Ravensberghe salutem et omne bonum. Per presentes litteras usufructum honorum, que dilectus noster comes Otto maritus vester a nobis in feodo tenuit et recepit, vobis transmittimus.

⁴⁾ Unter dieser Nummer habe ich aus dem Fr. Münster'schen Landes-Archiv XIII. 24. mehrere Urkunden-Abschriften aus dem 15. Jahrhundert zusammengelegt, welche sämtlich diese Erwerbungen betreffen. Unbekanntes ist aber nicht darunter, mit Ausnahme vielleicht des folgenden Excerpts aus einer Urkunde Jutta's v. J. 1251:

Jutta miseracione divina domina de Munzoya omnibus hoc scriptum inspecturis salutem in auctore salutis. Quoniam etas hominum labilis factorum suorum memoriam diu nequit retinere nisi scripture testimonio roboretur Et quoniam omne dominium in Vechta ad me sicut ad verum heredem ipsorum pertinuisse dinoscitur, cum ad annos discretionis perveneram et adhuc eadem bona a nobis vendita non fuissent, parentum meorum factis atque piis donis congratulando consensi et consencio per presentes. Datum anno Domini M^o.CC^o.LI^o.

Schon Niesert U.-S. II. 443. macht darauf aufmerksam, dass die im Text gegebene Urkunde nicht besage, für welche Summe eigentlich die Herrschaft Vechta an Münster verkauft worden sei. Dass aber auch darüber Urkunden vorhanden gewesen sind, sehen wir aus dem Register der im Dom-Copiar nicht abgeschrieben „vacantium et inutilium literarum“ Msc. I. 1. p. 209, wo es unter Nro. 17 heisst: „Est usufructus assignatus nobili domine de Munzoye de curte Rynhere et aliis curtibus ratione domini in Vechte.“ In Bezug hierauf sind noch zwei Urk. a. d. J. 1261 bei Niesert I. c. p. 440 (s. unten) u. 1302 bei Kindlinger Volmestein II. 225 zu vergleichen.

⁵⁾ Dasselbe wurde mit der grössern Zahl der das Amt Vechta betreffenden Urkunden und Acten des Landes-Archivs am 5. September 1806 an Oldenburg ausgeliefert. Vergl. Rep. des Fr. Münst. Landes-Archivs IV. p. 638. — Kindlinger's Abdruck konnten wir an einigen Stellen aus dem Dom-Copiar verbessern.

donationis propter nuptias, quod vulgo murhengave dicitur, videlicet proprietatem Oythe cum suis pertinentiis, cometiā Sigheltra et alia, predictae Monasteriensis ecclesie ac prefato eius episcopo liberaliter et integraliter donavi cum omni iure michi in hiis competente. Item nos Walramus, Sophia et Jutta de omnibus feodis, que vel ab imperio vel aliunde nomine prefati domini tenebamus, Simonem de Ghemene, Wilhelmum Rucen et Hinricum natum burggravii de Strombergh, recepta ab eis homagii fidelitate, inphocdavimus, qui taliter infeodati a nobis predicta feoda de nostro consensu et ratificatione Monasteriensis ecclesie, Ottoni episcopo et ministerialibus dicte ecclesie titulo pignoris ad summam quadraginta millia marcarum obligarunt. Ceterum bona fide promisimus quod quamdiu vivemus, non resignabimus aliqua vel aliquod de prefatis feodis in manus domini a quo tenentur, nisi faciamus ad voluntatem Monasteriensis ecclesie et eius episcopi, et super eo dedimus fideiussores nobiles viros Adolfum comitem de Monte, Gerhardum de Wassenbergh, Cononem de Molenarkan et Cornutum milites, in hac fideiussione ad triennium ex hodie duraturos, ut medio tempore Monasteriensis ecclesia memorata feoda ab eorum dominis consequatur; ad quorum resignationem coram ipsis dominis, dum ab eadem ecclesia requirimur, debemus et volumus esse parati. Hoc etiam est adiectum, quod nos ecclesie Monasteriensis in universis ad prefatum dominium pertinentibus nec non Symoni de Ghemene, Wilhelmo Rucen, et Hinrico nato burggravii de Strombergh in universis feodis, que ipsi de manu nostra receperunt, plenam warandiam prestabimus, quousque Monasteriensis ecclesia predicta feoda consequatur. Si vero memorata feoda a dominis suis Monasteriensis ecclesie fuerint denegata, nos ad restaurum seu ad recompensationem eorundem compelli non debemus. Ego tamen Walramus hunc casum ad cautelam excipere duxi, quod guerra aliqua inter venerabilem dominum archiepiscopum Coloniensem et inter progeniem de Limburgh hinc inde ingruente mihi liceat super feodo habito a Coloniensi archiepiscopo eidem dedicere et renunciare, uxore tamen mea et eius matre illud suo iure retinentibus renuntiationis mee tempore pendente, eo adiecto quod guerra cessante optinebo me recuperare idem feodum a domino predicto. Ut igitur hoc factum nostrum omnibus clarescat et perpetuo stabiliter subsistat, presens scriptum exinde confectum sigillis nostris roboravimus subnotatis testibus, in quorum presentia id gestum noscitur apud pontem Hach, videlicet: Adolfo comite de Monte, Gerardo domino de Wassenbergh, Walramo comite de Nassowe, Hinrico comite de Verneborgh, Burchardo domino de Broke, Conone de Molenarken, Cornuto, Inghebrando de Rureke, Rutghero de Ellere, Everhardo de Horst, Leonino et Alberto de Brabeke, Godfrido de Dencelake; item de Vechte et Vrysenbergh militibus: Bertramo Spryk, Hermannō de Willekin, Herbordo de Spredowe, Johanne Voss et fratre eius Herbordo, Alexandro Hovet, Hermannō de Ludinchusen, Ottoñe de Duth, Ottone de Meppen, Hinrico de Wetere; item Hermannō de Holte, Ottone de Lon viris nobilibus, et aliis quam pluribus. Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, quarto decimo Kalendas Julii, indictione decima. Feliciter in Domino. Amen.

541.

B. Otto II. bestätigt den Ministerialen der vom Stift Münster erworbenen Ravensbergischen Besitzungen¹⁾ das diesen im J. 1224 vom Grafen Otto von Ravensberg verliehene Paderborner Dienstrecht. O. J. (1252—1259)
— Hier nach Lamey Gr. Ravensberg C. D. p. 36.

Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus universis presentem litteram inspecturis eternam in Domino salutem. Cum nos una cum ecclesia nostra omnia predia et feoda cum ministerialibus viri nobilis Ottonis comitis de Ravensberg pie memorie comparavissimus, iidem ministeriales petebant sibi ius quod ab eodem comite habebant a nobis indulgeri, quorum petitionibus favorabiliter annuentes, litteram eis super his datam subscripsimus, ratum habentes et firmum quicquid in ea continetur:

¹⁾ Also insbesondere den oben Nro. 540 erwähnten „milites de Vechte“. Vgl. Nieberding G. d. Niederstifts Münster III. p. 4

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Otto Dei gratia comes de Ravensberg omnibus Christi fidelibus huius cedulae inspectoribus salutem mentis et corporis. Cum honorati viri et de alto sanguine propagati, ministeriales mei, debito modo iure ministerialium et voto me sibi subligassent, ius ministerialium ecclesie Paderbornensis mei ministeriales ex antiquis temporibus iure hereditario gaudent sibi successisse, quod contradicere non potui, et ita esse recognovi. Ad hec si coram me a ministerialibus meis fuerit lata sententia aliquibus reclamantibus, querenda est in ecclesia Paderbornensi, et quecumque emanat sententia, a communi consensu omnium est sumenda et rata. Et ne quis posteriorum meorum hoc factum meum attemptet labefactare, apicibus meis et sigilli mei testimonio feci confirmari. Cum autem hec fierent, isti affuerunt: Johannes advocatus, Wescelus tribunus, Everhardus de Varenthorpe, Johannes de Cappelle, Fredericus Snipphart, Johannes de Esten, Conradus dapifer de Goldenstede, Henricus de Cappele, Johannes de Lon et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M^o.CC^o. vicesimo IIII^o.

542.

* *Der Ritter Rudolf von Meinhövel entsagt mit seinen Angehörigen zu Gunsten des Stifts Nottuln allen Ansprüchen auf das Gut Isfredinchus. 1252 Juli 6. Münster. — Or. Kl. Nottuln U. 16; Abschr. Msc. IV. 1. f. 227.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Otto Dei gratia Monasterieusis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Innotescat universis tam presentibus quam futuris, quod cum inter dilectam nostram in Christo abbatissam in Nutlon et conventum ipsius ex parte una, Rodolfum militem de Menhuvele, uxorem suam Bertam et Sopphiam matrem Berte, Engeram et filios suos Hermannum, Albertum, Johannem, Benedictum ex parte altera super manso Isfredinchus sito in parochia Nutlon coram nobis in figura iudicii questio ageretur, tandem de nostro et priorum ecclesie nostre consilio, de voluntate parcium et consensu, ita coram nobis fuit amabiliter ordinatum, quod dominus Rodolfus et consortes ipsius, persone videlicet superius memorate, acceptis a predicta abbatissa et conventu suo septem marcis, libere et absolute renuntiaverunt omni iuri et actioni que ipsis universis vel singulis in prefato manso competere poterant vel debebant. In cuius rei testimonium et munimen presens scriptum de pari voto parcium nostro et ecclesie nostre sigillis fecimus communiri. Datum et actum Monasterii in pomerio nostro anno i. D. M^o.CC^o.LII^o, II. Nonas Julii coram testibus subnotatis: Wilhelmo preposito, Stephano decano, Hermanno scolastico, Johanne thesaurario, Bernhardo de Birebeke, Hermanno de Holte, Frederico, Bernhardo canonicis Monasteriensibus; Conrado comite de Retberge, Hermanno Werenzen, Godefrido de Recgede et filiis suis Hinrico et Hermanno, Frederico et Hermanno fratribus de Menhuvele, Hermanno de Langene, Luberto de Beveren, Johanne Nicinc, Ecberto Episcopo, Johanne ante portam et aliis pluribus fide dignis.

Das Siegel des Domcapitels ist allein erhalten.

543.

* *Die Äbtissin Helwig von Freckenhorst und B. Otto II von Münster bestätigen das im dortigen Stifte bisher gültige Herkommen, dass bei Erledigung der Pfarrstelle dieselbe einem dort präbendierten Geistlichen übertragen werde. 1252 August 12. Freckenhorst und Münster. — Abschr. Msc. VII. 1315.*

Helwigis Dei gratia abbatissa in Vrekenhorst omnibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino. Cum ordinatio beneficiorum in Vrekenhorst, que clericis secularibus consueverunt assignari, ad abbatissam, que pro tempore fuerit, libere pertineat et absolute, ac a multis retro temporibus usque nunc sit inconcusse pro consuetudine custoditum, ut vacante parrochiali beneficio in Vrekenhorst dictum officium clerico beneficiato ibidem residenti vel residentiam facere volenti et non alii conferatur, nos a consuetudinibus ecclesie

nostre rationabilibus et prolixitate temporis roboratis recedere nolentes dictam consuetudinem approbamus et ipsam clericis nostris confirmamus. Datum Vrekenhorst anno Domini M^o.CC^o.LII^o, secunda feria ante assumptionem virginis gloriose.

Otto Dei gracia Monasteriensis episcopus omnibus presentem litteram inspecturis salutem in Domino. Dum prebendalia beneficia in Vrekenhorst, que clericis secularibus consueverunt assignari per abbatissam, adeo sint macra, quod nec hospitalitatem servare nec se ipsos valeant comode sustentare, et secundum concilium Lateranense qui parrochiam habet ecclesiam non per vicarium sed per se ipsum in ordine quem ipsius ecclesie cura requirit debeat deservire, ac in dicto loco a multis retro temporibus usque nunc sit inconcusse pro consuetudine custoditum, ut vacante beneficio parrochiali dictum beneficium clerico beneficiato ibidem residenti vel residenciam facere volenti et non alii conferatur: nos rationabiles consuetudines temporis prolixitate roboratas in motas servari volentes dictam sepefati consuetudinem ut saltem unus in eodem loco possit inveniri, qui hospitalitatem valeat servare, auctoritate dyocesana confirmamus et per eandem auctoritatem precipimus inviolabiliter observari. Datum Monasterii anno Domini M^o.CC^o.LII^o, die ut supra.

544.

* *Ein Zehnten in Stevern wird, nachdem die bisherigen Lehnsinhaber darauf verzichtet, dem Ludgeri-Stift in Münster vom B. Otto II. übertragen. 1252 September 27. Münster. — Abschr. Msc. I. 70. p. 12; hieraus copirt II. 13. p. 100; IV. 3. p. 155.*

Otto Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Notum facimus universis, quod Arnoldus de Bosensele miles et eius filius in presentia nostra constituti, receptis XXX marcis a decano et capitulo sancti Ludgeri, decimam in Stiveren in parrochia Nutlon sitam, quam a domno Hermannno de Langen milite tenebant in feodo, eidem Hermannno militi libere resignarunt. Nos quoque prefatam decimam, quam idem Hermannus de Langen de manu nostra immediate tenuerat, ad eius liberam resignacionem decano et capitulo sancti Ludgeri predictis contulimus perpetuo possidendam. In cuius rei noticiam presens scriptum (est) confectum et sigilli nostri munimine roboratum. Seiendum etiam, quod predictus Hermannus de Langhen, Godefridus de Coten et Hermannus de Mase milites memoratum capitulum ab omni gravamine si quid eis occasione dicte decime ingruerit, fideiussoria cautione prestita eximere promiserunt. Acta sunt hec Monasterii anno Domini M^o.CC^o.L^o. secundo, in die martirum Cosme et Damiani, hiis presentibus: Wilhelmo preposito, Stephano decano, Hermannno de Didinchove scolastico maioris ecclesie Monasteriensis, Arnolde decano, Frederico scolastico, Wescelo thesaurario, Volquino, Francone et Wolthero sancti Ludgeri canonicis; Hermannno de Meynhuuele, Lamberto de Frekenhorst, Nicholao de Delsen militibus, Johanne Nikinc et Gerwino Divite civibus Monasteriensibus et aliis quam pluribus fide dignis.

545.

Erzbischof Conrad von Cöln tritt die Hälfte der Stadt Vreden an B. Otto II. ab, setzt das Rechtsverhältniß der Stadt zu beiden fest und erkennt an, dass dieselbe in kirchlicher Beziehung, wie bisher, Münster allein untergeordnet bleibe. 1252 October 31. Cöln. — Or. Fr. Münster U. 81; ein Transsumpt des J. 1346 U. 82; Abschr. Msc. II. 15. p. 14; gedr. Niesert U.-B. I. II. 501.

Conradus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Ytaliam archicancellarius universis ad quos pervenerit scriptum presens salutem et eternam in Domino karitatem. Innotescat universis tam presentibus quam futuris, quod inter nos et ecclesiam nostram ex una parte, venerabilem

fratrem Ottonem episcopum Monasteriensem consanguineum nostrum dilectum et suam ecclesiam ex altera super opido Vrethen talis intervenit ordinatio, quod nos de communi consilio ecclesie nostre, videlicet priorum fidelium ac ministerialium nostrorum, medietatem eiusdem opidi cum omni iure ac fructibus, qui nunc sunt vel in futurum evenire poterunt, infra terminos opidales qui wicbiledede vulgariter appellantur, Monasteriensi episcopo et sue ecclesie in perpetuum conferendam duximus et donandam. Ita quod tam nos quam dictus episcopus Monasteriensis de communibus expensis nostris et consilio dictum opidum Vrethen firmabimus et construemus et in eodem opido nemo recipietur inhabitator vel civis, qui Monasteriensi episcopo vel ecclesie sue, vasallis vel ministerialibus pertineat, nisi de eorum consensu recipiatur. Convenit etiam inter nos, quod si aliquis vasallorum, ministerialium vel hominum, etiam de consensu nostro iam receptus, se forsitan contra dictum episcopum Monasteriensem vel suam ecclesiam erexerit, nisi infra quindenam sine qualibet dilatione composuerit cum eodem, ab ipso reiciatur opido et tanquam membrum inutile recidatur. Scabini vero et universitas opidi sepedicti equo iure sacramenta fidelitatis prestabunt tam nobis quam dicto episcopo Monasteriensi, et ideam episcopus queret et habebit auxilium sibi in dicto opido contra quemlibet preterquam nos, vasallos et ministeriales nostros. Quorum si aliquis contra ipsum episcopum Monasteriensem excesserit, nos infra sex ebdomadas emendam sibi fieri procurabimus, alioquin sicut dictum est opidum prefatum contra illos sibi auxilium prestabit. Vasalli autem et ministeriales ecclesie Monasteriensis inhabitantes ipsum opidum dictum episcopum et ecclesiam suam contra quemlibet debent et poterunt adiuvari, dummodo tempore gerre extra ipsum opidum sint manentes. Item si, quod absit, inter Coloniensem et Monasteriensem ecclesias discordia aliqua orta fuerit, dictum opidum nec unam nec aliam adiuvabit, sed utrique si requisitum fuerit victualia ministrabit. Spiritualia vero toto iure sicut hactenus Monasteriensi ecclesie remanebunt. In cuius rei testimonium et munimen presens scriptum nostro et ecclesie nostre sigillis duximus roborandum. Actum presentibus Goswino decano, Godefrido choriepiscopo, magistro Joanne scolastico, Philippo thesaurario Coloniensi; nobili viro: Lothario de Wickerrode; Gerardo advocato Coloniensi, Hermanno pincerna, Hermanno panetario et Henrico de Vitinchove militibus, et quam pluribus aliis tam clericis quam laicis. Datum Colonie anno Domini M^o.CC^o. quinquagesimo secundo, prid. Kal. Novemb.

Die beiden an grünen und rothen seidenen Fäden befestigten Siegel des Erzbischofs und des Domcapitels von Köln sind gut erhalten.

546.

Die Vogtei über die Güter des alten Doms zu Münster, auf welche unter Bischof Ludolf der Edle Godschalk von Elen verzichtet hatte, und die dann dem Edlen Wilhelm Rucen als Lehn übertragen worden, wird von diesem, seinem Sohne und seinem Enkel resignirt, mit der Propstei des alten Doms verbunden und dem bisherigen Villicus der vogteilichen Güter als ein erbliches Lehen übertragen. 1252 December 7. — Abschr. Msc. I. 61. f. 2'; gedr. Niesert U.-B. I. I. 377.

Otto Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus omnibus hanc paginam cernentibus salutem in auctore salutis. Notum sit presentibus et futuris, quod Everwimus dictus de Bettinchof villicus eorundem bonorum ad prebendam fratrum veteris ecclesie sancti Pauli Monasteriensis spectantium, ut ipsorum bonorum advocatiam eidem ecclesie sibi ac suis heredibus compararet, Bernhardo dicto Rucen certam dedit pecunie quantitatem, pro qua Wilhelmus Ruce vir nobilis pater dicti Bernhardi et ipse Bernhardus una cum filio suo Wilhelmo tunc adhuc unico quidquid iuris in prefata advocacia tenuerant, in manu nostra libere ac integre resignarunt. Stabat etiam tunc presens coram nobis Gotscalcus miles vir nobilis dictus de Elen, confitens et lucide protestans, quod ipsam advocaciam, antequam concederetur Wilhelmo Rucen nobili memorato, ipse in feodo tenuerat et quod eam antecessori nostro Ludolpho episcopo Monasteriensi liberam resignarat. Dictante ergo sententia propter premissa quod nobis sepe dicta advocacia libera vacaret, nos

ob honorem beati Pauli curantes eius ecclesiam aliquo consolacionis impendio respicere, ipsam advocaciam ecclesie prefate liberaliter in perpetuum assignavimus, eam prepositure sancti Pauli annectentes, ita ut qui pro tempore fuerit prepositus sit et in dictis bonis advocatus. Nomine igitur ipsius ecclesie Hermannum eius prepositum, virum venerabilem, maioris ecclesie scolasticum eadem advocacia corporaliter investivimus, et ipse in presencia nostra Everwinum ac duos filios eius Hugonem et Engilbertum ea infeodavit et Mechtildi villice usufructum in ipsa concessit, eo adiecto, quod ipsorum heredes in eadem advocacia ius hereditarie successionis debent habere, et quod prepositus qui pro tempore fuerit cum consilio fratrum capituli sancti Pauli debet eam uni ex heredibus concedere, videlicet villicationem optinenti. Quod autem hec sic acta sunt, viderunt et audierunt testes subnotati: Bernhardus decanus, Johannes thesaurarius sancti Pauli; Ludolphus dictus de Stenvörde, et Godefridus de Elen viri nobiles; Franco de Sconerbeke, Fridericus et Hermannus de Menhuvele, Hermannus de Ludinchusen et Hermannus filius eius, Albertus dapifer, Adam de Sendene, Arnoldus de Bozensele, Hinricus Ketelhot, Lambertus et Hugo fratres de Honschenhus et alii quam plures. Ut igitur de hiis posteritati superextet fides et memoria et factum nostrum stabili firmitate subsistat, presens scriptum exinde confectum nostro ac ecclesie sancti Pauli sigillis fecimus communiri. Anno Domini M^o.CC^o.LII^o, VII Idus Decembris, indictione undecima.

547.

* *B. Otto II. bestätigt den Ankauf gewisser Güter, welche die Äbtissin Jutta für das Stift Nottuln erworben hat. 1252. — Or. Kl. Nottuln U. 17; Abschr. IV. A. f. 224'.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Otto divina favente clemencia Monasteriensis episcopus etc. Domina Jutta Nutlonensis ecclesie abbatissa dilecta ac devota nobis in Christo filia ac eiusdem ecclesie conventus humiliter a nobis supplicarunt, ut mansum quendam ac eiusdem mansus decimam, quem ad usus Nutlonensis ecclesie de suis proventibus et rebus propriis conquisierunt, scripto nostro confirmare et sigillo nostro roborare dignaremur etc. Noverint igitur universi tam presentes quam futuri quod prenominata domina et dictus conventus de suis proventibus emerunt sex marcis mansum situm in Harlere ac eiusdem mansus decimam a Rutgero milite dicto de Nutlon et Pulciano eius filio, quem mansum a prefata ecclesia tenuerunt in feodo, et receptis supradictis denariis in manus sepedicte domine resignaverunt, presentibus canonicis Metelensis ecclesie Rutgero, Adolfo et Hermanno, laicis: Theoderico milite officiali in Bilsrebeke, Hermanno de Curthe, Lamberto dicto de Mersge, Bernardo Rump ¹⁾, Johanne de Hestorpe et aliis quam pluribus. Ne autem hanc emptionis formam alicuius livoris aculeus aut invidie stimulus valeat obfuscare, sed ut rata permaneat et a posteris inviolabiliter observetur, eam presenti scripto duximus confirmandam et sigilli nostri testimonio nec non prefate domine abbatisse roborandam. Datum apud Nutlon anno gracie M^o.CC^o.L^o. secundo, pontificatus autem nostri anno VI^o, coram testibus idoneis.

Vom Siegel des Bischofs ist nur ein Bruchstück vorhanden; ein zweites aber ist an dieser Urkunde nie befestigt gewesen.

548.

* *Urkunde der Äbtissin Jutta von Nottuln über die Güter und Einkünfte des Kleideramts ihres Stiftes. 1252. — Or. Kl. Nottuln U. 18; Abschr. Msc. IV. A. f. 242.*

Jutta Dei gratia abbatissa ecclesie sancte Marie sanctique Martini in Nutlon omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Hi sunt redditus qui pertinent ad vestimenta dominarum nostrarum. Mansus in Stokkem, quem prepositus Frethericus dictus de Vrekkenhorst et dominus Lutbertus Take canonici Monasteriensis

¹⁾ So ist wohl für „Rupm“ zu schreiben.

comparaverunt pro XXX^{ta} marcis erga dictos de Isfrehinc, quorum denariorum terciam partem, X^{em} videlicet marcas, nos expendimus. Postquam vero nos tres persone hunc mansum cum suis redditibus comparavimus, prepositus Frethericus et dominus Lutbertus canonici supradicti volentes consulere animabus suis duas partes reddituum mansi illius, que ipsos contingebant, in memoriam animarum suarum dominabus nostris contulerunt in vestium suarum consolationem in perpetuum, terciam vero partem que nos contingebat erga nos redemit pro VI marcis conventus noster, quas scilicet sex marcas dominus Lambertus sacerdos in Thetten dominabus pro salute anime sue contulerat. Ex manso in Harler VII^{em} mensuras siliiginis ¹⁾ et duas mensuras avene et dimidium afhoster, quod domine nostre pro VI^{ex} marcis comparaverunt erga dominum Rogerum militem. Duo maltia avene et III^{or} mensuras uppen Herbergen, quod nos conventui nostro contulimus ad infirmitorium ad procuracionem infirmarum. Domum etiam que dicitur ton Rothe cum suis redditibus et hominibus attinentibus, quam dominus Hinricus de Regehte cum filia sua contulit ecclesie, quod idem dominus Hinricus per instantiam amicorum suorum obtinuit a nobis, ut dictus mansus cum suis redditibus cederet in usum vestium dominarum nostrarum. Undecim mesure tritici in Harler, quas conventus noster comparavit pro X^{em} marcis, quas prepositus Remboldus Monasteriensis pro remedio anime sue contulit; tres solidos denariorum annuatim, quos contulimus conventui nostro ad consolationem in festo beate Katerine virginis ut contentum eius; curtim in Estorpe, quam denariis nostris comparavimus, et mansum in Westerrothen cum eorum redditibus ad procuracionem conventui nostro vestium pro salute anime nostre contulimus in perpetuum; duos denarios qualibet septimana de parte sacrificii nostri ad dominarum nostrarum contulimus minutiones. Ne igitur successorum nostrorum posteritas in huius rei ducatur ambiguum, presentem paginam sigilli nostri robore fecimus communiri. Datum et actum Nutlon in caminata nostra anno incarnationis dominice M^o.CC^o.LII^o 2).

Das Siegel ist abgefallen.

549.

Lutrudis, Äbtissin von Möllenbeck, beurkundet, dass sie dem Grafen Heinrich von Sterrenberg das Haus Hunctinctorpe gegen eine entsprechende Entschädigung überlassen habe, damit er dasselbe dem Kloster Marienfeld übertrage. — Testes: Henricus sacrista, Rotcherus sacerdos, Gyselbertus nostri canonici. Acta a. D. MCCLII. — Abschr. Msc. I. 106. f. 135; gedr. Zeitschr. IX. p. 70. — Diese Übertragung wird sodann noch in demselben Jahre vom Grafen Heinrich mit Zustimmung seines Sohnes Hoier vollzogen. — Or. Kl. Marienfeld U. 124; Abschr. Msc. I. 106. f. 135; II. 48. p. 210; gedr. Zeitschr. VII. p. 78.

Das Siegel ist nicht mehr vorhanden.

550.

* *B. Otto II. erwirbt die Gografschaft in Stromberg von dem bisherigen Lehnsinhaber und überlässt, um den Kaufschilling von 120 Mark hierfür aufzubringen, gewisse Güter an die Städte Beckum und Ahlen. 1252 (1253) Febr. 20. — Or. im zwei Ausfertigungen Fr. Münster U. 80; Abschr. Msc. II. 19. p. 155.*

In nomine Domini. Amen. Otto Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus secundus. Omnibus Christi fidelibus presens scriptum intuentibus salutem in Domino sempiternam. Noverint universi tam pre-

¹⁾ „Vlem“ und „ciliginis“ d. U. Nach Ausweis der U. 547. bedeutet „afhoster“ einen Zehnten.

²⁾ Auf einem Transix hat eine etwas jüngere Hand dieser Urkunde Folgendes hinzugefügt:

He sunt decime que pertinent ad vestimenta dominarum nostrarum: domus in Dale III^{or} solidos; domus Godefridi in Uphovenen III solidos et duos modios tritici; mansus Wisching in Steferen XVIII modios siliiginis et tres modios tritici et XVIII modios ordei et IX modios avene.

sententes quam posterius, quod nos de priorum capituli et ministerialium ecclesie nostre consilio pariter et consensu, quantum in nobis fuit ecclesie nostre necessitatibus et utilitate pensatis, iurisdictionem in Stromberge, que gograscaph ¹⁾ vulgariter appellatur, a Ludfrido et suis heredibus, qui eam in feodo de manu nostra tenebant, centum XX marcis nobis et successoribus nostris comparavimus. Quam idem L. et heredes ipsius libere in nostris manibus resignarunt. Ad cuius solutionem cum pro statu temporis proprie nequaquam sufficerent facultates, de tocuis ecclesie nostre consilio mansum Dhusterbeke cum omnibus attinenciis suis opidanis nostris in Bekehem vendidimus et iure quod wicbiledede vulgariter dicitur libere contulimus possidendum, Suedero uxore sua et pueris suis inquilinis ipsius mansi perpetue traditis libertati. Insuper mansum Meckelen cum suis pertinenciis opidanis nostris in Alen vendidimus, Ludberto uxore sua et pueris eius similiter manumissis, ita ut tam de opidanis nostris in Bekehem quam in Alen de quolibet iugere, quem quis adeptus fuerit, unum denarium in festo beati Martini persolvat nobis et nostris successoribus annuatim, Suedero de Dhusterbeke et heredibus suis dumtaxat exceptis, qui de iugentibus sibi dimissis duos tantundem persolvant denarios annuatim. Ut autem hec ordinatio, que pro utilitate ecclesie facta est, inviolabiliter perseveret, ipsam nostro et ecclesie nostre sigillis duximus roborandam. Datum et actum a. D. M^o.CC^o.L^o. secundo, decimo Kal. Marcii, coram testibus subnotatis, quorum nomina hec sunt: Wilhelmus prepositus, Stephanus decanus, Johannes thesaurarius, Hermannus scolasticus, Godefridus vicedominus; layci: Godefridus burgravius de Recgede, Fredericus de Meynhuvele, Hermannus Werence, Gerlacus de Beveren, Albertus dapifer et Bernhardus natus suus, Lubertus de Beveren, Omarus de Ostenvelde, Godefridus de Koten, et aliis quam pluribus fide dignis.

Von beiden Ausfertigungen sind die Siegel abgefallen.

551.

* *Engelbert Graf v. d. Mark überträgt der Capelle zu Venne das Eigenthumsrecht eines vom Burggrafen Heinrich von Rechede angekauften Grundstücks. 1252 (1253) März 2. — Orig. im Stadtarchive zu Münster.*

Nos Engelbertus comes de Marcha notum facimus universis hoc scriptum inspecturis, quod ad petitionem domini Heinrichi burgravi de Rechede proprietatem mansi illius, quem capelle in Vene vendidit eidem capelle contulimus perpetuo possidendam cum pleno consensu nostrorum choeredum, id sub sigillis nostri testimonio confirmantes. Huic nostre donationi, cum fieret, intererant vir nobilis Waltherus de Dülberg, Adolphus de Boinen, Lûdbertus de Boinen, Godefridus de Huvele, Johannes de Bruchusen, Heinrichus de Bruchusen milites, nostri castellani de Marcha, et alii quam plures. Datum a. P. M^o.CC^o.LIII^o. in crastino Swidberti.

Das Siegel ist nicht erhalten.

552.

König Wilhelm belehnt, nach Verzichtleistung Walram's von Montjoie und seiner Gemahlin Jutta, Bischof Otto II. mit der Grafschaft Vechta und allen Gütern in und ausser Friesland, die der letzteren Vater Graf Otto von Ravensberg vom Reiche zu Lehen trug. 1253 März 23. Cöln. — Abschr. Msc. I. 4. p. 8; II. 2. p. 41; VII. 2303; gedr. Niesert U.-B. I. 1. p. 73; U.-S. II. p. 434.

Wilhelmus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii fidelibus presentem paginam inspecturis gratiam suam ac omne bonum. Illustris benignitas, eternorum intuitus et excellentie regalis largitas ad promotiones ecclesiasticas multimode nos invitant. Regius enim ex hoc honor intenditur et acquiritur largiflua divine propitiatio maiestatis, ubi ecclesie Dei muneribus ditata principum et liberta-

¹⁾ „gograscaph“ beide Ausfertigungen d. U.

tibus votivis donate, favore specialis gratie confoventur. Hinc est quod nos ad interventum venerabilium domini H(ugonis) tituli sancte Sabyne presbyteri cardinalis apostolice sedis legati, C(onradi) Coloniensis archiepiscopi et H(einrici) Leodiensis electi, de providentia consilii nostri, comitatum et universa bona infra Frisiam et extra sita, que nobilis vir Otto comes de Ravensbergh tenuit de manu imperii titulo feudali, et que nobis per liberam resignationem Walrami de Monzoye tam pro se, quam pro Jutta uxore sua, ad quam dicta bona fuerant iure hereditario devoluta, quam etiam pro omnibus heredibus dicte Jutte, omni iuri quod sibi nomine dicte uxoris sue in prefatis bonis competeat ex quacunque causa renunciantis simpliciter coram nobis, legitime vacaverunt, venerabili Ottoni Monasteriensi episcopo dilecto principi nostro et sancto Paulo et eiusdem successoribus in perpetuum infeodamus et concedimus, a nobis et imperio iure feudali perpetuo possidenda, et eis bona ipsa auctoritate regalis culminis confirmamus. Testes qui interfuerunt sunt hii: legatus, Coloniensis et Leodiensis predicti, Symon Paderburnensis episcopus; Th. de Clive, W. de Juliaco, W. et O. de Nassowe, Adulfus de Monte, A. de Waldeke, Engelbertus de Marca et Conradus de Retbergh comites et W. dux de Lemburgh et alii quam plures. Datum Colonie X. Kal. Aprilis, Indict. undecima, anno Domini M^o.CC^o.L^o. tertio.

553.

Bündniss der Städte Münster, Dortmund, Soest und Lippstadt behufs Aufrechthaltung des Landfriedens abgeschlossen an der Brücke bei Werne. 1253 Juli 17. — Nach der Soester Ausfertigung gedr. Hæberlin Anal. p. 231; hieraus wiederholt Niesert U.-S. III. 537; nach der Dortmunder, Fahne, Dortmund II. 4. p. 33; deutsche Übersetzung des 15. Jahrhunderts in dem Münster'schen Gildenbuche, Niesert U.-S. III. 307.

Hier nach Erhard's Abschrift des Orig. der Erneuerung v. J. 1268, im Archive der Stadt Lippstadt; Fr. Münster U. 134.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Scabini, consules, totaque burgensium ac civium Monasteriensis, Tremoniensis, Susatiensis ac Lippensis civitatum universitas, omnibus ad quos presens pagina pervenerit salutem in perpetuum. Cum dignum et perutile sit, ea que memorie digna provide ordinantur, ne calumpnie subrepere valeat iniquitas aut erroris ambigui suboriri possit prolixitas, firmo litterarum robore solidari, notum esse volumus universis tam presentibus quam futuris, quod nos propter multimodas necessitates nobis frequenter in captivitatibus, rapinis, multisque aliis iniuriis gravaminibus imminentes, de communi consilio ac consensu, factis et acceptis invicem fide et iuramentis, perpetua sumus confederatione uniti sub hac forma. Primum est quod cuicumque hominum quempiam nostrum postmodum captivanti, vel indebite rebus suis spoliandi, denegabimus prorsus in omnibus predictis civitatibus nostris contrahendi mutui facultatem et omnia ea que sibi commodum et honorem procurare possunt et conferre, ita videlicet ut, si castellanus alicuius domini fuerit auctor iniurie perpetrate, eiusdem castellani domino et omnibus militibus ac famulis suis secum in castris suis nec non alias residentiam facientibus ubicunque omnino denegabuntur supradicta. Idem fiet simplicibus militibus ac famulis hinc inde residentibus et complicitibus eorundem. Item si aliquis raptor pro bonis alicui nostrum ablatis, ad instantiam iniuriam passi vel suorum, ordine iudiciario proscriptus fuerit in alterutra nostrarum civitatum, passum iniuriam quicumque nostrum, ad quos venerit consilium et auxilium, ut sibi iusticia de suo malefactore fiat, requirendo, taliter promovebunt, qualiter concives eorum proprios, iniuriam parem passos, in sua iusticia prosequenda promovere tenentur. Item si contigerit quempiam burgensium nostrorum ad alterutram nostrarum venire civitatum, qui propter evidentem rerum et corporis metum abinde egredi non audebit, burgenses illius civitatis ipsum in illum conducent locum, in quo ipsum securum recipere possint sui comburgenses. Item si miles fidei et honoris violator nobis rationabiliter denunciatus fuerit, talem fidei et honoris violatorem cententes, in omnibus civitatibus nostris ipsi mutui commodum denegabimus, quousque universum debitum persolvat, pro quo fidem suam violavit. Item si quispiam nostrum bona alterutri confederatorum nostrorum

ablata per rapinam vel per furtum in civitatem aliquam vel alias ubicunque delata vel deducta, extra suam civitatem emerit vel in merces suas commutaverit, ea non in civitatem suam inducturus ibidem distrahenda, sed alicubi distracturus, idem equaliter reus cum fure censebitur et raptore. Huius itaque dicte confederationis ac unionis nostre formam, quam ratam, firmam et ir retractabilem in perpetuum fore decrevimus, pena pecuniaria vallandam duximus et firmandam, ita videlicet quod quicumque privatus contra ipsam venerit, in decem marcis et carrata vini, pro quibus relaxandis a quoquam peti non licebit, sue tenebitur civitati pro excessu, omni insuper honore destitutus et privatus, quo boni homines merito gaudere debent, ita quod deinceps probis viris coequari non valebit. Quicumque igitur inventus fuerit in aliquo predictorum articulorum excessisse, si de hoc duorum proborum virorum testimonio convinci poterit, pena punietur supradicta. Si vero deficiente probatione se voluerit expurgare, se assumptis sibi sex viris ydoneis expurgabit. Item si alterutra nostrarum civitatum ab aliis civitatibus nostris in predicta confederatione redarguta fuerit excessisse, que se de hoc voluerit expurgare, hoc sibi licebit cum duodecim viris ydoneis, quorum sex erunt de consilio tunc temporis existente, et sex alii in eadem civitate residentes. Ut autem facte et dicte huius confederationis nostre rata permaneat ordinatio et inconvulsa, presentem paginam in rei veritatis testimonium nostrarum civitatum sigillis fecimus communiri. Acta sunt hec apud pontem Wernen anno Domini M^o.CC^o. quinquagesimo tercio, XVI^o. Kal. Augusti.

554.

* *Der päpstliche Legat Hugo verleiht dem Kloster Rengering das Recht, den Gläubigen, auf ihren Wunsch, eine Begräbnisstätte dasebst zu gewähren. 1253 August 3. Metz. — Abschr. Msc. I. 408. f. 449.*

Frater Hugo miseratione divina tituli sancte Sabine presbyter cardinalis apostolice sedis legatus dilectis in Christo abbatibus et conventui monasterii de libro sancte Marie in Reggerinc ordinis Cisterciensis Monasteriensis diocesis salutem in Domino. Devotionis vestre precibus annuentes auctoritate vobis presentium indulgemus, ut si vestri monasterii fundatores vel alii fideles apud ipsum elegerint sepulturam, dummodo non sint excommunicati vel interdicti aut etiam publice usurarii, liceat vobis non obstante alicuius contradictione temeraria ecclesiastice tradere sepulture, illarum tamen ecclesiarum salva iusticia a quibus assumentur corpora mortuorum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Meti III Nonas Augusti, pontificatus Domini Innocentii pape quarti anno undecimo.

555.

* *Der edle Vogt Widekind vom Berge bestätigt eine Schenkung des Ritters Helembert von Manen an das Kl. Marienfeld. 1253 August 25. Hausberge. — Or. Kl. Marienfeld U 125.*

In nomine Domini. Amen. Omnibus presentes visuris vel auditoris Widekindus advocatus Montis rei geste noticiam. Quoniam lapsu temporis hominum memoria labitur et ob hoc surrepit odiosa oblivio, mater licium et materia iurgiorum, expedire credimus, ut que pie et legitime acta sunt, scriptis autenticis muniantur. Notum igitur esse volumus tam presentibus quam futuris, quod bone memorie dominus Helembertus miles dictus de Manen divine retributionis intuitu duo iugera in Merle sita, que de manu nostra in feudum tenuit, cenobio campi sancte Marie pia liberalitate donavit; nos quoque, ut quod per eum in hac parte factum est, firmum et stabile perseveret et malignis machinationibus nequeat infirmari, proprietatem duorum iugerum prefato monasterio duximus conferendam. Testes qui premissa donationi nostre rogati et vocati interfuerunt sunt hii: Henricus filius meus, Widekindus et Justacius fratres dicti de Slon, Johannes

Saxo milites castellani nostri et alii quam plures. Ad maiorem fidem in posterum et certitudinem faciendam presentem paginam roboravimus nostri appensione sigilli. Datum in castro nostro anno Domini M^o.CC^o. quinquagesimo tercio, sequenti die post festum beatum Bartholomei.

Der Herzschild des Siegels mit dem Adlerflügel ist gut erhalten, die Umschrift aber zerstört.

556.

* *Der päpstliche Legat Hugo beauftragt den Abt und den Prior des Kl. Iburg einen zwischen dem Pfarrer zu Harsewinkel und dem Kloster Marienfeld wegen der Hospitalgüter ausgebrochenen Streit rechtskräftig zu entscheiden.* 1253 August 30. Besançon. — *Or. Kl. Marienfeld U. 125^a.*

Frater Hugo miseracione divina tituli sancte Sabine presbiter cardinalis apostolice sedis legatus venerabili fratri abbati, dilecto in Christo priori ecclesie sancti Clementis de Yburg ordinis sancti Benedicti Osnaburgensis dyocesis salutem in Domino. Venerabilis fratris abbatis prioris tocusque conventus de campo sancte Marie ordinis Cisterciensis Monasteriensis dyocesis querimonia nobis innotuit, quod rector ecclesie de Hoswinkele, in dotem cuius redditus sub confirmationibus episcoporum et visitorum eiusdem claustrum ab antiquo in elemosynas iam dicti cenobii pauperum ceciderunt, iniuriatur eisdem. Unde nos hoc ratum habere volentes vobis presencium auctoritate mandamus, quatinus partibus convocatis audiatis causam et appellacione remota usuris cessantibus fine debito terminetis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui nominati fuerint, si se gratia odio vel iure subtraxerint, appellacione remota, simili censura cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis interesse poteritis, tum unus nichilominus exequatur. Datum Bisuncii III Kalendas Septembris, pontificatus domini Innocentii pape III anno undecimo.

Das anhängende kleine elliptische Siegel des Legaten ist sehr beschädigt.

557.

Graf Otto von Tecklenburg überträgt den Hof Schölling¹⁾, nachdem der bisherige Lehnsinhaber Hermann von Merveld darauf verzichtet, dem Domcapitel zu Münster. 1253 September 16. — *Or. Fr. Münster U. 83 Abschr. Msc. I. A. p. 265; gedr. v. Ledebur Archiv III. 117.*

In nomine Domini. Amen. Otto Dei gratia comes de Thekeneburg, omnibus in perpetuum etc. Novit itaque presens etas et successiva posteritas non ignoret, quod Hermannus de Merveelde miles et eius filius curtim dictam Scolvinc cum omnibus ad eam pertinentibus, quibus de manu nostra infeodati fuerunt, nobis libere resignarunt, nosque ad petitionem ipsorum et amicorum eorum proprietatem dicte curtis cum universis suis pertinenciis decano et capitulo ecclesie Monasteriensis contulimus cum consensu heredum nostrorum perpetuo possidendam etc. Testes huius rei sunt: Conradus de Bructerbeke, Ludolfus de Bructerbeke tunc dapifer noster, Johannes de Lanchen et filius suus Rodolfus, Johannes dincgravius et filius suus Hermannus, Theodericus de Bramhornen, milites castellani et ministeriales nostri et alii quamplures. Acta sunt hec anno d. i. M^o.CC^o.LIII^o, sextodecimo Kal. Octobris.

Das Siegel ist abgefallen.

¹⁾ Kr. Lüdinghausen, Krehsp. Senden.

558.

Indem Graf Otto von Bentheim seine in dem Gebiete des Grafen Otto von Geldern belegenen Alode diesem als Lehn überträgt, wird er hierdurch *ligius homo*, quod teutonice dicitur *ledichman*, eiusdem comitis Gelrensis preter dominos nostros, dominum archiepiscopum Bremensem, episcopum Traiectensem, episcopum Monasteriensem et episcopum Osnaburgensem. *Zütphen 1253 im September.* — *Gedr. Jung histor. Bentheim. cod. dipl. 362.*

559.

* Rudolf von Meinhövel verzichtet zu Gunsten des St. Ägidii-Klosters auf seine Ansprüche an das Gut Bontrup¹⁾. 1253 Novbr. 3. Münster. — *Or. Kl. Ägidii U. 31; Abschr. Msc. I. 81. f. 12.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Otto secundus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus etc. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod Rodolphus miles de Menhuvele in nostra presencia constitutus omni actioni, quam adversus religiosas dominas . . . abbatissam et conventum sanctimonialium sancti Egidii Monasteriensis movere ceperat minus iuste super manso in Bovinchorpe, quem una cum hominibus attinentibus dominus Johannes de Bilrebeke bone memorie simul cum uxore sua Sophia et Berta filia eorundem eidem dominabus iam annis pluribus retroactis liberaliter contulerunt, renunciavit absolute, ius siquid sibi in premissis competere putabatur ex habundanti resignando. Presencium insuper attestacione nos id ratificasse protestamur, quod dominus Ludolphus episcopus predecessor noster pie recordacionis honorum predictorum proprietatem ecclesiam nostram quondam attingentem . . . abbatisse et conventui contulit supradictis. Ut autem premissis plena ac indubitata fides valeat adhiberi, presentem paginam prefatis dominabus dedimus sigilli nostri munimine roboratam. Acta sunt hec in aula nostra coram testibus subnotatis, qui sunt: Johannes Werence thesaurarius, magister Thetmarus et magister Remfridus de Heringen, ecclesie nostre canonici, magister Bernardus veteris ecclesie canonicus, quorum sigilla presenti carte similiter sunt appensa; item Franco et Thidericus filius suus de Sconenbeke, Albertus dapifer, Ludolphus de Wernen, Gerhardus de Olfnen, iudex tunc temporis Monasteriensis, et Thidericus de Selekin milites; Johannes Nicinc et Gerewinus Dives cives Monasterienses et alii quam plures, a. D. millesimo ducentesimo quinquagesimo tercio in crastino Victorini et Floriani²⁾.

Das Siegel des Bischofs und das des Theसारars Johann Werence sind allein erhalten, die drei andern abgefallen.

560.

* B. Otto überträgt dem St. Martini-Stifte in Münster gewisse von dem bisherigen Lehnsinhaber, dem Ritter Gerhard von Olfen, angekaufte Zehnten in den Kirchspielen Lüdinghausen und Seppenrade. 1253 Novbr. 11. Münster. — *Abschr. Msc. I. 71. p. 42; hieraus Copie IV. 4. p. 188.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Otto secundus, Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus etc. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos decimam sitam in Ludinchusen et in Sepperothe ecclesiarum parrochiis, quam Gerhardus miles de Olfnen, cum eam olim a nostra

¹⁾ Im Kirchspiel Amelsbüren, Kr. Münster.

²⁾ Nach den Kalendarien vor dem Missale iuxta ordinem ecclesie Monasteriensis, gedr. von Ludwig von Renchen Köln 1489, und vor dem von Bernhard Tegeder 1492 geschriebenen Copiar von St. Mauriz Msc. I. 69. f. 23', fällt Victorin und Florian auf den 2., nach dem jetzigen Münster'schen Kalender auf den 5. November. In den Kalendarien der übrigen Klöster und Kirchen des Münsterlandes habe ich diese Heiligen nicht aufgeführt gefunden.

manu teneret in feodo, ecclesie beati Martini Monasteriensis viginti et octo marcis vendidit, ipsam simul cum uxore sua Ermegardi et liberis eorundem in nostra presentia bona voluntate libere resignando, eidem ecclesie, adhuc novelle quoddammodo plantationi, iure contulimus proprietatis perpetuo possidendam, ut divinum ibidem officium possit plenius exerceri. Ne igitur determinati dicte decime redditus ignorentur, in hac presenti pagina declarare dignum duximus, quid et quantum solvant domus singule decimales. Grubinchus itaque solvit annuatim XX denarios, villicus in Udinchove II solidos, Fredericus de Worwerke VI denarios, Lambertus de Olden Ermene II solidos, Hinricus de Thettinchem de agris situs Upperstrot solidum. Domus burggravii in Rechgete sita in Hundesende XVI denarios, Gotscalcus de Sepperoth de area quadam ibidem sita III denarios et pullum, Hinricus de alia area ibidem sita denarium et pullum, Lutgardis et Ascele sorores de area similiter ibidem sita denarium et pullum. Item Hinricus in Bernbroke de domo domni Gerlaci de Bevern XXVI denarios et minutam decimam, Engelbertus ibidem manens minutam tantummodo decimam, domus nostra III denarios et minutam decimam, domus domni Thiderici de Bork VI denarios et minutam decimam, curtis domni Florekinii de Specken in Elvere VI denarios, domus Upperbeke solidum, domus domni Elmerici in Ermene X denarios; item in Rodenlo Hillebrandus II solidos, in Scivenhuvele Gerbertus solidum et minutam decimam, Thidericus Uppenberghes solidum et II scepel tritici, Gerhardus preco VIII denarios, Campeshove XVIII denarios, Hermannus de domo sita Smetherinc II scepel tritici. In Brocthorpe domus Rathardi VI denarios, villicus in Hillemodinchove III solidos, item de Dävelessunderen Gerhardus Monachus II solidos et minutam decimam, et domus domni Wicboldi Haraldie solidum et minutam decimam. Hec decima solvetur Ludinchusen in assumptione beate virginis Marie. Ut autem ecclesia predicta prefatam decimam libere et quiete absque ulla molestatione perpetuo valeat possidere, ipsi presenti scripto sigillo nostri munimine roborato de premissis omnibus testimonium evidens perhibemus. Acta sunt hec in aula nostra, presentibus hiis scilicet viris venerabilibus: Stephano decano, Ernesto cantore, Johanne de Rethet et Johanne de Huvele ecclesie nostre canonicis, Wicboldo decano, magistro Mathia scolastico, magistro Bernharde custode, magistro Frederico notario, Bertrammo et Wenero sepefate ecclesie canonicis, Hermanno sacerdote de sancto Michaelis; Godefrido burggravio de Rechgete, Frederico de Menhuvele, Hermanno de Langene, Alberto dapifero et Bernardo eius filio militibus et aliis quam pluribus viris honoratis, anno dominice incarnationis M^o.CC^o.LIII^o, III. Idus Novembris.

561.

Otto, Bischof von Münster, erneuert die Bestimmung des Bischofs Werner ¹⁾, dass der Vicedominus als Archidiacon jährlich nur eine Synode in Bösensell halten soll und zwar ohne Kostenaufwand für den Pfarrer und die Gemeinde daselbst. 1253. O. Z. — Abschr. Msc. II. 23. p. 60; hieraus gedruckt Niesert U.-S. IV. p. 29.

562.

* Der Ritter Hartmann und sein Bruder Albero, die das Kl. Rengering in Asche gelegt hatten ²⁾, söhnen sich mit dessen Convent aus. 1253. Warendorf. — Or. Kl. Rengering U. 4.

Universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis Hermannus miles iudex in Warendorp, scabini et universitas civium eiusdem civitatis salutem in auctore salutis. Cum non solum sint culpabiles qui maliciose veritatem impugnant, sed et hi qui eandem requisiti negligenter occultant, oportet ut ab utroque malo penitus absteineat quemcunque veritatis amicum esse delectat. Noverint igitur fideles universi, quod

¹⁾ 1132—1152. — ²⁾ Ueber den Neubau des Klosters vergl. die Urk. vom 10. April 1252, oben Nro. 537.

cum Hartmannus miles et frater suus Albero necnon et eorum complices per incendium pene irrecuperabiliter cenobium monialium Renggerinc Cysterciensis ordinis indebite lesissent, et hoc facto usque ad periculum vite adversum se animum domini Ludolfi Monasteriensis episcopi commovissent, et vix tandem suorum auxilio amicorum ad satisfaciendum comparandi securitate impetrata ab episcopo, pro dampni recompensacione fideiussores iam dictus miles et frater suos dedissent, personis intervenientibus honestis hoc ordine et tenore huiusmodi controversia conquievit, ut datis altrinsecus a partibus arbitris eorum consilio contencio sopiretur. Qui sane arbitri in hoc tandem convenerunt, ut a restitucione dampni prefatus miles absolveretur et insuper acceptis quinque marcis a predicto cenobio, ipse data fide militari et iuramento cum fratre suo prestito ab omni deinceps iniuria et lesione cenobii abstineret. Huic ordinacioni in nostra civitate celebrate testimonium perhibentus, perhibent et ceteri qui eidem interfuerunt actioni, videlicet Bruno prepositus in Renggerinc, Godescalcus sacerdos de nova ecclesia, Gerhardus, Heinricus, Johannes sacerdotes; Hermannus miles de Renggerinc fundator cenobii, Bernhardus et Johannes milites de Vinneberg et Egelmarius miles et alii plures. Datum Warendorp anno M^o.CC^o.LIII^o 1).

Das Siegel ist abgefallen.

563.

Der Münster'sche Ministerial Johann von Ruwenberg verkauft gewisse ihm als freies Eigenthum angehörende Kornrenten unter Zustimmung der Schöffen und Freien des Freigerichts zu Belen an das Kl. Marienfeld.
1253. — *Or. Kl. Marienfeld U. 126; Abschr. Msc. I. 106. f. 25, gedr. Kindl. Beitr. III. U. p. 189.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Otto secundus Dei gratia Monasteriensis episcopus etc. Igitur universitati fidelium innotescat, quod Johannes de Ruwenberg, nostre ministerialis ecclesie, consentiente uxore et liberis redditus annuos trium moltiorum siliginis minoris mensura Warendorpiensis mera proprietate sibi attinentes, quod vulgo dicitur thurslacht egen, distraxit, quos ab eodem fratres de campo sancte Marie datis XIII marcis et dimidia ad usus suos coemerunt. Qui sane redditus cum singulis annis de diversis mansis vel domibus particulariter debeantur, ipsas partes et mansorum nomina specialiter diximus exprimenda. Domus que vocatur Hoves dabit I molt, in Dutinchusen domus abbatisse Heilewigis de Vrekenhorst I molt, alia domus in Sechtenhem eiusdem abbatisse VI skepel, que scilicet abbatisse, quod hec omnia de suo beneplacito manaverint, sigilli sui appensione testatur; item alia domus in predicta villa nobis attinens VI skepel. Horum igitur reddituum distractio ut immobiliter fixa in perpetuum constaret, accessit predictus Johannes ad forum vriethinc Belen et coram Alberone comite eosdem redditus resignavit, et ex conniventia omnium scabinorum qui aderant et eorum qui dicuntur libere conditionis per bannum regium ab Alberone venditione confirmata et emptione, dominus Burchardus monachus et Everwinus conversus de Seppenhagen ad manus ecclesie sue prefatos redditus susceperunt. Insuper et nos pontificali auctoritate suffulti rationabile factum ex omni parte confirmamus, terribiliter eos excommunicantes, qui contra hec aliquatenus presumpserint malignari. Acta sunt hec anno Domini M^o.CC^o.LIII^o. Huius rei testes sunt: Hardwinus decanus, Godefridus canonicus in Vrekenhorst, Wulfardus sacerdos frater Alberonis, Everwinus cognatus Johannis; Bernhardus miles de Warendorp, Bertoldus miles de Vrekenhorst Hermannus de Hukelhem, Wescelus de Grevene, Heinricus de Ketelinchusen frater Alberonis, Levoldus de Belen et alii quamplures. Ne autem ex aliqua parte contingat vacillare negotium, ad extremum illud sigillo nostro communimus.

An Schnüren von Zwirnsfäden hängen die Siegel des Bischofs von Münster und der HEILEWIGIS DEI GRATIA ABBATISSA IN FREKENHORST. Letzteres stellt eine sitzende Nonne mit einem Palmzweig in der Rechten und einem geschlossenen Buch in der Linken dar und ist künstlerisch gut ausgeführt.

2) Ueber dies Datum vgl. oben Nro. 474.

564.

Vertrag der Stadt Coesfeld mit dem Kl. Marienborn daselbst, wonach dessen bisher in der Stadt erworbene Grundstücke gegen eine jährliche Geldabgabe von allen städtischen Diensten und Auflagen befreit, die spätern Erwerbungen aber denselben unterworfen sein sollen. 1253 (1254) Januar 25. Coesfeld. — Zwei Original-Ausfertigungen in dem Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archive und in dem der Stadt Coesfeld, hier nach ersterer, nach letzterer gedruckt Niesert U.-B. I. II. p. 481.

In nomine Domini. Amen. Que geruntur in tempore ne simul labantur cum lapsu temporis, poni solent in lingua testium vel scripture memoria perhennari. Sciant igitur presentes et successivi temporis futura posteritas, quod controversia fuit inter civitatem nostram Cosvelde ex una parte et claustrum dominarum ibidem ex altera, in eo quod nos requisivimus de areis, quas emerunt ad usus suos, tallias et exactiones, et ad fodiendum et ad vigilandum, sicut de aliis domibus nostre civitatis¹⁾, que wicbilethe vulgariter dicte sunt et fuerunt; conventus autem dominarum in nostra civitate econtra, ut nos amore Dei et sue dilecte matris Marie ad sublevamen eis, quia pauperes et satis sunt obligate, tallia eis remitteremus, multis precibus instabant. Nos autem pro posse nostro eis condescendendo cum consensu totius civitatis, annuente domina Mechthelde abbatissa cum toto suo conventu, talem fecimus in hac controversia compositionem. Domina abbatissa ex parte conventus dominarum suarum de areis omnibus, quas modo sibi comparaverunt, singulis annis in festis diebus pasche civibus nostre civitatis III solidos Monasteriensis monete presentabit, et domina abbatissa cum conventu dominarum suarum ab omni onere arearum et rerum suarum erit libera et absoluta, nec ad tallias vel exactiones neque ad fodiendum neque ad vigilandum de areis illis ammodo tenebuntur. Sed si alias domos vel areas sibi post hec comparaverint vel forte dono receperint, inde sicut cetera domus, que wicbilethe sunt, ad omnia supra dicta erunt astricta. Preter hec ad communem nostre civitatis utilitatem vel necessitatem, quando emergitur²⁾, statuit domina abbatissa dicta³⁾ Mechteldis cum consensu conventus sui, quod rogate currum cum equis ad maiorem favorem civium nostrorum consequendum voluntarie prestarent. Ut autem hec ordinatio maiorem habeat firmitatem, sigilli domine abbatisse et conventus dominarum et nostre civitatis munimine communimus. Huius ordinationis testes sunt ex parte claustrum dominarum: Hinricus sacerdos, Wolterus miles, Bernardus de Witherden, Everhardus de Damhusen, Bernardus Flos, Giselbertus de Sunderhus; scabini: Johannes Ide filius, Ludolfus Gernandi filius, Volmarus de Rene, Jordanis de Rene, Johannes de Alen, Hinricus de Pothove, Lutbertus de Dulmene, Godefridus Spechon, Albertus Felix, Albertus de Brochusen, Gernandus Faber, Hinricus Marsillii, Hinricus de Vlameshem, Bernardus de Valle, Frethericus Winmanninc et alii quam plures. Acta sunt hec et ordinata coram iudicio Cosvelt, Johanne Ide filio ex parte iudicis Johannis de Pothove tunc iudicium teunte. Anno gratie M^o.CC^o.LIII^o, in conversione sancti Pauli.

565.

* *Vergleich zwischen den Klöstern Überwasser zu Münster und Liesborn wegen Verpachtung und Verwaltung des ihnen gemeinschaftlich gehörenden Guts Worme im Lande Jülich. 1253 (1254) Januar 26. Or. Kl. Überwasser U. 26; Abschr. Msc. I. 99 f. 21'.*

Universis presentem litteram inspecturis . . . abbatissa⁴⁾ et conventus sancte Marie Monasteriensis et . . . abbas et conventus Lisbernensis ordinis beati Benedicti salutem in auctore salutis. Ad noticiam universo-

Es fehlen in der ersten Ausfertigung: ¹⁾ „nostr. civit.“ — ²⁾ „quando emergitur“. — ³⁾ „dicta“.

⁴⁾ „Hadewigis“ nach dem Siegel.

rum volumus pervenire, quod mota inter nos lite super locatione curtis nostre in Worme¹⁾ que Goztorp dicitur et quibusdam dampnis, post diversas hinc inde commissiones impetratas, tandem mediantibus et plurimum laborantibus domino nostro Monasteriensi episcopo necnon . . . preposito . . . decano et aliis prioribus ecclesie Monasteriensi, qui super laboribus, vexationibus et expensis partium intimo compatiebantur affectu, predicta lis tali modo sopita est. Nos . . . abbatissa et conventus sancte Marie Monasteriensi renuntiavimus et renuntiamus dampnis que a conversis Lisbernensis ecclesie in curte vel in curia Worme nobis illata esse conquesti sumus. Renuntiatum est etiam expensis occasione litis predictae hinc inde factis. Promiserunt etiam et promittunt ecclesie utreque, quod nulla ecclesiarum aliam vexet vel impetat invitam super divisione curie predictae et pertinentium. Et si secus factum fuerit, hoc eligimus irritum et inane. Super locatione vero curtis vel curie eiusdem ordinatum est, quod . . . abbatissa sancte Marie una vice . . . abbas vero Lisbernensis altera vice locent eandem, non per laicum, sed quilibet per ecclesie sue conversum. Et conversus ibidem locandus de manu tam abbatis quam abbatisse curiam eandem suscipiet et prestito prius sacramento, quod secundum conscientiam suam equam de pensionibus utrisque ecclesiis faciat divisionem, in eadem curia permanebit, nisi de consensu vel voluntate tam . . . abbatis quam abbatisse omni tamen dolo excluso ab eadem curia removeatur. Ordinatum est preterea de consensu partium, ut si propter insufficientiam conversi vel ob alias quascunque causas curia iam dicta defectum paciatur, de pensione vel rebus utriusque ecclesie nostre idem defectus proportionaliter suppleatur. Renuntiavimus etiam nos . . . abbas et conventus Lisbernensis omni actioni, si qua nobis competebat contra . . . abbatissam et conventum sancte Marie Monasteriensi super vinea in Remage a nobis quondam eis vendita, si quid imperfectionis idem contractus habebat ob contradictionem quorundam de conventu nostro vel ob alias causas, ratihabitione et presentium tenore confirmantes eundem. Ad maiorem autem cautelam et firmitatem presentem paginam super premissis conscriptam impressione sigillorum tam domini nostri episcopi et capituli Monasteriensi quam et abbatisse et conventus sancte Marie, abbatis quoque et conventus Lisbernensis cautum duximus roborari. Acta sunt hec a. D. M^o.CC^o.L^o. tercio in crastino conversionis beati Pauli apostoli.

Das bischöfliche Siegel und das des Abtes sind abgefallen, die vier andern sehr beschädigt.

566.

Der Ritter Gerwin von Lette resignirt dem Kl. Marienfeld gewisse Renten, die er bisher von demselben zu Lehen trug. 1253 (1254) Febr. 2. — Orig. Kl. Marienfeld U. 127; Abschr. Msc. I. 106. f. 44^r; gedr. v. Ledebur Archiv VII. 139.

Frater Rodolfus dictus abbas campi sancte Marie omnibus hoc scriptum intuentibus imperpetuum Noverint universi fideles presentis temporis et futuri, quod nos redditus quosdam, quos de manu nostro Gerewinus miles de Lette feudali iure tenuerat, resignatos ab eodem cum consensu uxoris et heredum suorum datis IX solidis ad usus ecclesie nostre comparavimus. Horum reddituum summa est VIII denarii qui de domo nostra Drop pro recompensatione decime quorundam agrorum, qui appellantur Silezgelan annis singulis persolventur. Ad huius igitur facti noticiam et firmitatem in posterum habendam, presentem paginam conscribi fecimus et sigillo nostro communiti. Huius rei testes sunt: Everhardus ecclesie nostre prior, Fredericus cellerarius, Everwinus conversus; Winandus miles de Herthe, Gelderadius laicus et duo filii ipsius Fredericus et Erthmarus, Johannes laicus et alii plures. Acta sunt anno Domini M^o.CC^o.LIII^o. die purificationis beate Marie secus portam ecclesie nostre.

Das Siegel der Abtei ist gut erhalten.

¹⁾ „in partibus Juliacensibus“ ist auf der Rückseite der Urkunde bemerkt. Vgl. oben Nro. 429 u. Erhard Reg. C. Nro. 229 u. 24

567.

* *Godschalk von Remen wird Burgmann des Edlen Otto von Lon* ¹⁾. 1253 (1254) Februar 14. Münster. —
Or. Fr. Münster U. 84.

Nos Otto Dei gratia nobilis dictus de Lon omnibus inperpetuum. Insinuatione presentium notum facimus presentibus et futuris, quod Gotscalco dicto de Reme militi dilecto consanguineo nostro concessimus curtim Grevinchof sitam in parrochia Alethe cum molendino et universis attinentiis, iudicio nemoris quod holtgerihthe vulgo dicitur excepto. Item concessimus ei quatuor malt ex molendino Suthlon, duo malt siliginis et duo malt ordeï, annuatim percipienda, que III^{or} malt licitum est redimi cum XVIII^o marcis a nobis, quando nobis placuerit. Item concessimus sibi domum Osterlo cum omni usu, qui exinde poterit provenire. Hec concessimus eidem, ita ut ipse et sui heredes a nobis teneant iure hereditario et titulo pheodi castrensis, et pro hiis esse debet noster perpetuus castellanus et tenemur ipsum manutenere ad iusticiam in nostris munitionibus sive castris. Ut autem hec inter nos et dictum Gotscalcum firma permaneant, scriptum presens exinde confectum munimine nostri sigilli fecimus roborari, testibus subnotatis qui sunt: Ludolphus de Stenvordia, Gerhardus canonicus Monasteriensis frater domini G. de Reme, Gotscalcus de Buren, Swetherus Werence, Wescelus de Lembeke, Thidericus de Miste, Hinricus de Wullen et alii quam plures. Datum Monasterii a. D. M^o.CC^o.LIII^o, XVIII^o. ²⁾ Kal. Martii.

Die Wappenbilder des Siegels sind dieselben wie die unter Nro. 352. beschrieben.

568.

* *B. Otto II. bestätigt dem St. Ludgeri-Capitel zu Münster einen Zehnten im Kirchspiel Vorhelm, den es von Wilhelm von Lapschap* ³⁾ *angekauft hatte.* 1254 April 17. — Abschr. Msc. I. 70. p. 23; hieraus
Copie II. 43. p. 101.

Otto Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Notum facimus universis, quod Wilhelmus dictus de Lapschap quandam decimam in parrochia Vorhelme sitam, que solvit VI solidos III denarios minus et tres modios tritici mesure Alensis, decano et capitulo sancti Ludgeri pro VI marcis vendidit et in manus nostras libere resignavit. Nos ex consensu capituli nostri, post resignationem liberam predicti Wilhelmi, prefatam decimam decano et capitulo sancti Ludgeri predictis contulimus perpetue possidendam. Sciendum eciam, quod Thidmarus de Stochem, Bernhardus de Gausebrinke et Gerlacus Vettinch memoratum capitulum ab omni gravamine, si quod eis occasione dicte decime ingruerit, fideiussoria cautione prestita eximere promiserunt. Notandum quoque, quod triticum et denarii predicti singulis annis dabuntur Vorhelme dominica proxima post nativitatem Marie virginis. Nec pretereundum, quod domus domni Hinrici de Hellere de predictis denariis solvit XXX denarios et in tercio anno porcum valentem plus quam XII denarios. In cuius rei noticiam presens scriptum confectum est et sigilli nostri munimine roboratum. Acta sunt hec Monasterii anno Domni M^o.CC^o.LIII^o, VI^a feria post pascha.

¹⁾ Dessen Burg zu Stadtlohn belegen war.

²⁾ Wohl verschrieben statt XVI.

³⁾ In einem nicht datirten Befehl desselben Bischofs an den Archidiacon von Vorhelm, das Kapitel in den Besitz des Zehnten zu setzen, Msc. I. 70. p. 30, wird der Verkäufer „Wilhelmus de Lascap“ genannt.

569.

Ritter Hermann von Merveld stellt dem Domcapitel Bürgschaft für gewisse mit diesem ausgetauschte Güter¹⁾.
1254 April 20. — Or. Fr. Münster U. 85; Abschr. Msc. I. A. p. 301; gedr. Kindlinger Beitr. I. p. 12.

Otto Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus etc. Notum sit itaque tam presentibus quam futuris, quod cum Hermannus miles de Merevelde de consensu heredum suorum Scolvinc et Blicinc²⁾ curtes cum earum attinentiis capitulo ecclesie nostre libere resignaret, recepta pro eisdem bonis in concambio curte Winckelhorst cum omnibus pertinentibus ad eandem, idem Hermannus de Merevelde nec non Johannes et Hermannus filii ipsius, Godefridus burcgravius de Rechethe, Hinricus et Hermannus filii eius, Fredericus de Menhuvele, Hermannus de Ludinchusen et Hermannus filius suus, Johannes de Emeten milites in manus nostras fide prestita promiserunt, quod si quisquam in posterum dicta bona inpetat, ipsi hoc tollant, predictum capitulum ab omni molestia ratione eorundem bonorum ingruente penitus eximentes. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum anno Domini M^o.CC^o.L^o. quarto, XII^o. Kal. Maii.

Nur das in der Urk. nicht angegebene Siegel des Domcapitels ist, obwohl sehr beschädigt, erhalten.

570.

Engelberts, Grafen von der Mark, Sühne mit dem Kloster Kappenberg. 1254 Juni 6. Kappenberg. — Hier nach Erhard's Abschrift des Orig. im Gräfl. Archive zu Kappenberg; früher eben daraus copirt Msc. II. 45. p. 107; gedr. Kindlinger Volmestein II. p. 153; Niesert U.-S. IV. 133.

In nomine Domini. Amen. Notum esse volumus omnibus presens scriptum inspecturis, quod nos Engelbertus comes de Marca coram ecclesia Capenbergensi recognovimus, nos ipsi fecisse iniuriam in capiendis hominibus ipsius et exactionem in ipsis faciendo. Quam iniuriam a preposito et capitulo suo humiliter petivimus nobis remitti propter Deum et favorem nostrum plenius in posterum habendum, quam benigne remiserunt. Et nos libenter in antea, ne consimile quid ex parte nostra fiat ecclesie, cavere studebimus. Prefatam vero ecclesiam in eo iure, quo pater et avus noster ipsam servabant, servabimus, in eo videlicet favore, quod ab ecclesia Domino dante redargui non merebimur. In huius rei testimonium presentem paginam sigillo nostro duximus roborandam, subnotatis testibus, quorum hec sunt nomina: Johannes maioris ecclesie in Colonia scolasticus, Hugo prepositus in Capenberg cum omni suo conventu, Gerhardus prepositus ecclesie sancte Marie in Traiecto superiori, Hinricus canonicus Monasteriensis dictus de Turri, Gervasius decanus in Lon, Arnoldus plebanus in Hamme, Engelbertus plebanus in Camene; Walterus nobilis de Tholberge; Fredericus et Herimannus fratres de Menhovele, Herimannus de Leudinchusen³⁾, Hinricus de Rechede, Gerwinus de Rinkenrode, Adolfus de Boyne, Godefridus de Hovele, Lubbertus de Boyne, Herimannus et Johannes fratres de Brochusen, Gerhardus dapifer de Altena, Everhardus de Hesne, Fredericus iuvenis de Bozlare; scabini de Monasterio: Godefridus de Beveren, Dithardus Parvus, Conradus Wrede, Brumelinc, et alii quam plures. Datum et actum in Capenberg, anno gratie M^o.CC^o.LIII^o. octavo Idus Junii.

Das mit rothen und grünen Fäden angehängte, in grünem Waech abgedruckte, grosse kreisförmige Siegel hat auf der Vorderseite einen einfachen Wappenschild mit einem geschachten Balken, mit der Umschrift: SIGILL. ENGELBTI. COMITIS. DE. MARCHA. * Auf dem kleinen Rücksiegel befindet sich eine vielblättrige Rose, mit der Umschrift: SIGILLUM SECRETUM.

¹⁾ Vgl. oben Nro. 557. — ²⁾ Im Kirchspiele Südkirchen, Kr. Lüdinghausen. — ³⁾ So die Urk.

571.

Derselbe verleiht dem Kl. Kappenberg das Patronatsrecht über die Kirchen zu Mark und Hamm¹⁾. 1254
Juni 6. — Abschr. Msc. II. 39. p. 25; gedr. Niesert U.-S. II. p. 428.

In nomine Domini. Amen etc. Notum (esse) volumus, quod nos Engelbertus comes de Marca cum consensu fratrum nostrorum, comitis de Altena Ottonis et Gerhardi prepositi sancte Marie in Traiecto superiori²⁾, ceterorumque coheredum nostrorum liberaliter sincere et propter Deum ecclesiam in Marca cum filia sua in Hamme et capella in castro universisque attinentiis suis ecclesie Capenbergensi, cum ibi sepulchra patrum nostrorum fuerint ab antiquo, in ipsorum memoriam et nostri contulimus perpetuo possidendam. Et ut hec rata et inconvulsa permaneant, presens scriptum sigilli nostri et sigillorum fratrum nostrorum munimine duximus roborandum subnotatis testibus quorum hec sunt nomina: Hugo prepositus in Capenberg cum universo conventu suo, Johannes maioris ecclesie in Colonia scolasticus, Gerhardus prepositus supra memoratus, Gervasius decanus in Loen, Henricus canonicus Monasteriensis dictus de Turri, Arnoldus plebanus de Marca, Engelbertus plebanus in Kamene, Anthonius plebanus in Sverte; milites Waltherus nobilis de Duleberg, Fredericus et Hermannus de Meinhovele, Hermannus de Ludinchusen, Hinricus de Rechede, Gerwinus de Rinckenrode, Adolphus et Lubertus de Boine, Godefridus de Hovele, Herimannus et Johannes de Bruckhusen, Gerhardus dapifer de Altena, Everhardus de Hesnen, Fridericus iuvenis de Boslare; scabini de Monasterio: Conradus Wrethe³⁾, Bruno Brummerinck⁴⁾, Godefridus de Beveren, Thethardus Parvus et alii quam plures. Datum anno gratie M^o.CC^o.LIII^o, VIII^o. Idus Junii.

572.

Anno MCCLIII. Conradus Coloniensis archiepiscopus quarto Non. Novembris (2. November) Colonie in maiore ecclesia ratum habuit Godefrido comiti de Arnsperg, ut advocatiam in Summeren et Lisberen a capitulo Coloniensi in feudum obtineat eo iure, quo eam nobilis vir Adolphus de Dassele obtinebat. Inter ceteros testes Henricus de Vittinckhofen, Godefridus de Meschede. — *Excerpt von Türks Hand in Msc. II. 203. p. 169.*

573.

Bernhard von Lippe tritt dem Kl. Herzbrock das Haus Spork gegen das Gut Heithörster⁵⁾ ab, und verkauft letzteres an das Kl. Marienfeld. 1254. — Or. Kl. Marienfeld U. 129; Abschr. Msc. I. 106. f. 8; II. 11. p. 157; gedr. Kindl. Beitr. III. U. p. 193.

In nomine Domini. Amen. Universa negocia mandata litteris et voci testium ab utroque trahunt immobile firmamentum. Noverint igitur fideles universi presentis temporis et futuri, quod ego Bernardus de Lippia domum quandam, que appellatur Sporka, iure proprietatis ex avorum meorum successiva hereditate mihi attinentem pro recompensatione cuiusdam mansi, qui dicitur Hethus, assignavi et contuli cenobio

¹⁾ Unter Berufung auf diese Urkunde bestätigte der Erzbischof Conrad von Cöln diese Uebertragung am 6. September d. J. Abschr. Msc. II. 39. p. 26; gedr. Niesert U.-S. II. 430. An beiden Stellen steht aber fälschlich 1253.

²⁾ In Maastricht; später Dompropst und seit 1261 Bischof zu Münster.

³⁾ Ohne Zweifel ein Nachkomme des Münster'schen Schöffen Thidericus Wrethe, dessen die Urkunde v. J. 1221 oben Nro. 173 erwähnt.

⁴⁾ In der vorhergehenden Urkunde schreiben Kindlinger und Erhard übereinstimmend „Brumelinc“; später kommt in Münster aber auch eine Familie „Prunheminc“ vor. Niesert U.-B. I. u. q. 461.

⁵⁾ In der Bauerschaft Kattenstroth südlich von Wiedenbrück.

monialium Hersebroke perpetuo possidendam. Quem utique mansum videlicet Hethus ab omni iure et exactione advocatie, quod nobis in eo fuerat, exemptum, acceptatis et acceptis XXX marcis a fratribus de campo sancte Marie, consentiente filio meo Bernardo et aliis heredibus meis legitimis vendidi eisdem fratribus in possessionem perpetuam ab ipsis possidendum. Que venditio et emptio celebrata est Herthe in iudicio vriethinc, et a Lamberto comite de Sutherlage sub regio banno confirmata, presentibus et consentientibus ex parte sui cenobii Cunegundi abbatisa, Jutta priorissa, Cunegundi custode et aliis de Hersebroke, ubi ego et filius meus Bernardus prefatum mansum resignavimus, quem Heinrichus, Godescalcus cellerarius, Giselbertus camerarius et alii fratres ad manus ecclesie sue susceperunt. Huius rei testes sunt: Otto Monasteriensis, Symon Paderburnensis episcopi fratres mei, Arnoldus dapifer noster de Rikelincdorpe, Lambertus miles de Vrekenhorst, Alradus Niger, Gerhardus Rusge, Sifridus de Hufe, Hermannus de Lippia, Heinrichus Vinke dapifer Ravenesberg, Ekehardus dapifer de Bermetlo, Hermannus Vettinc, Hermannus preco, et alii qui dicuntur libere conditionis; omnes castellani nostri de Rethe, de Ravenesberg et alii plures. Acta sunt hec anno Domini M^o.CC^o.LIII^o.

Die Siegel Bernhards und des Kl. Herzebrock sind beschädigt.

574.

* *Der Edle Engelbert von Gemen bestätigt die von seinem verstorbenen Bruder Gozwin vollzogene Übertragung des Hauses Barlo an das Kloster Asbeck, womit dessen Lehnsman Stephan von Wische seine zwei in das Stift aufgenommene Töchter ausgestattet hatte. 1254. Münster. — Or. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archiv.*

Engelbertus nobilis de Gemene omnibus presentem paginam inspecturis. Noverint universi, quod Stephanus miles dictus de Wisge, filiabus suis duabus cenobio Asbeke quondam locatis, domum suam Barlo ad emendationem prebendarum contulit et resignavit. Post decessum vero S. militis iam dicti dominus Gotzvinus pie memorie frater meus de Gemene eiusdem domus proprietatem prenominato cenobio contradicens ad ipsum pertinere iure legitimo affirmabat, quam bonorum virorum monitis et precibus denuo resignavit, et nunc ego eandem proprietatem, secundum quod post mei fratris obitum ad mee partem hereditatis devoluta est, bonorum virorum precibus acquiescens pro amore Dei et sancte Margarete virginis, cuius in honore est dedicatum, tam uxoris mee quam heredum meorum consensu prefato cenobio pure contuli et resignavi. Ut autem hoc meis a successoribus inviolabiliter observetur, sigillo domni mei Ottonis episcopi Monasteriensis et aliorum domnorum resignationi mee astantium, videlicet S. decani summi, H. prepositi veteris ecclesie sancti Pauli, B. quondam vicedomini et meo presentem feci litteram in testimonium roborari. Actum in Monasterio presentibus: domno Godefrido de Elen, Wicholdo de Saltesberge, Godefrido de Berenbroke militibus nobilibus; Hermanno de Ludinchusen, Alberto dapifero, Hinrico de Thetthen, Bernardo de Kaminata militibus et Godefrido de Gemene et aliis multis. Datum anno Domini M^o.CC^o.LIII^o.

Die Siegel sind sämtlich abgefallen.

575.

* *Das Kl. Clarholz verzichtet gegen eine Entschädigung auf seine Ansprüche an das Gut Darphorn¹⁾. 1254 (1255) Januar 16. Rheda. — Or. Kl. Marienfeld U. 128; Absch. Msc. I. 106. f. 26'.*

Universis fidelibus in Christo frater Luidgerus dictus abbas totumque capitulum in Clarholto etc. Notum facimus tam futuris quam presentibus, quod discordia que vertebatur inter nos et fratres de Othe-

¹⁾ Bauersch, Dackmar, Kspl. Warendorf. — Dies Gut, ursprünglich ein Eigenthum des Kl. Marienfeld, war später von diesem an die Herrn von Othelinchusen als Lehen vergeben, die ihre Rechte zum Theil an das Kl. Clarholz abgetreten haben mochten.

linchusen, Hermannum et Anselmum, super curte in Darphorne tali modo sopita est et in bonum pacis reformata, quod nos ammoniti et instructi a viris honestis et fide dignis commisimus causam in arbitrium, sicut etiam communem habuimus consensum in nostro capitulo universo. Quia igitur bona fide suggesterunt constanter et unanimiter viri prudentes et discreti, renunciavimus inpetitioni, quam hactenus habuimus in iam dicta curte, ita quod eam de cetero non impetemus nec eum, qui eandem curtem emere voluerit, factis vel consiliis impediemus. Preterea sciendum est, quod iam dicti fratres propria deliberatione et animo benivolo propter suam salutem contulerunt ecclesie nostre quoddam predium in Belen, promittentes insuper quod ecclesie nostre debeant esse fideles et quamdiu vixerint obsequiosi. Testes: Otto nobilis de Odeslo; milites Luitbertus de Bevern, Homarus de Ostenvelde, Rotgerus de Bobennvorde, Hermannus de Lederdeslo, Andreas de Boderke, Arnoldus de Monte, Widego de Redhe, Albertus de Mûdelere, Luidgerus de Widenbrugge et Johannes quondam iudex ibidem et alii quam plures. Actum ante Redhe anno Domini M^o.CC^o.LIII^o. die Marcelli pape.

Von der Umschrift des nicht zum Besten erhaltenen Siegels, den h. Laurentius den Rost in der Hand darstellend, ist noch zu lesen: . . . PREPOSITI ET ECCL. Sⁱ LAUR RHOLT.

576.

Exemtionsbullen Papst Alexander's IV. für die Kirchen und Güter des Prämonstratenser-Ordens, ausgestellt 1255 März 1. Bologna, und Juli 31. Pisa, abschriftlich in einer Kappenbergger Deductionsschrift in Betreff der Unmittelbarkeit dieses Klosters Msc. II. 38. p. 241 u. 245.

577.

* *Bischof Otto II. von Münster verleiht der Kirche zu Bonn, in welcher die Gebeine des h. Cassius, Florentius und anderer von der Thebaischen Legion ruhen, einen Ablass. Münster 1254 (1255) März 1. — Abschr. Msc. II. 40. p. 131.*

578.

* *B. Otto II. überträgt dem St. Ludgeri-Capitel einen von Franco von Schonebeck angekauften Zehnten in Altenberge. 1255 März 25. Münster im Kl. Überwasser. — Or.¹⁾ St. Ludgeri U. 3; Abschr. Msc. I. 70. p. 22; II. 13. p. 102; IV. 3. p. 153.*

Otto Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Ad notitiam tam futurorum quam presentium volumus pervenire, quod Franco de Sconenbeke una cum Theoderico milite nato suo, receptis quinquaginta marcis a decano et capitulo sancti Ludgeri, decimam in Aldenberghe, quam de manu nostra tenebant in feodo, nobis libere resignarunt, nosque post huiusmodi liberam resignationem prefatam decimam decano et capitulo sancti Ludgeri predictis perpetue contulimus possidendam. In cuius rei memoriam presens scriptum confectum est et sigilli nostri munimine roboratum. Acta sunt hec in ecclesia sancte Marie, in cena Domini anno incarnationis eiusdem domini nostri millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, hiis presentibus: Hermannus de Didinchove preposito sancti Pauli, Frederico sancti Ludgeri preposito, magistro Volquino sancti Pauli canonico, Fritherico notario nostro, Thoma capellano nostro, Wesselo thesaurario et Francone canonico sancti Lutgeri; Hermannus de Menhûvele et Lamberto de Freckenhorst militibus, Johanne Nicinck et Gerwino Divite civibus Monasteriensibus et aliis quam pluribus.

Das Siegel ist, obgleich von der Urkunde abgetrennt, noch vorhanden.

¹⁾ Fast ganz zerstört.

579.

* *Ein von dem Kl. Langenhorst angekaufter Zehnte wird von der edlen Frau Alheydis von Ahaus und deren Sohn Bernhard dem Bischof Otto II. resignirt. 1255 April 19. — Orig. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archive.*

Nos Otto Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod decimam quinque domorum sitarum in parrochia Northorne ¹⁾, scilicet Semetdorpe, Bochulte et Scivenheim, quam Sifridus decanus pro memoria sui habenda similiter et conventus in Langenhorst triginta marcis erga Ottonem dictum Luckeman ipsius uxorem ac pueros eius compararunt, Aleydis domna de Ahus una cum nato eius Bernhardo in manus nostras libere resignaverunt, et nos dictam decimam nobis legitime vacantem sanctimonialibus dicti claustrum in Langenhorst in subsidium prebendarum ipsarum perpetuo contulimus possidendam. Ad huius igitur facti nostri evidenciam presentem litteram sepe dicto claustrum dedimus in testimonium sigilli nostri munimine roboratam. Acta sunt hec tredecimo Kalendas Maii anno Domini M^o.CC^o.L^o quinto, testibus presentibus subnotatis: Hermanno sancti Pauli, Frederico sancti Ludgeri prepositis, Frederico notario; item laycis: Alberto dapifero, Bernhardo nato eius, Luberto de Svansbullen, Lamberto de Vrekenhorst, Bernhardo sacerdote in Scopinge et aliis quam pluribus viris fide dignis.

Affix.

A. domna de Ahus et Ber. eius filius omnibus presentem paginam inspecturis salutem et omne bonum. Notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod ecclesie in Langenhorst ad petitionem proborum virorum decimam, quam Aspelanus dictus Puninc de manu nostra tenuit, cum omni iure libere et absolute contulimus. Ne hoc alicui sit dubium, nostro sigillo confirmamus.

Das anhangende grosse Siegel der Gräfin aus weissem Wachse von elliptischer Form stellt eine stehende Dame in faltenreichem Gewande vor, welche in jeder Hand einen Wappenschild hält. Auf dem Schilde in der rechten Hand, welcher mit Querbalken belegt ist, befindet sich ein aufgerichteter Löwe. Der Schild in der linken Hand zeigt das bekannte Wappenbild derer von Ahaus. Die Umschrift ist abgebrochen.

580.

* *Das St. Ludgeri-Capitel kauft von Hermann von Münster ²⁾ einen Zehnten in Sendenhorst und erhält denselben vom Bischof Otto übertragen. 1255 Juli 16. Münster. — Abschrift Msc. I. 70. p. 8; hieraus copirt Msc. IV. 3. p. 199.*

Otto Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Notum facimus universis, quod dominus Hermannus dictus de Monasterio decimam in Sendenhorst, a Riquino de Ostenvelde sibi libere vacantem, decano et capitulo sancti Ludgeri pro quinquaginta marcis vendidit et eam in manus nostras libere resignavit. Nos vero ex consensu capituli nostri, post resignacionem liberam predicti Hermanni, prefatam decimam decano et capitulo sancti Ludgeri predictis contulimus perpetuo possidendam. In cuius

¹⁾ In der Grafschaft Bentheim.

²⁾ Derselbe verkaufte noch in dem nämlichem Jahre die „decima in Stenvorde“ für 80 Mark an das St. Ludgeristift. Die Uebertragungs-Urkunde des Bischofs, in einem Transsumpt des J. 1516 erhalten, St. Ludgeri U. 4, ist unterschrieben von folgenden Zeugen: „Hermann preposito, Friderico scolastico, Arnaldo decano, Wesselo thesaurario, Godefrido canonicis; Hermann de Meynhovele, Lubberto (sic!) dapifero, Hermann de Mase militibus; Egberto Episcopo, Hermann de Ravensbergh civibus Monasteriensibus.“

rei noticiam presens scriptum confectum est et sigilli nostri munimine roboratum. Acta sunt hec Monasterii anno Domini M^o.CC^o.L^o. quinto XVII^o Kalendis Augusti, hiis presentibus: Ernesto cantore, Frederico preposito, Wescelo thesaurario, Frederico scriptore, Conrado dicto Kuchele, Hermanno de Woltbeke, Johanne clerico Nicink, Hermanno de Mase milite et aliis quam pluribus, fide dignis.

581.

* *Der Rath der Stadt Münster verleiht dem Priester Lutbert die Capelle in Venne. 1255 October 4. Münster im Rathhause — Orig. im Stadtarchive zu Münster.*

In nomine Domini. Amen. Nos scabini et consules Monasterienses protestamur tenore presentium, nos Lutherto sacerdoti presentium exhibitori capellam sancti Johannis uppen Vene sub tali conditione porrexisse, videlicet quod ipse de omnibus hiis, que ex domo ad eandem capellam pertinente, quam nunc Hinricus excolit, culta fuerint, quartam garbam habeat; dicte tamen garbe in eadem domo reponi debent. Sed pro ipsarum garbarum straminibus dicto sacerdoti dabuntur annuatim due plaustrate straminum, vel pro ipsis, si hoc magis voluerit, duo pecora depascentur eidem. Alterius vero domus ibidem site quartam garbam absolutam habeat, ubicunque sibi placuerit deponendam. Item prefato sacerdoti cedet medietas oblationum, cera et thure exceptis in luminare convertendis, que in duabus dedicationibus anni cuiuslibet offerentur. In emendationem vero vie reliqua oblationum medietas convertetur. Item de omnibus hiis, que ibidem in truncum oblata fuerint, nullam portionem habeat, sed ea in emendationem vie similiter convertentur. Item medietatem omnium eorum, que nominatus sacerdos ad prefatum locum perduxerit, et eorum que Dominus ibidem sibi contulerit, beato Johanni prefati capelle patrono contulit ita etiam, quod si postmodum alias se transferre voluerit, predictorum medietatem secum deducet, ibidem reliqua medietate relicta; item quod sepe dicto sacerdoti de predictis in termino vite sue supererit, hoc quibusdam amicis ipsius videlicet Hermanno, Gerhardo et Gertrudi totaliter assignavit. Consummata et stabilita sunt hec Monasterii in nostro consistorio a. M^o.CC^o.L^o. quinto, III^o Nonas Octobris.

Von dem Siegel der Stadt ist die grössere Hälfte erhalten.

582.

* *Die Häuser zwischen Kannen und Venne werden in kirchlicher Beziehung der Capelle in Venne untergeordnet. 1255. — Orig. im Stadtarchive zu Münster.*

Willelmus Dei gratia sancti Mauricii Monasteriensis prepositus omnibus in perpetuum. Propter incrementum capelle sancti Johannis Baptiste, que sita est in Vene, necnon propter commodum hominum ibidem degentium, ut eo devocios et frequenciores in divino persistent officio, de voluntate pariter et consensu Lutherti rectoris ecclesie in Amelincburen statuimus et ordinamus, ut domus iuxta Kanen sita, quam Richardus inhabitavit, et alie domus sive case inter Kanen et Vene posite vel ponende pertineant ad capellam memoratam, et inhabitatores earundem a sacerdote ipsius capelle recipiant ecclesiastica sacramenta, et post obitum ibidem habeant ecclesiasticam sepulturam. Datum a. D. M^o.CC^o.LV^o.

Das Siegel des Propstes ist schlecht erhalten.

583.

* *Papst Alexander IV. befiehlt das Cistercienser-Kloster Rengering dem Schutze des Erzbischofs von Köln und seiner Suffragane an. 1255 November 26. Im Lateran. — Orig. Kloster Rengering U. 6;*

Abschr. Msc. I. 108. f. 112', im Wesentlichen gleichlautend mit der Bulle Innocenz IV. für Marienfeld, oben Nro. 435¹⁾.

Die Bleibulle Alexander's IV. ist noch vorhanden.

584.

* *Das St. Ludgeri-Capitel verpachtet einige Äcker zu einem Seelengedächtniss. 1255. — Abschr. Msc. I. 70. f. 26; hieraus copirt Msc. II. 13. p. 103.*

Decanus totumque capitulum sancti Ludgeri in Monasterio. Omnibus quibus presens scriptum fuerit exhibitum salutem in eo, qui est salus omnium. Ad noticiam cunctorum tam presentium quam futurorum cupimus pervenire, quod nos titulo vendicionis et empcionis Lamberto dicto Seltherinc et Gertrudi filie sue tres agros, seminis sex scepel capientes, sub hac forma commisimus, ut post decessum istorum duorum qui primus fuerit, alter statim in memoriam anime ipsius XII denarios capitulo nostro persolvat in remedium anime precedentis; post obitum alterius, quem heredem esse contigerit et si dictorum agrorum voluerit fore possessor, ob memoriam animarum utrorumque dabit tres solidos, prout capitulum ordinavit et altera pars voluntarie acceptasse videbitur. Ut autem hec acta, rata et firma permaneant, litteras presentes testimonio sigilli ecclesie nostre roboravimus. Datum et actum anno Domini M^o.CC^o.LV^o.

585.

* *Gütertausch zwischen den Klöstern Liesborn u. Meschede. 1255. — Or. Kl. Liesborn U. 65; Abschr. Msc. I. 99. f. 27; I. 101. f. 247; IV. 10. p. 44.*

Agnes Dei gratia abbatissa in Meschethe. Cum Rodolfus villicus curie nostre in Hornen mansum ecclesie nostre, Cappele dictum, attinentem villicationi predictae curie nostre, de consilio familie . . . abbati et conventui Lesbernensi contulerit cum suis pertinentiis et cum quibusdam agris predicto manso in Cappele attinentibus, de quibus prefate curie nostre in Hornen ab ecclesia Lesbernensi per aliquot annos sex denarii pro annua pensione solvebantur, recipiens ab eisdem abbate et conventu in eandem curiam nostram mansum eorum in Clive cum suis pertinentiis, attinentem curie eorum in Holnhorst, quod a predicto villico nostro provide factum est super premissis ratum habentes et proprietatem predicti mansi in Cappele et pertinentium prefatis . . . abbati et conventui conferentes, presentium tenore et sigilli nostri impressione duximus confirmandum. Approbamus etiam factum Ambrosii advocati, qui ad maiorem huius concambii firmitatem apud prefatam curiam nostram in Hornen de consensu et voluntate predicti villici nostri et familie in iudicio quod vulgo dicitur vogethinc mansum in Cappele ecclesie Lesbernensi, mansum vero in Clive ecclesie Meschethensi banno regio confirmavit. Actum anno Domini M^o.CC^o.L^o. quinto.

Das Siegel der Aebtissin von Meschede ist ziemlich gut erhalten.

586.

* *Gütertausch zwischen der Münster'schen Domdechanei und dem Kl. Marienfeld. 1255. — Or. Kl. Marienfeld U. 130; Abschr. Msc. I. 106. f. 11.*

In nomine Domini. Amen. Universa negocia mandata litteris et voci testium ab utroque trahunt immobile firmamentum. Claurescat igitur presentibus et futuris, quod ego Stephanus maioris ecclesie Mona-

¹⁾ Diese letztere ist gleichfalls nur eine theilweise Wiederholung der Bulle Innocenz III. vom 28. April 1215 für das Kloster Hardehausen, die wir III. B. besprechen werden.

sterii decanus de convecencia capituli mei racione decanie cum abbate et conventu de campo sancte Marie permutacionem et concambium duorum fecimus mansorum, utilitatibus mutuis et commodis ex utraque parte propter situm locorum provide consulentes. Hec sane permutacio mansorum cum omni proventu ipsorum et integritate facta est tam in edibus quam in agris pratis et cultoribus et in ceteris omnibus, in quibus utriusque mansi utilitas constare legitime videbatur. Ad huius etiam evidenciam facti pertinere videtur, ut sepedictos mansos propriis quoque vocabulis et locis confinibus exprimamus. Mansus itaque, quem nos dedimus, curti nostre deservierat Grevene positus iuxta villam Hoswinkele ¹⁾ et appellatur Drop; quem vero vice huius recepimus vocatur Lindingen et contiguus est curti memorate. Ut igitur predicta nullam in posterum paciantur calumpniam, presentem paginam exinde conscriptam capituli nostri et nostro necnon et predicti abbatis sigillis dedimus communitam. Huius rei testes sunt: Willehelmus prepositus, Hermannus scolasticus ecclesie nostre, Johannes custos, Ernestus cantor, Fredericus prepositus ad sanctum Ludgerum, Ortungus plebanus in Grevene, Wescelus officialis, villicus et litones universi curie prelibate, Heinricus prior, Johannes custos, Herbordus cantor, Everhardus, Johannes conversus predicti cenobii et alii plures. Acta sunt hec anno Domini M^o.CC^o.LV^o.

Die drei in der Urkunde genannten Siegel sind noch vorhanden, das des Domdechanten aber sehr beschädigt.

587.

* *Der Schulz eines Marienfelder Gutes, welchem die Geldmittel zu dessen Bewirthschaftung fehlen, entsagt gegen eine Entschädigung seinen Ansprüchen an das Gut.* 1255. — *Abschr. Msc. I. 106. f. 143.*

Johannes iudex et scabini in Widenbrug universis fidelibus hoc scriptum intuentibus in perpetuum. Noverint fideles universi, quod cum Erthmarus villicus in Gestelle propter inopiam rerum temporalium mansum suum excolere non sufficeret, et eum exigente iuris ordine cedere oporteret, acceptatis et acceptis tribus marcis a cenobio campi sancte Marie, ad quod predicti mansi proprietas pertinebat, assumptis liberis suis et uxore necnon et de consensu matris sue sponsonem faciens, omni iuri, quod in eodem manso habuerat, coram iudicio nostre civitatis penitus abrenunciavit. Huius rei testes sunt: Rodolfus de Boclo, Andreas de Boderic, Otto de Odeslo, Albertus de Wordinchusen, Rotcherus de Bokenevorde, Ludgerus de Hindinchusen milites. Acta sunt hec anno Domini M^o.CC^o.LV^o.

588.

* *Zwei Ritter bekunden vor B. Otto II. als Augenzeugen, dass das Kl. Kappenberg in einem Gericht vor B. Ludolf zur Entrichtung des Zehnten vom Hofe Weshem nicht für verpflichtet erklärt worden sei.* 1255—1259 ?). — *Abschr. Msc. II. 45. p. 146.*

Godefridus de Rechede burchgravius et Lambertus de Vrekenhorst milites omnibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem in vero salutari. Quoniam a fratribus ecclesie Capenbergensis rogati sumus veritati testimonium perhibere de hiis que vidimus et audivimus, notum facimus universis tam presentibus quam futuris huius pagine inspectoribus, quod cum essemus Monasterii coram domino episcopo Ludolfo in quodam placito, quod fuit inter ecclesiam Capenbergensem et Engelbertum decimarium domini episcopi de Lon super uno malto siliginis minoris mesure, quod idem extorquebat decimarius a curte Weshem preter consuetudinem quam ex antiquo consueverant observare, cumque suas conscientias utraque pars examinasset, tandem a domino episcopo et suis assessoribus adinventum est, ut si ecclesia prefata sub

¹⁾ Greffen bei Harsewinkel.

²⁾ Nach dem Antrittsjahre des Propstes von St. Ludgeri und dem Sterbejahre B. Otto's datirt.

Westfäl. Urk.-Buch. III. A.

assertione iuramenti maltum siliginis non esse dandum vellet confirmare, omnis illa impetio cassa in perpetuum remaneret. Surgens itaque venerabilis prepositus Andreas, in sue conscientie pietate confidens eo quod quadraginta annis et amplius hec datio requisita non fuerit, ad assertionem iuramenti se exhibuit, sed ad instantiam bonorum virorum, eo quod reverenda esset persona, dominus episcopus sententiatum sibi reservavit iuramentum. Quo facto idem A. prepositus in communi sententia requisivit, ex quo iuramentum ecclesie sue esset relaxatum, utrum maltum siliginis pretaxatum, quod a decimario domini episcopi extorquebatur, cassum remanere deberet necne; ubi a maturitate discretorum virorum publice sententiatum est, quod ecclesia Capenbergensis ab impetitione predicta videlicet unius malti siliginis minoris mensure libera in perpetuum deberet remanere. Postmodum vero episcopo Ludolfo decedente alioque scilicet episcopo Ottone sibi succedente, cum de eadem impetitione a prefati Engelberti filio videlicet Gerhardo rursus mentio habita esset, iterum a fratribus prenotatis rogati coram domino episcopo Ottone de hiis que vidimus et audivimus perhibuimus veritatem, presentibus hiis: Herimanno preposito de Dudinchoven, Frederico preposito sancti Ludgeri et aliis quam pluribus.

589.

* *Papst Alexander IV. fordert unter Verheissung eines Ablasses von 40 Tagen die Gläubigen der Diöcesen Münster, Osnabrück und Utrecht zu Beisteuern für den Neubau der Kirche in Rengering auf. 1256 Februar 7. Im Lateran. — Or. Kl. Rengering U. 7; Abschr. Msc. I. 108. f. 110.*

Alexander episcopus servus servorum Dei universis Christi fidelibus per Monasteriensem, Osnaburgensem et Traiectensem civitates et dioceses constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit sive malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus prevenire ac eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat parce et metet, et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et metet vitam eternam. Cum igitur, sicut dilecte in Christo filie . . . abbatisa et conventus monasterii monialium de libro sancte Marie in Reggerio Cisterciensis ordinis Monasteriensis diocesis sua nobis insinuatione monstrarunt, ipse ecclesiam dicti monasterii de novo edificare inceperint opere non modicum sumptuoso, et ad consumptionem ipsius proprie ipsis non suppetant facultates, universitatem vestram rogamus monemus et hortamur attente in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus de bonis vobis a Deo collatis pias ad hoc eis elemosinas et grata caritatis subsidia erogatis, ut per subventionem vestram opus huiusmodi valeat consumari et nos per hec et alia bona, que Domino inspirante feceritis, ad eterne possitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui eis manum ad hoc porrexerint adiutricem, quadraginta dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus presentibus post consumatum operis minime valituris, quas mitti per questuarios districtius inhiemus eas si secus actum fuerit carere viribus decernentes. Datum Laterani VII. Idus Februarii pontificatus nostri anno secundo.

An rothen und gelben seidenen Fäden hängt die Bleibulle Alexander's IV.

590.

* *Das Domcapitel zu Münster giebt ein der Unterküsterei gehöriges Haus auf der grünen Stiege einem Münster'schen Bürger in Erbpacht. 1255 (1256). Febr. 13. Münster. — Or. Fr. Münster U. 86.*

Wilhelmus secundus prepositus, Stephanus decanus et capitulum Monasteriensis ecclesie omnibus in perpetuum. Quoniam res que geritur in tempore temporalem motum sequitur, et propter defectum me-

moria diu non potest subsistere nisi vivaci litterarum amniculo muniatur, proinde tam future quam presentis etatis hominibus innotescat, quod Hermannus dictus de Vorst noster concanonicus et nostre subcustos ecclesie domum sitam Monasterii in vico que grone stige dicitur inter domum Lamberti Hoync et domum beati Aegidii, ad eandem pertinentem subcustodiam, de nostro communi consilio et expresso consensu Alardo tectori et Ymmen ipsius uxori civibus Monasteriensibus et heredibus eorundem in emphiteosis . . . perpetuum contractum assignavit, sub pensione annua trium solidorum dicto Hermanno sibi que in eodem succedentibus officio a prefatis Alardo et Ymmen vel heredibus eorundem solvendum in purificatione beate Virginis, eo pacto videlicet, quod predicta pensio a quoquam imposterum nec minui valeat vel augeri. In cuius rei notitiam presentem cartam geste rei memoriam continentem ecclesie nostre sigillo fecimus roborari. Acta sunt hec in curia prepositi ¹⁾ Hermanni de Didinchove, hiis presentibus: Everhardo sacerdote de sancta Margareta, Joanne de Porta, Wescelo de Porta, Everwino pistore, Lamberto Hoync, Wicherto carpentario, Rodolpho et Rotgero civibus Monasteriensibus. Anno Domini M^o.CC^o.L^o. quinto in nocte beati Valentini.

Vom Siegel des Domcapitels sind nur Bruchstücke erhalten.

591.

* *Abt Johann von Marienfeld bekundet den Betrag der Geldabgaben, welche Heinrich von Emesa von seinen Gütern an das Kloster zu entrichten habe. — 1255 (1256) März 9. — Or. Kl. Marienfeld U. 131.*

Johannes misericordia divina abbas campi beate Marie etc. Scire cupimus tam presentes quam futuros, quod Henricus de Emesa et filius suus Hermannus et eorum heredes de bonis in Emesa in festo Egidii Widenburg XXti VI denarios, et de decima domus Everhardi de Silehorst, que eis pertinet, XXXa IIIor denarios ecclesie nostre annuatim iure pensionali persolvent, donec nobis et ecclesie nostre predicti H. et H. quinque marcas integraliter restituant, quibus datis in festo pentecostis predicta bona a prescripta pensione erunt libera et soluta. Si hoc tempore predicto neglexerint, predicta bona predictae pensioni usque ad liberationem sicut predictum est subiacebunt. In cuius rei testimonium presentem paginam exinde confectam sigillo proprio et sigillo domini decani . . . ²⁾ Susatiensis archidyaconi in Widebruggen fecimus roborari. Acta sunt hec anno Domini M^o.CC^o.LV^o, feria V. post Invocavit, presentibus istis: Johanne decano in Widenbrugge, Brunone de sancto Vito, Johanne sacerdote in nova ecclesia, Frederico in Rethe, Johanne de Ridekenberg et Godemanno sacerdotibus; Andrea de Boderike, Hermanno de Mervelde, Ottone de Odeslo, Alberto de Wordinchusen castrensibus in Ridekenberg ³⁾ et aliis quam pluribus.

Die zwei Siegel sind nicht mehr vorhanden.

592.

B(runo), Bischof von Osnabrück, bekundet die auf der General-Synode zu Osnabrück gegebene Entscheidung quod quecumque mater lito parit pueros de viro cerocensuali, nichil iuris in exuviis que dicuntur herewede poterunt obtinere. — 1254 April 4. Osnabrück. — Abschr. Msc. I. 106. f. 104; hieraus gedr. Kndl. Hörigkeit p. 280.

¹⁾ Vom alten Dom. — ²⁾ Hier ist ein Wort verblasst. — ³⁾ Reckenberg bei Wiedenbrück.

593.

Das Kloster Marienfeld schenkt, um das Gut Mellage¹⁾ selbst bewirthschaften zu können, seinem dortigen Colonen die Freiheit und stattet ihn mit einem Hause in Wiedenbrück aus. 1256 April 25. — Or. Kl. Marienfeld U. 134; gedr. v. Ledebur Arch. VII. 140.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego frater Johannes divina favente gratia abbas campi sancte Marie etc. Notum sit tam presentibus quam futuris, quod nos de consensu officialium ecclesie nostre, videlicet Heinrici prioris, Godescalci cellerarii, Burchardi custodis, Giselberti camerarii, mansum nostrum Menlage propriis manibus conversorum nostrorum excolere proponentes, Rodolfum litonem nostrum, eiusdem mansi colonum, cum Windelburge uxore sua et duobus filiis Meynrico et Johanne, pro eo quod ipsos ab eodem manso amovimus, pietate ducti magis quam iure vel necessitate eos manumisimus, ut sua emissio per hanc libertatem tolerabilior et apud Deum et homines commendabilior haberetur et omnis calumpnia, que vel ab ipsis vel eorum posteris de predicto manso moveri posset, penitus excluderetur. Nec hiis contenti adiecimus ampliora, domum nostram Henniuchus sitam in Widenbrugge prefato R. et liberis suis pro recompensatione conferentes. Quod si idem R., beneficiis sibi collatis immemor existens, malum quodecunque quod absit ecclesie nostre machinatus fuerit vel se contra eam maliciose erexerit vel etiam relicto oppido rure habitaverit, in pristinam conditionem redactus collata libertate carebit. Ne autem tale factum possit ab aliquibus in posterum irritari, presentem paginam sigilli nostri et civium Widebrugge munimine duximus roborandam. Acta sunt hec presentibus viris superius nominatis cum domino Burchardo monacho, domino Everhardo, Johanne suppiore, Johanne magistro operis ex parte cenobii; presentibus etiam: milite Rotgero Hadewich, Hermanno Autumpno, Heinrico de Umlo, Hermanno Instolf, Hermanno Creynkinc ex parte alia. Datum anno Domini M^o.CC^o.LVI^o. feria tertia post Quasi modo geniti, Marci ewangeliste²⁾.

Beide oben genannte Siegel sind in ziemlich schlechtem Zustande noch vorhanden.

594.

B. Otto II. verleiht dem neugegründeten Cistercienser-Frauenkloster Marienberg, sonst Vinnenberg genannt, das Patronat über die Pfarrkirche zu Milte. 1256 Mai 5. Münster. — Or. Kl. Vinnenberg U. 1; Abschr. Msc. I. 109. f. 5; IV. 2. p. 116; gedr. Niesert U.-B. I. I. p. 419.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Otto Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint in perpetuum. Ne gestarum rerum memoria processu temporis possit evanescere, discretorum virorum prudentia solet eas per litteras eternare. Cum igitur ex officio ministerii nostri cunctis Christi fidelibus, maxime ecclesiis Dei et personis spiritualibus, caritatis opus et pie devotionis exemplum perhibere teneamur, notum esse volumus universis, quod nos ad honorem Dei et sue dulcissime matris virginis Marie et ad sustentationem novelle congregationis nec non etiam pro remedio anime nostre et parentum nostrorum, ecclesiam sancti Johannis Baptiste Millethe de consensu capituli nostri abbatisse et conventui montis sancte Marie quod antea Vinnenberge vocabatur contulimus pie et devote, liberam etiam et perpetuam facultatem, prepositum eligendi et instituendi suum scilicet et parochie plebanum, quod antea nostri iuris erat, ita dumtaxat ut de nostro consensu nostrorumque successorum fiat, concessimus eisdem. Ad huius igitur collationis sive donationis supradicte ecclesie per nos facte evidentiam et firmitatem in posterum habendam presentem paginam exinde conscriptam nostro et ecclesie nostre sigillis fecimus communiri. Datum et actum Monasterii anno Domini M^o.CC^o.LVI^o, III^o.

¹⁾ Im Osten von Marienfeld. — ²⁾ In diesem Jahre fiel in der That Marcus evang. auf den Dienstag nach Quasimodo.

Nonas Maj., coram testibus subnotatis: Wilhelmo maiore preposito, Stephano decano, Gerlaco preposito de Oldensyle, Hermanno preposito sancti Pauli, Johanne thesaurario, Godefrido vicedomino, Frederico preposito sancti Ludgeri et ceteris canonicis.

Die anhängenden Siegel des Bischofs und des Dom-Capitels haben gelitten.

595.

B. Otto II. überträgt der Äbtissin ¹⁾ und dem Kloster Marienborn zu Coesfeld einen von dem Edlen Engelbert von Gemen angekauften nicht benannten Zehnten. 1256 Mai 19. Wolbeck. — Or. Fr. Münster U. 90 b; Abschr. im Marienborner Copiar p. 6 und Msc. IV. 4. p. 259; gedr. Niesert U.-B. I. 1. p. 429.

Das Siegel ist nicht mehr erhalten.

596.

* *B. Otto II. erhält für ein dem St. Ludgeri-Stifte verpfändetes Burgmannslehn zwei Häuser zum Ersatz. 1256 Mai 20. — Abschr. Msc. I. 70. p. 8; hieraus copirt II. 13. p. 102; IV. 3. p. 158; IV. 13. p. 144.*

Otto Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Notum facimus universis, quod Thidericus de Lyere (et) uxor eius decimam in Buren decano et capitulo sancti Ludgeri pro XL^{ta} marcis de consensu nostro titulo pignoris obligarunt. Verum quia predicti Th. et uxor eius dictam decimam nomine castrensis feodi, quod borgsitsen vulgariter dicitur, de manu nostra tenuerunt, ne occasione predictae pignori obligationis nobis et ecclesie nostre in aliquo deperiret, proprietatem duarum domorum, videlicet Sclade et Barlo, in parrochia Hech sitarum in recompensationem sive restaurum nobis et ecclesie nostre tradiderunt. In cuius rei noticiam presens scriptum confectum est et sigilli nostri munimine roboratum. Acta sunt hec anno Domini M^o.CC^o.LVI^o, in octava Servacii hiis presentibus: Hermanno de Meynhuvele canonico Monasteriensi, Wescelo thesaurario sancti Ludgeri; Hermanno de Ludinchusen, Bernharde dapifero, Hermanno de Mase, Johanne de Hakenesche militibus, et aliis quam pluribus fide dignis.

597.

* *Erzb. Conrad von Cöln nimmt die Besitzungen des Kl. Rengering in seinen Schutz und bestätigt die demselben von den Bischöfen von Münster verliehenen Privilegien. 1256 Mai 27. Cöln. — Or. Kl. Rengering U. 8; Abschr. Msc. I. 108. f. 119.*

Conradus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Ytaliam archicancellarius dilectis in Christo . . . abbatise et conventui monasterii de libro sancte Marie in Reggerich Cisterciensis ordinis Monasteriensis diocesis salutem in Domino etc. Nos vestris supplicationibus grato concurrentes assensu personas vestras et locum, in quo divino estis obsequio mancipate, sub beati Petri et nostra, qui vester metropolitanus existimus, protectione suscipimus, agros quoque, terras, predia, aquas, pascua, nemora, decimas, redditus, molendina et alia bona, que in presentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum iustis modis prestante Domino infra nostre provincie terminos poteritis adipisci, omnesque libertates, immunitates ac privilegia vobis a venerabili fratre nostro . . . episcopo Monasteriensi ac bone memorie predecessore ipsius domini L. concessa vobis et per vos monasterio vestro auctoritate metropolitana confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus Nulli etc. Datum Colonie anno Domini M^o.CC^o. quinquagesimo sexto, VI^o. Kalendas Junii.

Vom Siegel ist nur ein Bruchstück erhalten.

¹⁾ „Mechthildis“ nach dem Copiar. — „Tenden in Rampstorpe“ vermerkt eine jüngere Hand auf der Rückseite d. Urk.

598.

* *Conrad, Erzbischof von Cöln, bevollmächtigt als Metropolitan den Propst in Rengering, die ungerechten Beschädiger des Klosters zu excommuniciren, bestätigt dem Kloster den ihm vom Bischof von Münster geschenkten Rodzehnten in der Mark Milte¹⁾ und beauftragt den Propst und den Prior des Prämonstratenser-Klosters Clarholz das Kloster Rengering in dem Besitz dieses Zehnten zu schützen. Ohne Zeugen. 1256 Mai 27. Cöln. — Or. Kl. Rengering U. 9, 10 u. 11; Abschr. der beiden ersteren Msc. I. 108. f. 118 u. 98²⁾.*

Nur an der zweiten ist das Siegel des Erzbischofs vollständig erhalten.

599.

B. Otto II. bestätigt dem Kl. Marienborn gewisse, ihm vom Ritter Simon von Gemen resignirte Zehnten. 1256 Juni 7. oder 27³⁾. — Orig. Fr. Münster U. 90c; Abschr. Msc. IV. 4. p. 278; gedr. Niesert U.-B. I. I. 430; später aus dem Copiar von Marienborn p. 6. wiederholt in Niesert's Marienborn p. 49⁴⁾.

Otto Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus etc. Noverint igitur tam presentes quam presentium successores, quod Simon miles dictus de Gemene una cum filio suo Simone et uxore eiusdem filii Wigburge coram nobis decimas quorundam mansorum sitorum in parrochia Cūsveldensi ecclesie sancte Marie in Cūsveldia resignavit, sic videlicet, ne postmodum contra predictam resignationem aliquo modo valeant infirmari. Mansi vero qui predictam decimam integraliter dabunt sic appellantur: domus que Scherinchus dicitur dat minutam decimam; domus Nicing dat magnam decimam et minutam; mansus prope domum Nicing dat etiam magnam decimam et minutam; item domus Ludgeri Crumvot dat magnam decimam et minutam; item Modehus dat magnam decimam et minutam; item domus que Cūnradi dicitur dat alternis annis magnam decimam et nullam minutam; item area de Hembrugge dat sedecim denarios de agro conductitio; mansus Aldenthorpe dat magnam et minutam decimam; item domus Mencekinc dat magnam decimam et minutam; item domus Rencing dat magnam decimam et minutam; item domus Rolving dat magnam decimam et minutam; item domus Wolthardinc dat magnam decimam et minutam; item domus Johannis de Huppelswic dat magnam decimam et minutam; item domus super pratum dat magnam decimam et minutam. Nos vero harum decimarum proprietatem predictae ecclesie sancte Marie contulimus possidendam perpetuo favorabiliter et benigne. In cuius rei testimonio presentem paginam nostri sigilli munimine cum testium subscriptione reddidimus roboratam, cum fratre Ludolfo ordinis minorum, domino Johanne de Retho, Hildebrando plebano de Bocholte, Henrico plebano de Ramestorpe, Johanne capellano domini Hermannii de Didinghove, magistro Frederico scriptore; Alberto dapifero, Ludberto de Svanesburen, Engelberto de Gemene, Godefrido de Gemene, Hermannio Werence, Bernardo Werence, Henrico de Hungese, Bittero de Retho, Gerardo de Lintbeke, Willikino kamerario, Gerardo de Lon, Adūlfo Werence, Hermannio Werence. Datum anno Domini M^o.CC^o.LVI^o, mense Junii, V. Kal. Julii, vigilia Medardi, apud cenobium fratrum in Beilere.

Das Siegel ist abgefallen.

¹⁾ Vgl. die U. vom J. 1249, oben Nro. 508.

²⁾ Ausserdem verlieh derselbe an dem nämlichen Tage einen Ablass von hundert Tagen an den Marienfesten, den vier Hochzeiten und einigen andern Tagen im Kl. Rengering zu gewinnen. — Abschr. Msc. I. 108. f. 122.

³⁾ Im Datum ist allem Anscheine noch ein Irrthum vorgefallen: „V. Kal. Julii“ ist der „27.“, aber „vigilia Medardi“ der „7. Juni“. Auf der Rückseite der Urk. steht: „Dit ys de thenden tho Wlassem“.

⁴⁾ Beide Abdrücke enthalten aber manche Fehler und Lücken.

600.

Der Ritter Bernhard von Vinnenberg resignirt den an das Kloster Marienberg verkauften Hof Vinnenberg dem Bischof Otto II. und verpflichtet sich ein Allod zu erwerben und dies von ihm als ein Dienstmannengut zu Lehen zu tragen. 1256 Juni 18. Münster. — Or. Kl. Vinnenberg U. 2; Abschr. Msc. I. 109. f. 5'; IV. 2. p. 115; gedr. Niesert U.-B. I. 1. p. 417.

In nomine Domini. Amen. Otto secundus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus etc. Ad noticiam tam presentium quam futurorum volumus pervenire, quod Bernardus miles de Vinnenberg una cum uxore sua Hildigunde et heredibus suis Hermanno, Bernharo, Johanne, Engelberto, Wernhero, Mecthelde, Gisla, Jutta nec non et fratre suo Johanne curtim suam Winnenberg in parochia Millethe sitam cum omnibus attinenciis suis abbatisse et conventui montis sancte Marie quod antea Vinnenberg vocabatur, centum et LXX. marcis ab eis acceptis, nostro mediante consensu vendentes et omni iuri quod in dictis bonis habebant vel habere videbantur precise renunciantes, ea in manus nostras resignaverunt, eo tamen interiecto medio, quod iam dictus B. de denariis predictis allodium de valore L. marcarum beato Paulo comparabit quod de nobis et nostris successoribus recipiet et tenebit iure ministeriali. Hiis igitur sic actis, nos paterna moti pietate, ad sublevandas necessitates conventus memorati et pro remedio anime nostre et parentum nostrorum, dictam curtim cum omnibus pertinentiis suis secundum sententiam coram nobis latam et a ministerialibus ecclesie nostre approbatam, videlicet quod sepe dicta curtis nobis sic vacaret quod de ea facere possemus quod vellemus, de consensu capituli nostri sancte Marie conferendo contradidimus abbatisse et conventui Deo ibidem deservientibus habendam in perpetuum et semper eisdem profuturam. Ut igitur nulla in posterum super hac emptione et nostra donatione ecclesie sepius nominate ab aliquibus questio aliqua vel calumpnia possit suboriri, presens scriptum exinde confectum de consensu utriusque partis sigillo nostro fecimus communiri. Datum et actum Monasterii anno gratie M^o.CC^o.LVI^o, XIII. Kal. Julii, coram testibus subnotatis: Hermanno preposito sancti Pauli, Johanne de Retho, Rotgero canonico preposito sancti Egidii, Frederico nostro notario clericis; Frederico advocato de Warendorpe, Bernharo fratre suo, Everharo de Rubo, Lamberto de Vrekenhorst militibus; Lubberto Clerico, Wicholdo ante portam, Bernharo Threlinc, Johanne de Hesne, Wilhelmo pistori burgensibus et aliis quam pluribus.

Das Siegel des Bischofs ist unbeschädigt.

601.

* Der Ritter Heinrich von Haren gründet unter Beistimmung B. Bruno's von Osnabrück seine Memorie in Kl. Marienfeld. 1256 Juni 26. — Or. Kl. Marienfeld U. 136.

Bruno Dei gratia Osnaburgensis episcopus omnibus in perpetuum. Notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod coram nobis Hinricus miles de Haren, cum consensu uxoris sue et heredum suorum, ecclesie et conventui in campo sancte Marie Cisterciensis ordinis perpetua donatione contulit mansum in Merle cum omnibus suis attinentiis in remedium anime sue et antecessorum suorum, et ut fraternitatem plenam habeant in ecclesia memorata et ut in obitu dicti militis et sue uxoris eorum in ecclesia premissa memoria observetur, prout unius fratrum memoria observatur. Nos igitur pietatem huiusmodi expedire et promovere volentes, proprietatem dicti mansi quam dictus miles cum proprietate aliorum plurimorum mansorum ecclesie nostre contulerat, dicto claustrum campi sancte Marie liberaliter contulimus et solute, eandem proprietatem in dictum claustrum transferentes, quod presentibus protestamur. Datum Osenbrug anno Domini M^o.CC^o.LVI^o, in die Johannis et Pauli martirum ¹⁾.

Das Siegel ist ziemlich gut erhalten.

¹⁾ Vgl. die betreffende Marienfelder Urkunde des J. 1265.

602.

* *Der Edle Wescel von Botzlar* ¹⁾ *genehmigt den Verkauf des Hofes Havichhorst* ²⁾. 1256 Juli 9. — *Abschr. Msc. I. 1. p. 355.*

Ego Wescelus nobilis de Buoslare et nati mei Rotgerus et Wescelus notum facimus omnibus presens scriptum inspecturis, quod venditionem curtis Havechorst, quam vendidit Hermannus miles de Regghede et sui heredes cum omnibus attinentiis, ratam habemus et tenebimus inconvulsam et hoc tenore presentium protestamur. Datum a. D. M^o.CC^o.L^o. sexto, proxima dominica post octavam apostolorum Petri et Pauli.

603.

* *B. Otto II. überträgt dem St. Ludgeri-Stifte einen von Engelbert von Gemen angekauften Zehnten in Sendenhorst*. 1256 Juli 28. Münster. — *Abschr. Msc. I. 70. p. 2; hieraus copirt II. 73. p. 10; IV. 3. p. 149; Transsumpt des J. 1516, St. Ludgeri U. Nro. 5.*

Otto Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Notum facimus universis, quod dominus Engelbertus de Gemene, uxor eius, Engelbertus et Vincencius nati eorum, decimam quandam in Sendenhorst sitam, quam de manu nostra tenebant in feodo, receptis a decano et capitulo sancti Ludgeri triginta marcis, nobis libere resignarunt. Nos vero de consensu capituli nostri post liberam resignationem predictorum, domni Engelberti, uxoris eius, Engelberti et Vincencii natorum eorum, prefatam decimam decano et capitulo sancti Ludgeri contulimus perpetue possidendam. In cuius rei noticiam presens scriptum confectum est et sigilli nostri munimine roboratum. Acta sunt hec Monasterii, anno Domini M^o.CC^o.LVI^o, quinto Kalendis Augusti hiis presentibus: Godefrido abbate Lesbernense, Wilhelmo preposito, Stephano decano, Hermanno scolastico, Friderico preposito sancti Ludgeri, Bernhardo cellerario, magistro Remfrido et Hermanno canonicis Monasteriensibus, Wescelo thesaurario, Frederico scriptore; nobilibus Godefrido et Symone de Gemene, Luberto Swanesburen et Bernhardo Werencen militibus et aliis quam pluribus.

604.

* *Der Ritter Lambert von Velmede gelobt von dem Gute Töddinghausen* ³⁾ *dem Domcapitel zu Münster künftig eine erhöhte Abgabe zu entrichten*. 1256 Juli. — *Abschr. Msc. I. 1. p. 344.*

Noverint universi, quod dominus Lambertus miles de Velmede constitutus in presentia Wilhelmi prepositi, Johannis thesaurarii, Gotfridi vicedomini, Thetmari Norendin, Johannis de Rethe canonicorum Monasteriensium et aliorum proborum virorum recognovit se soluturum singulis annis V solidos et III^{or} denarios ecclesie Monasteriensi ad album officium de manso quodam, qui dicitur Dudinchusen. Et quia pensionem suam per annos aliquot detinuerat, in satisfactionem huiusmodi excessus pensionem suam ad XIII^{or} denarios augmentavit et ita singulis annis sub optentu bonorum et gratie ecclesie promisit se soluturum VI solidos et VI denarios. Promisit etiam sub optentu bonorum et gratie ecclesie, quod dictum mansum, qui desolatus erat ab edificio, infra triennium reedificabit. Actum in ecclesia Monasteriensi in choro occidentali a. D. M^o.CC^o.LVI^o, mense Julio.

¹⁾ Oestlich von Olfen. — ²⁾ Im Kreise Münster. — ³⁾ Bei Camen, Gr. Mark.

605.

* *Bischof Otto's II. Bestätigung eines Vertrags zwischen dem Ritter Ludolf von Werne und dem Kloster Kappenberg wegen einer anzulegenden Mühle. 1256 September 20. — Or. Fr. Münster U. 90.*

In nomine Domini. Amen. Otto Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus secundus, Wilhelmus prepositus, Stephanus decanus et ceteri prelati totumque capitulum eiusdem ecclesie etc. Noverint igitur universi tam presentis quam future etatis homines, quod post motam controversiam aliquamdiu coram nobis O. episcopo predicto inter Capenbergensem ecclesiam ex una parte, et Ludolfum militem de Werne ex altera, super constructione cuiusdam molendini, quod idem L. edificare ceperat iuxta pontem Wernen inferius in descensu aque contra prohibitionem sive novi operis nunciationem factam eidem L. a conventu prefate ecclesie, qui conventus in libertate sue piscature hoc construi asserebat, tandem de consensu partium et communium amicorum existentium in quodam placito Wolvesculen talis ordinatio sive transactio intercessit, ut videlicet dictus L. miles de Werne, a constructione novi molendini penitus desistens, ad locum suum pristinum, qui Rikesmolen dicitur, redeat, ibique sicut ab antiquo fuit molendinum, si voluerit, faciat reparari, nec in ascensu nec in descensu Lippe nec ipse nec sui successores ullo unquam tempore aliud construent molendinum. Illam vero connexionem lignorum, que fit ad restrictionem aquarum, que vulgo slacht dicitur, ad XXX pedes protendere poterit in ripa Lippie, non in latitudine, sed in longitudine ascensus sive descensus aque. Item concessum est eidem, ut per medium insule cuiusdam pertinentis ad ecclesiam Capenbergensem, site prope locum predictum Rikesmolen, superius in ascensu aque fossatum faciat, ut aqua directe currat ad molendinum suum, si in posterum in loco predicto Rikesmolen fuerit edificatum, et ne aqua per aliam partem alvei cum nimia vehementia currens vel inundans suum destruat molendinum, tali tamen conditione, ut fossatum ex utraque parte et usus aque ecclesie Capenbergensi sit ut prius. Item in hac ordinatione sive transactione pro bono pacis adinventum est, quia prefatus L. miles de Werne in novi operis constructione multa inutiliter impendit, ut conventus iam dicte ecclesie XXV marcas pro sumptibus conferat eidem, salvo tamen iure partium de piscatura. Acta sunt hec apud Wolvesculen iuxta villam Otmersbocholte, anno Domini M^o.CC^o.LVI^o, XII. Kal. Octobris, decima quarta indictione, temporibus Alexandri pape quarti, pontificatus sui anno II^o, vacante tunc imperio ex morte Wilhelmi regis de Hollandia, nobis Otone episcopo predicto Monasteriensem ecclesiam gubernante. Ne autem que sic rationabiliter et solempniter ordinata sunt, iuniorum succedentium cavillationibus aliquo unquam tempore in posterum valeant irritari, nos O. episcopus sigillo nostro, et nos prepositus, decanus et capitulum predicti sigillo ecclesie nostre presentem paginam duximus roborandam. Testes qui interfuerunt ordinationi sunt hii: Wilhelmus prepositus, Stephanus decanus, Johannes dictus Werenche thesaurarius, Godefridus vicedominus, Thitmarus dictus Norendinus, Remfridus de Heringen, canonici Monasterienses; Henricus burchgravius de Rechede et Hinricus filius suus, Fredericus de Menhovele et Rodolfus filius, Hermannus de Daverenberge, Albertus dapifer, Bernhardus Crampe, Fredericus de Cleie et alii quamplures.

Die anhängenden Siegel des Bischofs und des Domcapitels sind beschädigt.

606.

Otto, Graf von Tecklenburg, bekundet, dass sein Ministerial der Ritter Gozwin genannt Keselinc den Hof Dodehusen im Kirchspiel Dissen in der Mark Aschen und das angränzende Haus nebst zwei Häusern in der Villa Aschen, welche Lambert genannt Blanke und dessen Sohn Nicolaus von dem Ritter zu Lehen trugen, dem Abte Johann von Marienfeld verkauft und er diese Güter demselben übertragen habe. 1256 November 23. — TT. Wicboldus de Holte, Hermannus de Hastorpe nobiles; Gyselbertus de Bissenthorpe, Otto dictus Friso, Hinricus dictus Vinco, Johannes camerarius, Gerhardus de Angara, Conradus de Broch-

terbeke, Lambertus Budde, Widikindus, Ludolfus Uncus, Thomas de Thettene, Hugo de Horne, Ludolfus dapifer et alii etc. — *Orig. Kl. Mariensfeld U. 132a; gedr. aus einer Abschrift Zeitschr. IX. 304.*

Das Burgsiegel Otto's ist gut erhalten.

607.

* *Graf Heinrich von Oldenburg und seine Gemahlin Elisabeth erklären ihre und ihrer Söhne Zustimmung zu obiger vom Grafen Otto, dem Vater der Gräfin Elisabeth, gemachten Schenkung* ¹⁾. 1256 November 23. — *Original Kl. Mariensfeld U. 132b.*

Das anhängende herzförmige Siegel enthält im innern Schilde drei fünfblättrige Rosen und führt die Umschrift: SIGILLUM COMITIS HENRICI DE ALDENBURG.

608.

* *Memorienstiftung an der St. Ludgerikirche. 1256. — Abschr. Msc. I. 70. f. 19; Copie IV. 6. p. 1.*

Decanus totumque capitulum sancti Ludgeri in Monasterio omnibus presens scriptum visuris salutem in vero salutari. Noverint universi fideles, quod Johannes dictus Selterinch una cum sorore sua Gertrude apud nos in perpetuum consecuti sunt, ut nos in die undecim milium virginum ad vespervas, longas dicamus vigiliis et in crastino missam animarum in memoriam et remedium anime matris sue Gerburgis nec non sororis sue Alheydis, et postmodum quando dictum Johannem mori contigerit, idem faciamus. Et hoc cum sigillo ecclesie protestamur. Datum anno Domni M^o.CC^o.LVI^o.

609.

B. Otto II. verleiht einen Zehnten in Alstedde ²⁾, auf den der bisherige Lehnsinhaber Heinrich von Rechede verzichtet hatte, dem Kl. Kappenberg. 1256. — *Abschrift aus dem Orig. im Gräfl. Kappenbergischen Archiv Msc. II. 45. p. 54; gedr. Kindlinger Volmestein II. 156.*

Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus etc. Notum facimus universis tam futuris quam presentibus, quod cum essemus Rokeslar in generali ministerialium conventu, processit Hinricus de Rechede cum consensu uxoris sue Gisle et heredum suorum, et adiunctis sibi manibus Godefridi borchgravii patris sui et Herimanni fratris et coheredis sui, necnon et Conradi nepotis sui, similiter cum consensu uxorum et heredum, decimam quam a nobis in beneficio habebat super tredecim mansos in Alstede, que iure hereditario suam continebat portionem, nobis voluntarie resignavit ea conditione, ut ipsam ecclesie Capenbergensi conferremus. Nos igitur, quia ecclesiam supra memoratam speciali quodam amplectimur amore, piis eius profectibus congaudentes pefatam decimam beate Marie virgini sanctoque Johanni apostolo patronis in Capenberg cum omni integritate, videlicet cum collectione manipulorum (et) minuta decima, in manus dilectorum nostrorum Hugonis prepositi et Bernardi cellerarii et Arnoldi sacerdotis ad usus fratrum ibidem Deo servientium proprietatis tytulo contulimus perpetuo possidendam. Nequis autem inposterum violentus

¹⁾ Die Aussteller, die sich im Eingang; „Hinricus Dei gratia comes de Aldenburg et Elisabeth comitissa ibidem“ nennen, fügen dem hier wiederholten Wortlaut der vorhergehenden Urkunde nur die Worte hinzu: „Nos vero et uxor nostra et pueri nostri, cum legitimi existamus heredes comitis prenotati (Otonis de Tekeneburg), donationem — ratam habemus et confirmamus“, die aber wichtig für die Genealogie der Grafen von Oldenburg sind. — Vgl. v. Ledebur Flotho p. 43. Wir bemerken zugleich, dass das Copiar von Mariensfeld, aus welchem Kindl. Msc. II. 44. p. 181. diese Urkunde citirt, nicht auf uns gelangt ist.

²⁾ Bei Altlinen.

aut iniuriosus invasor predictam ecclesiam a quieta possessione audeat perturbare, presentem paginam sigilli nostri appensione dignum duximus roborandam, anathematizantes omnem hominem, qui hanc nostre liberalitatis donationem cassare presumpserit vel infirmare. Huius rei testes sunt: Wilhelmus maior prepositus, Stephanus maior decanus, Fridericus prepositus sancti Ludgeri, Johannes maioris ecclesie thesaurarius; Herimannus de Holte nobilis; Fridericus de Bosclare¹⁾ et Rudolfus filius suus, Herimannus de Daverenberge, Gerwinus de Rinckenrode, Richardus de Boyne, Bernhardus Bitter dapifer de Marcha, Bernhardus de Capella, Bernhardus Crampe, Herimannus de Sendene, Ludewicus de Waltorpe, Gerhardus de Altena, Ludolfus de Werne, Ludewicus de Werne, Bernardus de Pikenbroke, et alii quamplures. Acta sunt hec Rokeslare in generali ministerialium conventu, anno dominice incarnationis M^o.CC^o.LVI^o.

610.

* Ein Streit zwischen dem Kloster Marienfeld und Hermann von Odelinchusen wird vor dem Gerichte zu Wiedenbrück geschlichtet. 1256. — Or. Kl. Marienfeld U. 132; Abschr. Msc. I. 106. f. 26.

Bernhardus iunior nobilis de Lippia omnibus hoc scriptum intuentibus imperpetuum. Litem quam Hermannus de Odelinchusen fratribus de campo sancte Marie moverat curtim ipsorum Tharphorne inpetendo, pro eo quod ipsi fratres ad provisionem sororis sue pro parte tenebantur, tali condicione perhibemus esse sopitam. Acceptatis enim et acceptis X marcis idem Hermannus a predictis fratribus et curam sororis sue sibi totaliter assumens, insuper et omnes legitimos coheredes suos ab iniusta vexacione sepe-dictorum fratrum, si qua in posterum emergeret, se remove promittens, coram iudice et civibus in iudicio Widenbruge actioni sue penitus renunciavit. Huius rei testes sunt: Sifridus miles de Hufen, Ludgerus de Hiddinchusen, Hermannus, Johannes fratres de Lippia et alii plures. Ad huius etiam facti evidenciam et firmitatem in posterum habendam presens scriptum dedimus nostro et civium Widenbruge sigillis roboratum. Acta sunt hec anno Domini M^o.CC^o.LVI^o.

Beide Siegel sind erhalten, die Umschriften aber zerstört.

611.

* B. Otto II. bestätigt dem Kl. Marienfeld gewisse in der Nähe von Warendorf²⁾ angekaufte Ländereien. 1256. — Or. Kl. Marienfeld U. 133; Abschr. Msc. I. 106. f. 25.

In nomine Domini. Amen. Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus etc. Noverint universi fideles, ad quos presens scriptum pervenerit, quod Bernhardus de Linnigen, acceptatis et acceptis VI marcis denarium a fratribus de campo sancte Marie, quosdam agros sacionales eidem vendidit, imperpetuum ab ipsis possidendos, quorum situs agrorum est in loco qui withe wen appellatur. Nostra vero liberalitate predicti fratres proprietatem sepe-dictorum agrorum sunt assecuti. Ad huius facti firmitatem et evidentiam presens dedimus scriptum sigilli nostri munimine roboratum. Actum anno Domini M^o.CC^o.LVI^o. Huius rei testes sunt: Hermannus prepositus ad sanctum Paulum, Johannes canonicus; Ortungus de Grevene, comes Conradus, Albertus dapifer, Wescelus de Grevene, Johannes de Strot, Wernherus de Holthus et alii plures.

Das Hauptsiegel hat gelitten, aber das Rücksiegel, den h. Paulus ein Schwert in der Rechten und ein Buch in der Linken darstellend und die Umschrift: SECRETUM MONASTERIENSIS EPISCOPI führend, ist besser erhalten.

¹⁾ Burg Botzlar im Kspl. Selm. Oben Nro. 605 nennt Friedrich sich „de Menhovele“. Vgl. Westphalia 1825. St. 36.

²⁾ Nach einem Vermerk auf der Rückseite der Urkunde.

612.

* *B. Bruno von Osnabrück bekundet, dass die Kirche zu Dissen gewisse Güter an das Kl. Marienfeld verkauft habe.* 1256. — *Or. Kl. Marienfeld U. 135.*

Bruno Dei gratia Osnaburgensis episcopus etc. declaramus, quod dominus Giso archidiaconus in Dissene et Godefridus eiusdem loci plebanus quosdam agros predictae ecclesie attinentes fratribus de campo sancte Marie pro XVI marcis vendiderunt, ipsamque pecuniam in usus utiliores convertentes quendam mansum, Tymmere appellatum et in parrochia Dissene situm, usui iam dictorum agrorum equipollenti deputatum coemerunt. Nos igitur contractus commercium utrique parti proficuum ratum habentes, presenti pagina sigillo nostro roborata indeficienti stabilitate confirmamus. Actum anno Domini M^o.CC^o.LVI^o.

Das abhängende Siegel mit der Umschrift: S. BRUNONIS OSNABURGENSIS ¹⁾ EPISCOPI ist gut erhalten.

613.

Helmicus von Vilse entsagt gegen eine Entschädigung seinen Ansprüchen an gewisse Güter zu Gunsten des Klosters Marienfeld. 1256. — *Or. Kl. Marienfeld U. 137; Abschr. Msc. I. 106. f. 147; gedr. von Ledebur Arch. VII. p. 144.*

In nomine Domini. Amen. Frater Johannes dictus abbas campi sancte Marie etc. Sciant igitur tam presentes quam posteri, quod cum Helmicus laicus dictus de Vilse et Johannes maritus sororis eius aliquid iuris habere se dicerent in manso nostro Osthof in Alrebeke, et nos auctoritate privilegii nostri ²⁾ quod super eiusdem mansi donacione habuimus et habemus ad renitendum uteremur, tandem prudentum virorum mediante consilio in hoc consensimus, ut eisdem Helmico videlicet et Johanni VI marcas denariorum daremus tempore constituto, ut sic omni actioni sue quamvis iniuste totaliter renunciarent. Quod et factum est anno Domini M^o.CC^o.LVI^o in cymiterio sancti Viti prope Widenbruge coram Alberto de Vurdinchusen iudice ab utraque parte communiter electo, presentibus viris honestis quorum nomina subscripta sunt, videlicet: Brunone plebano sancti Viti, Arnolde de Odelinchusen, Egberto de Batenhorst, Theoderico de Soltesberg, Helmico, Hermanno Elgerinc. Et quoniam pro insufficienti cultura predictae domus et pro pensione annua pluribus annis nobis subtracta soror sepe dicti Helmici nomine Hathewigis usufructa quem in predicta domo habuerat ipso iure privanda erat, ut etiam ipsa voluntarie cederet, pietatis intuitu III modios ordei et III siliginis ei dabimus quoad vixerit ipsa. Hec in figura iudicii facta sunt in Widenbruge coram Helmico iudice anno Domini M^o.CC^o.LVI^o. Testes sunt: Albertus de Vurdinchusen, Everhardus de Vechtlage, Arnoldus de Odelinchusen milites; Reggerus de Vechtlage, Conradus de Nunninchove, Lambertus de Svelthe, Theodericus de Ovenhus, Woltherus Bilekevet, Hermannus Vettinc et alii plures. Porro ad huius facti maiorem evidenciam, presentem paginam exinde conscriptam sigillo civium in Widenbruge fecimus communiri.

Das Siegel der Stadt Wiedenbrück ist vorhanden.

614.

* *Freibrief und Verleihung eines Gutes in Beckum an einen Eigenhörigen des Klosters Marienfeld.* 1256. — *Or. in dem Archive der Stadt Beckum.*

Universis Christi fidelibus huius pagine inspectoribus frater Johannes dictus abbas campi sancte Marie, geste rei noticiam. Noverint fideles universi, quod nos de consensu conventus nostri, acceptis XVII marcis

¹⁾ So ausgeschrieben. — ²⁾ Oben unter Nro. 289 gedruckt. — Die betr. Güter liegen in Langenberg, südlich von Rietberg.

et VI solidis a Tyce laico ecclesie nostre quondam litone, ipsum manumisimus, et insuper aream in Bekeh hem cum suis edificiis in possessionem liberam eidem indulgemus. Hiis beneficiis hoc adicimus, quod offensam nostram, quam predictus Tyce per evidentem iniuriam incurerat, ipsi et parentibus suis Johanni videlicet de Wersa et uxori sue nec non et liberis eorum penitus non imputamus, sed eo iure, quo ceteri litones nostri nobis subiecti sunt, ipsi quoque gaudebunt. Huius rei testes sunt: Henricus prior, Everhardus sacerdos, Godescalcus cellerarius, persone ecclesie nostre; Johannes Nicinc, Godefridus Vilterinc, Eghertus Biscop, Hermannus de Ravenesberg, Johannes de Rinstete, burgenses Monasterii, et alii plures. Acta sunt hec anno ab incarnatione Domini M^o.CC^o.LVI^o.

Das Siegel des Klosters ist erhalten.

615.

* *Vergleich wegen des Zehnten von dem Hause Eppinc, auf der Synode zu Rheda vermittelt. 1256. —*
Or. Fr. Münster U. 90 a.

Noverint universi Christi fideles tam presentes quam futuri, quod ego Bernardus thor Hurden, domna mea Irmetrudis et filia ipsius Jutta inivimus compositionem cum Bernardo Eppinc de quadam decima que spectat ad domum ipsius que dicitur Eppinc et de quibusdam agris qui dicuntur Walesge lant, quorum decima spectat ad supradictam domum, que mutata antiquitus de negligentia solutionis decime scilicet XII med. siliginis decimalis measure in manipulos accipiendos in agris, tandem propter bonum exemplum et ipsius munera, et iuramento confirmato ab uxore ipsius B. Eppinc et duorum bonorum virorum, scilicet Theoderici Clekinc et Gerardi Buvinc, in synado ¹⁾ Rede de consensu utriusque partis, quia idem B. Eppinc ad eundem diem venire non poterat, quod idem bona de iure aliam decimam solvere non deberent quam XII modios siliginis decimalis measure, sibi et uxori sue Alveradi, filiis suis et posteris suis hereditario iure coram domno Johanne decano in synado ¹⁾ Rede contulimus eandem decimam in perpetuum libere possidendam, ita ut quicumque possessor est illius domus que dicitur Eppinc, persolvat nobis et posteris nostris in purificatione beate virginis XII modios siliginis decimalis measure et quinque manipulos lini. Ne vero in hoc facto in posterum dubitare aliquis cogatur, presentem paginam sigillo domni Johannis decani de Rede duximus roborandam. Datum anno Domini M^o.CC^o.LVI^o. presentibus honestis personis: domno Gotscalco plebano in Rede, Sifrido clerico, domno Bittero de Rede, Bernardo Tedekinc et Johanne Tedekinc, Lamberto Esekinc et Lamberto Bettelinc, Betcelo Crehtinc, Ludekino the Winckelhusen et Ernesto de Rede, Arnaldo Eselinc, Wetcelo Ketelerinc, Lamberto Clinkinc et domno Henrico de Erler et aliis quam pluribus.

Vom Siegel des Dechanten von Rheda ist ein grösseres Bruchstück erhalten.

616.

* *B. Otto II. befiehlt den Pfarrern seiner Diocese, das Kloster Marienborn bei seinen Forderungen an Eingessene des Stifts nöthigenfalls durch Anwendung der Excommunication zu unterstützen 1256. —*
Abschr. im Copiar des Kl. Marienborn p. 14.

Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus universis ecclesiarum rectoribus per suam diocesim constitutis salutem in Christo. Quia officii nostri multiplicibus exigentibus negotiis singulis quibusque ad suas causas decidendas presentialiter adesse non valemus, necessarium videtur, aliquos onus nostrum subportantes in partem sollicitudinis advocare. Unde vos attentius rogantes monemus, et sub pena suspensionis vobis pre-

¹⁾ So die auch sonst sehr incorrect verfasste Urk.

cipiendo mandamus, quatenus abbatisse et ecclesie in Cosvelt compassionis affectu condescendentes, si quid cause de debitis in nostros habeant subiectos, ammonitione ad quindenam premissa excommunicationis iusticiam faciatis. A. D. M^o.CC^o.LVI^o.

617.

Bischof Otto II. Zeuge der Urkunde, worin König Richard der Stadt Aachen ihre Rechte und Freiheiten bestätigt. 1257 Mai 22. Aachen. — Gedr. Quix Gesch. von Aachen II. p. 124.

618.

* *B. Otto II. erwirbt vom Ritter Sueder für 270 Mark dessen Burg Ringenberg und verpfändet demselben für den Kaufpreis gewisse Renten, wovon jede einzelne gegen eine bestimmte Summe abgelöst werden kann. 1257 Juni 6. Münster im Capitel des Doms. — Or. Fr. Münster U. 91; Abschr. Msc. I. A. p. 43.*

Nos Otto Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus. Notum facimus universis, quod castrum Ringenberg¹⁾ cum fundo ac aliis omnibus ad municionem spectantibus a Swedero milite ministeriali nostro et suis coheredibus comparavimus nobis et ecclesie nostre ac successoribus nostris, datis eidem ducentis et septuaginta marcis, pro quibus pignori obligavimus ipsi quadraginta molt siliginis et braccii per scultmate accipienda de curte nostra Ahülthe, insuper triginta molt siliginis decimalis measure tollenda de decima in Schütlon²⁾ cum minuta decima, preterea de molandino nostro Borken quindecim molt siliginis per mensuram Borkensem que facere debent viginti molt iuxta mensuram decimalem, et decem molt siliginis measure decimalis de molandino nostro Bukholte singulis annis percipienda, ita quod quandocumque nobis placuerit vel alicui successorum nostrorum, salvum erit nobis vel eis redimere redditus illos de Ahülthe cum centum marcis, item redditus illos de Suthlon cum centum marcis, item redditus molandinorum cum septuaginta marcis, quibus solutis redditus supradicti sive pariter sive divisim redempti ad nos vel nostros successores libere revertentur. Item predicto Swedero contra quoslibet iniuriatores assistemus. Datum et actum in capitulo Monasteriensi prioribus et canonicis presentibus quorum nomina sunt hec: Wilhelmus prepositus, Stephanus decanus, Johannes thesaurarius, Hermannus scolasticus, Godefridus vicedominus, Gerlacus Aldenselensis prepositus, Fredericus sancti Ludgeri prepositus, Ernestus cantor, Cesarius, Tethmarus Norendin, Gerhardus de Lon, magister Thetmarus, Brunstenus, magister Remfridus, ceterique canonici Monasterienses; item nobilibus viris presentibus: Hermanno comite de Eversteine et Bernhardo de Lippa; item ministerialibus presentibus: Hermanno Werenzen, Frederico de Menhovele, Gerlaco de Berveren, Bittero de Rethen, Hermanno de Langen, Hermanno de Monasterio, Thiderico de Sconenvlete et aliis militibus, item scabinis presentibus: Johanne Nicenk, Gerwino Divite et aliis tam scabinis quam civibus Monasteriensis civitatis et opidorum Cusvelde, Borken et Bukholte quam pluribus. A. D. M^o.CC^o. quinquagesimo septimo, octavo Idus Junii.

An der Urkunde finden sich das Siegel des Dom-Capitels und das Sueder's, zehn Ringe auf einem Herzschilde, mit der Umschrift: SIGILLUM SUEDERI. Ein drittes ist abgefallen.

¹⁾ In der Rheinprovinz zwischen Dingden und Wesel. — ²⁾ Südlohn, wie auch später die Urk. richtig „Suthlohn“ schreibt.

619.

Sueder von Ringenberg bestätigt den Inhalt der vorhergehenden Urkunde unter dem Hinzufügen, dass er um seine Vasallenpflicht gegen den Bischof und das Stift Münster desto treuer zu erfüllen, ihnen das Gericht und die Grafschaft zu Bocholt¹⁾, welche er bisher vom Stift zu Lehn getragen, verpfändet habe. 1257 Juni 6.

Münster im Capitel des Doms. — Or. Fr. Münster U. 92; Abschrift Msc. I. A. p. 42; gedr. Kindl.

Beitr. III. U. p. 195.

Ego Suetherus miles de Ringenberg recognosco et tenore presentium protestor, quod acceptis a domino meo Ottone episcopo Monasteriensi ducentis et septuaginta marcis proprietatem castri mei Ringenberg cum fundo et aliis omnibus ad munitionem spectantibus, de consensu et collaudatione uxoris et coheredum meorum, libere beato Paulo ac ipsi episcopo nomine ecclesie sue dedi et perpetuo contuli possidendum, ita quod predictum castrum eidem episcopo et suis pro tempore successoribus ad omnem eorum voluntatem pateat seu ecclesie necessitatem, et de illo castro sicut propriis castris potentes sint facere, quod velint vel quod necesse habuerint. Et idem episcopus de consilio priorum et ecclesie sue dictum castrum in feodo michi contulit, et filio meo, si quem habuero, vel uni de filiabus meis, si filium non habuero, conferet iuxta formam superius memoratam. Idem autem filius vel filia esse debet ministerialis ecclesie supradicte. Item filius et filia castrum obtenturus aut obtentura non contrahet matrimonium absque huius episcopi videlicet domini Ottonis consilio et consensu. Item si necessitate aliqua ego vel mei heredes inducti cogamur vendere ius pheodale quod habemus in castro, illud nulli hominum vendere possumus, nisi prius vendendum exhibuerimus domino nostro episcopo Monasteriensi. Et ut predictam collationem ego et heredes mei firmiter observemus, iudicium Bocholthe cum redditibus qui gruth vulgariter appellantur et comitatu ac aliis bonis, que de Monasteriensi ecclesia tenemus in pheodo, domino episcopo et ecclesie Monasteriensi pignori obligamus. Ut autem hec collatio inviolabiliter perseveret, presentem litteram in testimonium dedi, sigilli mei munimine roboratam. Datum et actum in capitulo Monasteriensi, anno Domini M^o.CC^o.L^o. septimo, VIII^o Idus Junii.

Vom Siegel Sueders ist nur ein Bruchstück vorhanden.

620.

* Weitere Bestimmungen über die an Sueder von Ringenberg verpfändeten Einkünfte. 1257 Juni 6. Im Baumgarten des Bischofs zu Münster. — Or. Fr. Münster 94; Abschr. Msc. I. A. p. 75.

Otto Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus. Noverint universi, quod nos de consilio pariter et consensu priorum et ecclesie nostre decimam in Suthlon solventem annuatim XXX^a molt sil. per mensuram decimalem et minutam decimam Suethero militi dicto de Ringenbergh pro centum marcis pignori obligavimus; item de molendino in Borken XV molt sil. per mensuram in Borken que faciunt XX molt mesure

¹⁾ Nach einer Urk. v. J. 1201, oben Nro. 2, wurde das „iudicium civile in Bocholte“ damals vom Bischof dem Sueder von Dingden übertragen, der auch die „cometia“ daselbst besass. Dieser Umstand sowie der gleiche Name macht es wahrscheinlich, was schon Assessor Hosius in einem an Erhard unter dem 18. December 1847 gerichteten Briefe (Msc. VII. 1707a) vermuthete, dass die Herren von Dingden später sich „von Ringenberg“ nannten. Ist diese Vermuthung begründet, so ist es merkwürdig, dass derselbe Soeder oder sein Sohn sich noch im J. 1242 „de Dingden“ nannte (Lacombl. II. Nro. 265), aber schon vorher im J. 1241 einmal und dann später immer den Namen „de Ringenberge“ führte (ib. Nro. 258. 322. 389. 459. 609). Unter diesen Urkunden ist für unsere Zwecke besonders Nro. 322. um deswillen merkwürdig, weil Sueder von Ringenberg darin schon im J. 1247 dem Erzb. Conrad von Köln sein „castrum Ringelinberg“ überträgt, dasselbe von ihm als Lehn zurückempfängt und dafür „archiepiscopi et ecclesie Coloniensis homo ligius ad serviendum eis contra omnem hominem, excepto episcopo Monasteriensi, cuius sum ministerialis“ wird.

decimalis et X molt siliginis mesure decimalis de molendino nostro in Bocholth eidem Snethero pro LXX^a marcis similiter pignori obligavimus singulis annis suis danda temporibus, eo quod dictus Suetherus proprietatem castri Ringhenbergh nobis et ecclesie vendidit iuxta formam litterarum exinde confectarum. Prefatus itaque Suetherus consensu nostro accedente predicta XXX^a molt sil. de decima in Sutlon et minutam decimam Lutberto militi de Suanesbūlen sororio suo pignori obligavit pro centum marcis, in quibus sibi ex parte sororis sue dotis nomine tenebatur. Item XXX molt siliginis de molendinis nostris annuatim tollenda eidem similiter ex nostro consensu pro LXX^a marcis titulo pignoris obligavit, quas pro ipso quibusdam creditoribus Mindensibus solvere compromisit. Preterea salvum nobis et nostris erit successoribus, quandocunque voluerimus redimere annonam superius nominatam sive pariter seu divisim, ita ut datis centum marcis decima in Sutlon ad nos redeat, similiter datis LXX^a marcis reditus molendinorum nostrorum ad nos et nostros successores libere revertantur. Sed huiusmodi redemptionem non ad manum Suetheri de Ringhenbergh, immo ad manum Lutberti de Suanesbūlen seu heredum eius faciemus. Actum in pomerio nostro VIII^o Idus Junii, anno D. M^o.CC^o.LVII^o, hiis presentibus: Willelmo preposito, Stephano decano, Hermanno scolasticō, preposito Fritherico, Hermanno comite de Everstene, burgravio de Rechethe, Hermanno Werencen, Fritherico de Menhuvele et aliis quam pluribus.

Die Siegel B. Otto's und Sueder's sind beschädigt.

621.

* *P. Alexander IV. befiehlt dem General-Capitel des Cistercienser-Ordens das Kl. Rengering, welches über zehn Jahr dessen Regeln befolgt, in den Ordensverband aufzunehmen 1257 Juni 20. Viterbo — Or. Kl. Rengering U. 44; Abschr. Msc. I. 408. f. 117'.*

Alexander episcopus servus servorum Dei dilectis filiis abbati et generali capitulo Cisterciensi salutem et apostolicam benedictionem. Ex iniuncte nobis servitutis officio tenemur circa personas religiosas sollicitam adhibere cautelam easque fovere in sui ordinis firmitate, ut et in sua constantia roborate proferant fructus in gratia et suscipiant incrementum. Sane dilecte in Christo filie . . . abbatissa et conventus monasterii de libro sancte Marie in Reggerie Cisterciensis ordinis Monasteriensis diocesis nobis significare curarunt, quod ipse noverunt per professionem sollempnem in eodem monasterio observantiam ordinis memorati, ubi sancte contemplationis otio immorantes vacant cotidie studio pie vite. Cum itaque ipsarum collegium adhuc dicto incorporatum ordini non existat, licet per decennium et amplius eiusdem ordinis observaverint instituta, nobis humiliter supplicarunt, ut eis providere super hoc de providentia sedis apostolice curaremus. Quia vero indignum existeret, ut ipse a prefato excludantur ordine cuius observantie per professionis vinculum sunt astrictae, universitatem vestram rogamus monemus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatinus dictam abbatissam et conventum de libro sancte Marie ob reverentiam apostolice sedis et nostram favore benivolo prosequentes monasterium ipsum, si tot redditus habeat, de quibus commode valeant sustentari, vestro incorporetis ordini, gerendo curam earundem sicut aliorum monasteriorum ipsius ordinis specialem, ut eis per hoc Deo propitio illud proveniat speciale commodum, quod ad vestri honorem ordinis in earum desiderio commendatur, diocesani episcopi in omnibus que dicti ordinis institutis non obviant iure salvo; non obstante statuto de non incorporandis amodo eidem ordini monialibus aut ipsarum monasteriis ut dicitur a nobis nuper facto, iuramento, confirmatione sedis apostolice seu quacumque firmitate alia roborato, sive quavis alia dicte sedis indulgentia, de qua plenam et expressam oporteat in presentibus mentionem fieri et per quam effectus presentium differi possit vel etiam impediri. Datum Viterbii XII. Kalendas Julii pontificatus nostri anno tertio.

Die Bulle des Papstes ist erhalten.

622.

* *B. Otto II. eignet dem Kl. Rengering gewisse Zehnten zu. 1257 Juni 22. — Or. in zwei Ausfertigungen* ¹⁾
Kl. Rengering U. 15; Abschr. Msc. I. 108. f. 21' u. 22.

In nomine Domini. Amen. Otto Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus etc. Noverint universi, quod nos resignationem decime in Merste et curtis in Horste ²⁾ in manus nostras a Bernardo Gerlako et Tanchelmo fratribus de Horste coniunctim factam rationabiliter admittentes, eiusdem decime et curtis proprietatem venerabili collegio in Rengering de maturo consilio duximus liberaliter conferendam. Actum Monasterii presentibus: domno preposito sancti Pauli et scolastico, nobili viro comite Hermanno de Everstene, Lutberto milite de Suanesbole, Hermanno de Lancgen, Herbordo de Spredowe, Hermanno iudice de Warendorp, Willikino camerario nostro, Johanne Saxone, Godescalco de Beveren et aliis quam pluribus etc. Datum anno Domini M^o.CC.L^o. septimo, decimo Kalendas Julii, pontificatus nostri anno decimo.

An beiden Ausfertigungen ist das Siegel des Bischofs beschädigt.

623.

* *Papst Alexander IV. bestätigt die Anordnung B. Ludolfs (oben Nro. 300), wonach dem Hospital zu Marienfeld die Einkünfte der Kirchengüter zu Harsewinkel zugelegt werden. — Datum Viterbii VIII. Idus Julii pontif. anno tertio (1257 Juli 8). — Or.* ³⁾ *Kl. Marienfeld U. 138.*

Die Bleibulle des Papstes ist mit rothen und gelben seidenen Fäden an der Urkunde befestigt.

624.

* *Dem Hermann von Horstelo spricht der Abt von Liesborn als päpstlicher Richter, wegen seiner Verwüstung des Stifts Münster, jedes Anrecht an eine Präbende am dortigen Dom ab. 1257 August 2. Münster. — Or. Fr. Münster U. 95a; Abschr. I. 4. p. 350.*

Abbas Lesbornensis ordinis sancti Benedicti Monasteriensis dyocesis unicus iudex sive executor a domno papa delegatus. In nomine Domni. Amen. Quia legitime probatum est coram nobis ex parte Monasteriensis ecclesie tam per evidentiam facti, que nulla potest tergiversatione celari, quam per testes omni exceptione maiores contra Hermannum de Horstelo, quod ipse una cum fratribus suis carnalibus et aliis complicibus suis, lite pendente coram nobis inter eos, hinc inde possessiones Monasteriensis ecclesie spoliis, rapinis et incendiis invasit, dampnificando in predictis Monasteriensem ecclesiam plus quam ad trecentas marcas Monasteriensis monete, et sic ius dixit sibi in causa sua, diffinitive sententie calculo abiudicavimus eidem omne ius, si quod habuit vel habere potuit, in prebenda Monasteriensis ecclesie, licet absens sit corpore, cum contumacia eum pro presente faciat haberi, perpetuum sibi super predicta prebenda silentium inponentes. Actum Monasterii III. Nonas Augusti anno Domni M^o.CC^o.LVII^o, presentibus hiis: priore Lesbornensi, Johanne thesaurario, Hermanno scolastico, Godefrido vicedomno Monasteriense et magistro Mathia scolastico sancti Martini Monasteriensis, quorum sigilla fecimus apponi presentibus in evidens testimonium premissorum. Ego prior predictus sigillo domni mei abbatis contor.

Von den fünf Siegeln sind nur Bruchstücke von zweien erhalten.

¹⁾ Die zweite ist zwar nicht wörtlich gleichlautend, enthält aber auch nichts Weiteres.

²⁾ Im Kspl. Milte, Kreis Warendorf, nach dem Copiar l. c.

³⁾ Das durch Feuchtigkeit gelitten hat.

Westfäl. Urk.-Buch. III. A.

625.

* *Das Domcapitel zu Münster überlässt dem Hospital zu Venne einen zu seinem Hof Albachten gehörigen Acker gegen eine Abgabe in Geld. 1257 August 13. — Orig. im Stadtarchive zu Münster.*

Willelmus prepositus, Stephanus decanus totumque Monasteriensis ecclesie capitulum omnibus in perpetuum. Noverint universi, quod nos ducti pietatis affectu agrum quendam ad curtem nostram Albachten pertinentem hospitali sancti Johannis in Vene perpetuo assignavimus ita tamen, ut dictum hospitale in festo beati Martini quatuor solidos in curtem nostram Albachten persolvat annuatim. Verumtamen si divinum officium in hospitali predicto non substituerit, volumus, ut dictus ager ad ecclesiam nostram sine contradictione qualibet revertatur Acta sunt hec a. d. i. millesimo ducesimo quinquagesimo septimo Ydus Augusti ¹⁾).

Angehängt ist das bekannte Siegel des Domkapitels.

626.

Vereinigung des Domkapitels zu Münster mit der Stadt Münster, wegen gegenseitig zu leistender Hilfe. 1257 October 5. Münster. — Or. Fr. Münster U. 95; Abschr. Msc. I. A. p. 345; II. 43. p. 88; IV. 2. p. 162; gedr. Wilkens G. d. St. Münster p. 122. und Niesert U.-S. II. 437.

Wilhelmus Dei gratia prepositus, Stephanus decanus totumque capitulum Monasteriensis ecclesie, scabini, consules totumque commune civitatis Monasteriensis omnibus in perpetuum. Quia humana natura prona est ad dissentendum et multa nova litigia et adversitates imminent, ideo ad diversa morborum experimenta, varia compelluntur homines remedia invenire. Hinc est quod nos predicti prepositus decanus et capitulum ex parte Monasteriensis ecclesie, et nos scabini consules totumque commune civitatis Monasteriensis ex parte civitatis, talem confederationem inivimus, iuramento corporaliter prestito, quod in omnibus adversitatibus, violentiis et iniuriis, si quas nobis omnibus vel aliquibus vel etiam alicui ex nobis irrogari contingat a quocumque homine, nos ad invicem iuvemus in dando consilio, in expensis faciendis, in defendendo et in prestando auxilium ad invicem, ut dictum est superius, pro viribus et pro posse; ita tamen quod venerabili domino nostro Ottoni Monasteriensi episcopo eiusque successoribus, qui pro tempore fuerint, eorum ius in omnibus salvum maneat, et nobis tam clericis quam laicis iure nostro per omnia inviolabiliter observato. Si vero, maligno spiritu seminante zizaniam, discordia inter nos ingruerit, nos clerici tres ex parte ecclesie elegimus, videlicet Wilhelmum prepositum, Stephanum decanum, et Johannem thesaurarium ecclesie nostre, et nos laici tres, Johannem Nicinch, Gerewinum Divitem et Ecbertum dictum Episcopum, deputavimus, ut predictam discordiam in amicitia terminent vel in iure. Si vero de predictis electis ad sopiendam discordiam inter nos unus vel etiam plures decesserint, sive absentes fuerint, alius vel alii in ipsorum locum subrogentur. In cuius rei testimonium presentem litteram ecclesie et civitatis Monasteriensis sigillis fecimus roborari. Nos etiam predicti prepositus et decanus sigilla nostra fecimus apponi. Datum et actum Monasterii III. Non Octobris, anno Domini M^o.CC^o.LVII^o.

Von den vier angehängt gewesenen Siegeln ist nur das dritte, das des Propstes, noch vorhanden, aber sehr schlecht erhalten.

¹⁾ „millesimo — Augusti“ sind mit Buchstaben, aber ohne alle Interpunktionszeichen geschrieben, so dass man nicht entscheiden kann, ob „septimo“ sich auf „Ydus“ oder auf „quinquagesimo“ bezieht, was aus der Regierungszeit des Dompropstes Wilhelm sich ebensowenig feststellen lässt.

627.

* *Stiftung einer Memorie in der St. Ägidii-Kirche zu Münster. 1257. — Or. Kl. Ägidii U. 32.*

Notum sit universis, quod Heidenricus sancti Ludgeri Monasteriensis canonicus, Bernhardus et Arnoldus fratres eius, reditus decem denariorum religiose domine abbatisse ac conventui sanctimonialium de sancto Egidio Cisterciensis ordinis in memoriam patris sui Heidenrici libere contulerunt, ita ut dictis denariis in panem triticeum commutatis, in anniversario eiusdem Heidenrici predictis sanctimonialibus transeant in solamen. Predicti vero decem denarii singulis annis in die Luce ewangeliste dandi sunt, prout distinguitur consequenter. Hinricus de Beveren dabit quatuor denarios de agris iuxta sanctum Mauricium sitis, Johannes de Beveren quatuor denarios de agris ibidem sitis, Rotbertus Leo unum denarium de medietate cuiusdam orti, Gerhardus de Litbeke unum denarium de reliqua medietate ipsius orti ¹⁾. In cuius facti testimonium presens scriptum confectum est et conventus sancti Egidii ac dicti Heidenrici sancti Ludgeri canonici sigillorum munimine roboratum. Datum a. D. M^o. CC^o. LVII^o.

Das Siegel des Convents zeigt die h. Maria mit dem Kinde und den h. Aegidius im Brustbilde, unter letzterem in einem Medaillon eine Hirschkuh ²⁾, das Heidenreichs stellt einen geflügelten Engel auf einem Rade dar.

628.

* *Die bei dem in der Kirche zu Liesborn aufgefundenen Marienbilde dargebrachten Opfergaben ³⁾ an Gold und Silber werden dem Abte, die an Wachs dem Thesaurar von Liesborn überwiesen. 1257. — Or. Kl. Liesborn U. 66; Abschr. Msc. I. 99. f. 57; I. 101. f. 27; II. 203. p. 42.*

Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus universis presentem paginam inspecturis salutem in auctore salutis. Significavit nobis dilectus in Christo Godefridus abbas Monasterii Lesbernensis nostre dyocesis, quod cum ymago beate Marie virginis infra muros et iuxta chorum ecclesie sue ad suam iurisdictionem pertinentis ante aliquot annos sit inventa et tam ipse quam fratres sui de adventu hospitem ob reverentiam eiusdem ymaginis advenientium plerumque expensis onerentur, idem abbas de consilio conventus sui ordinavit, ut oblationes, si que pervenerint ob reverentiam eiusdem ymaginis, in argento vel auro sibi et cuilibet successori suo, in cera vero et in aliis thesaurario ecclesie sue assignentur. Quam ordinationem nostro petivit munimine roborari. Nos igitur attendentes, quod secundum legitimas sanctiones, ad quemcunque spectat onus, ad ipsum etiam spectare debet emolumentum, ordinationem huiusmodi rite et provide factam auctoritate ordinaria, prout ad nos pertinet, confirmamus, prohibentes ne quis hanc nostre confirmationis paginam infringere vel ei ausu temerario audeat contraire. Datum anno Domini M^o. CC^o. L^o. septimo.

Das Siegel ist nicht erhalten.

629.

* *B. Otto II. bestätigt eine Schenkung an das Kl. Marienborn. 1257. — Or. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archive; Abschr. im Copiar des Kl. Marienborn p. 6.*

In nomine Domini. Amen. Ego Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus universis Christi fidelibus litteris presentibus innotesco, quod Hathewigis vidua de Olenberc de consensu et beneplacito trium filio-

¹⁾ Auf der Rückseite der Urkunde steht von einer Hand des XVI. Jahrhunderts: „Privilegium super et de arealibus nunc Everwyn Droste“. — ²⁾ Vgl. v. Radowitz Kunstsymbolik p. 85.

³⁾ Schon früher hatte das Kl. Liesborn ein Drittheil der Opfergaben in Diestedde erhalten. Vgl. oben Nro. 120 u. 128.

rum suorum redditus XXX denariorum, qui de tribus mansis in Berolve ¹⁾ silis proveniunt, pro remedio anime sue et suorum perpetuo contulit cenobio monialium in Cosveldia percipiendos. Nos vero . . . proprietatem dictorum mansorum ad nos spectantem libere conferimus ecclesie memorate . . . Acta sunt hec a. D. M^o.CC^o.LVII^o. Testes huius rei sunt: Albertus dapifer, Fredericus de Menhovele, Hermannus frater eiusdem, Woltherus miles et alii quam plures.

Das Siegel ist nicht erhalten.

630.

* *B. Bruno von Osnabrück überträgt dem Kl. Rengerinc gewisse demselben verkaufte, von ihm lehnrübrige Güter zu Westenhorst. 1257. Wiedenbrück. — Or. Kl. Rengerinc U. 12; Abschr. Msc. I. 108. f. 43.*

Bruno Dei gratia Osnaburgensis ecclesie episcopus etc. Scire igitur volumus universos Christi fideles, quod accedentes ad nos abbatissa prepositus honorabilisque conventus monasterii ordinis Cystericiensis in Rengerinc nobis humiliter supplicarunt, quatinus bona, curtem videlicet in Westenhorst ²⁾ et tres mansos ³⁾ adiacentes cum omnibus suis attinentiis, que Conradus et Jacobus fratres dicti de Cycinchorpe a nobis tenuerant in feodo, ab eisdem et ipsorum pueris et heredibus reciperemus ipsisque et ecclesie eorundem proprietatem bonorum predictorum conferre dignaremur. Nos vero pensato ipsorum pio desiderio, post resignationem quam infeodati in manus nostras fecerant, ad laudem Domini nostri Jehsu Christi et gloriose genitricis eius virginis Marie et in remedium anime nostre proprietatem predictorum bonorum conventui prescripto perpetua contulimus donatione. Summam vero LXXX^a III^{or} marcarum dedit conventus predictus pro bonis eisdem fratribus memoratis etc. Datum in Widenbruce anno Domini M^o.CC^o.LVII^o. coram testibus subnotatis: abbate, priore, cellerario, camerario de campo sancte Marie, preposito de Claholte, Hermanno de Lenebeke maioris ecclesie canonico, Henrico de Lengerke, magistro Henrico notario domni episcopi; Adolfo nobili viro de Holte, Ludolfo nobili de Stenvorde, Bernardo de Hunevelde, Hermanno de Merevelde, Conrado de Megle, Henrico Vinke dapifero, Rudolfo de Borbene, Ottone de Odeslo, Alberto de Wordenchusen, Andrea de Borbeke, Rabodone de Wordenchove, Friderico de Bokenevorde, Amelungo de Linen, Johanne et Alberto fratribus dictis Bucke militibus; Johanne iudice de Widenbruce, Adam camerario, Henrico de Umla, Bernardo de Horste, Rodolfo Crede, Adolfo camerario et aliis quam pluribus.

Das Siegel ist beschädigt.

631.

* *Drei Osnabrück'sche Ministerialen leisten dem Kl. Rengerinc Bürgschaft für die Güter in Westenhorst. 1257. Wiedenbrück. — Or. Kl. Rengerinc U. 13; Abschr. Msc. I. 108. f. 43'.*

Bruno Dei gratia Osnaburgensis ecclesie episcopus etc. Scire volumus tam presentes quam posteros, quod in presentia nostra constituti Winandus de Herthe, Henricus de Sunenbornen milites, Helmwicus de Horste promiserunt ecclesie et venerabilibus domnabus in Rengerinc, quorum promissum recepimus cum discretis personis domno abbate priore cellerario camerario de campo sancte Marie, domno preposito de Claholte, Hermanno milite de Merevelde, Bernardo de Horst, Rudolfo Crede, ut quicumque dicte ecclesie in bonis Westenhorst, que resignaverunt Conradus et Jacobus fratres dicti de Cycinchorpe, inferret molestias vel dampna, ipsos ⁴⁾ debeant habere commonitos ut conventui prefato prestant sufficientem emen-

¹⁾ Jetzt Beerlage, Kspl. Billerbeck. Vgl. Msc. I. 69. f. 92.

²⁾ In der Bauerschaft Enniger, nach den Acten.

³⁾ „Niehaus, Dreimann, Wulner“ fügt das Copiar I. o. in der Ueberschrift hinzu.

⁴⁾ Nämlich die „fratres de Cycinchorpe“.

dam; quod si fratres prescripti facere recusarent, ut eosdem ad hoc compellant, nominati fideiussores promiserunt. Nequis vero promissionis huius imposterum contradictor existat, presens scriptum super eo conscribi fecimus et sigilli nostri appensione roborari. Datum in Widenbruce anno gratie millesimo CC°.LVII°.

Das Siegel wie oben.

632.

Urfede-Bürgerschaft für den B. Bruno von Osnabrück bei seiner Entlassung aus der Gefangenschaft in Ringenberg ¹⁾. 1257 (1258) März 7. Münster. — Abschr. Msc. I. A. p. 143; hieraus copirt Msc. II. 15. p. 149; gedr. Kindl. Volmestein II. p. 162.

Nos Ph(ilippus) prepositus Susatiensis et thesaurarius Coloniensis ²⁾, H. comes in Sterrenberghe, H. comes in Dale, L. de Stenvordia, B. de Broke, Th. de Volmestene nobiles presentibus protestamur, quod cautionem, que dicitur orvede, quam venerabilis pater dominus et consanguineus noster Bruno Osnaburgensis episcopus super liberatione sue captivitate in Ringelenbergh prestitit nobili viro Hermanno dicto de Holte et suis coadiutoribus in hoc casu, una cum ipso studebimus inviolabiliter observare. Protestamur nos etiam promississe, quod ordinationi seu arbitrio venerabilium patrum Ottonis Monasteriensis et Symonis Paderburnensis episcoporum, necnon nobilium virorum Th. filii senioris et Th. comitis Sarepontis filiorum comitis Clivensis dictus dominus et consanguineus noster Osnaburgensis episcopus parebit, et in hoc casu firmiter adimplebit cum effectu . . . In cuius rei testimonium presentem paginam sigillorum nostrorum munimine (duximus) roborandam. Actum et datum Monasterii anno Domini M°.CC°.LVII°, Nonas Martii.

633.

* *P. Alexander (IV) gestattet dem Kl. Marienfeld, alle Güter, welche seinen Mitgliedern, wenn sie in der Welt geblieben, zugewallen wären, mit Ausnahme jedoch der Lehngüter, in Anspruch zu nehmen und zu behalten.* 1258 Mai 7. Viterbo. — Or. Kl. Marienfeld U. 139.

Alexander episcopus servus servorum Dei dilectis filiis . . . abbati et conventui monasterii campi sancte Marie Cisterciensis ordinis Monasteriensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Devotionis vestre precibus inclinati presentium vobis auctoritate concedimus, ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia, que liberas personas fratrum vestrorum relicta mundi vanitate ad vestrum monasterium convolantium et professionem facientium in eodem, iure successionis vel alio iusto titulo si remansissent in seculo contigissent, et potuissent eadem libere aliis erogare, rebus feudalibus dumtaxat exceptis, valeatis petere, recipere et libere retinere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Viterbii Nonis Maii pontificatus nostri anno quarto.

Die Bleibulle führt auf der Rückseite die Inschrift: ALEXANDER P. P. IIII.

¹⁾ Ob diese Fehde zwischen Bruno von Osnabrück und Hermann von Holte in Verbindung steht mit dem grossen, Westfalen tief erschütternden Kampfe zwischen Cöln und Paderborn, der 1256 zum Abschluss gelangt war, bedarf noch einer näheren Untersuchung. Vgl. Stüve G. d. Hochstifts Osnabrück p. 99 u. flgg. Auch möchte hiermit vielleicht noch der i. J. 1257 erfolgte Kauf Ringenberg's durch B. Otto II. (cfr. oben Nro. 618.) in Zusammenhang gebracht werden können.

²⁾ Vgl. die U. v. J. 1263 bei Lacomblet II. Nro. 534.

634.

* *Schutz- und Exemtionsbulle Papst Alexander's IV. für das Kloster Rengering 1258 Juli 11. Viterbo. — Abschr. Msc. I. 408. f. 115.*

Alexander episcopus servus servorum Dei dilectis in Christo filiabus abbatisse monasterii libri sancte Marie in Reggeringh eiusque sororibus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in Christo. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eas a proposito revocet aut robur, quod absit, sacre religionis enervet. Eapropter dilecte in Christo filie vestris iustis postulationibus clementer annuimus et monasterium sancte Dei genitricis et virginis Marie de libro sancte Marie in Reggeringh Monasteriensis diocesis, in quo divino estis obsequio mancipate, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus, imprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum et beati Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum a vobis post concilium generale susceptum in eodem monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona idem monasterium in presentiarum iuste ac canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis et qui vobis successerint et illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo prefatum monasterium est cum omnibus pertinentiis suis; piscationes quas habetis in aqua que vulgariter Bevere appellatur; domum quam habetis in loco qui Gerewikeslo vulgariter nominatur cum mansis agris et possessionibus pertinentibus ad eandem domum; fundos et agros quos habetis intus et extra villam Greven communiter appellatam; curtem fundos et agros, quos habetis intus et extra villam que dicitur Westenhorst; domum quam habetis in villa Enen vulgariter appellata cum terris pratis nemoribus usuagiis ¹⁾ et pascuis in bosco et plano in aquis et molendinis inviis et semitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Sane novalium vestrorum, que propriis sumptibus colitis, de quibus hactenus aliquis non percepit, sive de ortis virgultis et piscationibus vestris vel de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis personas liberas et absolutas e seculo fugientes ad conversionem recipere et eas absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli sororum vestrarum post factam in monasterio (professionem) fas sit sine abbatisse sue licentia de eodem loco discedere, discedentem vero absque communium litterarum nostrarum cautione nullus audeat retinere, illud districtius inhibentes, ne terras seu quodlibet beneficium ecclesie iure collatum liceat alicui personaliter dari seu alio modo alienari absque consensu totius capituli vel maioris aut sanioris partis ipsius; sique vero donationes aut alienationes aliter quam dictum est facte fuerint, eas irritas esse censemus. Insuper auctoritate apostolica inhibemus, ne ullus episcopus vel quelibet alia persona ad synodum vel forensem conventum vos ire vel iudicio seculari de vestra propria substantia vel possessionibus vestris subiacere compellat, vel ad domos vestras causa ordines celebrandi, causas tractandi vel aliquos publicos conventus convocandi venire presumat, nec regularem electionem abbatisse vestre impediatur aut de instituenda vel removenda ea que pro tempore fuerit contra statuta Cisterciensis ordinis se aliquatenus intromittat. Pro consecrationibus vero altarium vel ecclesie sive pro oleo sancto vel quolibet ecclesiastico sacramento nullus a vobis sub obtentu consuetudinis vel alio modo quicquam audeat extorquere, sed hec omnia gratis vobis episcopus diocesanus impendat. Alioquin liceat vobis quemcunque malueritis catholicum adire antistitem gratiam et communionem apostolice sedis habentem, qui nostra fretus auctoritate vobis quod postulatur impendat. Quodsi sedes diocesani episcopi forte vacaverit, interim omnia ecclesiastica sacramenta a vicinis episcopis accipere libere et absque contradictione possitis, sic tamen ut ex hoc in posterum proprio episcopo nullum preiudicium generetur. Quia vero interdum pro-

¹⁾ Nutzniessung in näherer Beziehung auf Mark und Wald. Cfr. Ducange s. v. Usagium et Usarium.

prii episcopi copiam non habetis, si quem episcopum Romane sedis ut diximus gratiam et communionem habentem et de quo plenam notitiam habeatis per vos transire contigerit, ab eo benedictiones monialium vasorum et vestium, consecrationes altarium auctoritate apostolice sedis recipere valeatis. Porro si episcopi vel alii ecclesiarum rectores in monasterium vestrum vel personas inibi constitutas suspensionis, excommunicationis vel interdicti sententiam promulgaverint, seu etiam in mercenarios vestros, pro eo quod decimas sicut dictum est non solvitis, sive aliqua occasione ¹⁾ que ab apostolica sede vobis indulta sunt, seu (in) benefactores vestros pro eo, quod aliqua vobis beneficia vel obsequia ex charitate prestiterint vel ad laborandum adiuverint in illis diebus in quibus vos laboratis et alia feriantur, eandem sententiam promulgaverint, ipsam tanquam contra apostolice sedis indulta prolatam decernimus irritandam. Nec ille littere firmitatem habeant, quas tacito nomine Cisterciensis ordinis et contra indulta apostolicorum privilegiorum constiterit implorari. Preterea cum commune interdictum terre fuerit, liceat vobis nihilominus in monasterio vestro exclusis excommunicatis et interdictis divina officia celebrare. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna in posterum sollicitudine providere cupientes ²⁾, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam vel furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere seu violentiam audeat exercere. Preterea omnes immunitates et libertates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus ordini vestro concessas nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed ea integra omnia conserventur, earum pro quarum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen.

(L. S.) ³⁾ Ego Alexander catholice ecclesie episcopus.

Subscripti.

- † Ego frater Johannes tituli sancti Laurentii in Lucina presbiter cardinalis subscripsi.
- † Ego frater Hugo tituli sancte Sabine presbiter Cardinalis ss.
- † Ego Odo Tusculanus episcopus ss.
- † Ego Stephanus Prenestinus episcopus ss.
- † Ego Ricardus sancti Angeli diaconus Cardinalis ss.
- † Ego Octavianus sancte Marie in via lata diaconus Cardinalis ss.
- † Ego Petrus sancti Georgii ad velum ⁴⁾ aureum diaconus Cardinalis ss.
- † Ego Johannes sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconus Cardinalis subsc.
- † Ego Octavianus sancti Adriani diaconus Cardinalis subsc.

Datum Viterbii per manum magistri Jordani sancte Romane ecclesie notarii et vicecancellarii V. Idus Julii, indictione prima, incarnationis Domini anno M^o.CC^o.LVIII^o, pontificatus vero domini nostri Alexandri pape quarti anno quarto.

¹⁾ Hier scheint der Abschreiber „eorum“ ausgelassen zu haben. — ²⁾ Für das Kloster Rengering liegen, ausser dem obigen, sechs Schutzbriefe der Päpste oder ihrer Legaten aus den Jahren 1247 und 1252—1257 vor. Vgl. oben Nro. 468. 537. 554. 583. 589. 621. — ³⁾ Mit der Umschrift: „Suscipe Domine servum tuum in bonum“. — ⁴⁾ „volumen“ das Copiar.

635.

* Ein Zehent wird von Bernhard von Lippe und dessen Bruder B. Otto II. von Münster behufs Stiftung einer Familienmemorie dem Kl. Rengering übertragen. 1258 Juli 18. Wolbeck. — Or. Kl. Rengering, U. 16 Ausfertigung Bernhards, U. 17 Ausfertigung B. Otto's II. ¹⁾; Abschr. Msc. I. 108. f. 22' u. 23.

B. dominus de Lippia maior ²⁾ omnibus ad quos hec littera pervenerit salutem in eo, qui est omnium salus. Tenore presentium dicimus publice protestantes, quod decimam curtis in Horste ³⁾ et mansi adiacentis, qui pertinet Helmico ²⁾ de Horste, ad liberam resignationem Arnoldi de Widenbruche et fratris sui Hermanni, qui de manu nostra eandem decimam in feodo tenuerunt, in manus venerabilis patris Monasteriensis episcopi, a quo sepedictam decimam presertim in feodo tenuimus, libere resignamus. Cuius decime proprietatem dictus Monasteriensis episcopus in beneficium et memoriam anime ipsius et nostre necnon parentum nostrorum, instigatione nostra previa, abbatisse et conventui in Rengerinc Cisterciensis ordinis sue diocesis duxit liberaliter conferendam. In cuius rei testimonium et munimen presentem litteram dictis abbatisse et conventui dedimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum Waltbeke anno verbi incarnati M^o.CC^o.LVIII^o. feria quinta ante festum Jacobi apostoli. Testes autem huius rei sunt: venerabilis dominus Monasteriensis ecclesie episcopus, Arnoldus miles dictus Clericus, Ludolfus de Ghesmelle, Willekinus camerarius et Boleko milites, Johannes dictus Tuent, Tidericus de Rokeslere et alii.

Das Siegel Bernhards ist in einem beschädigten Zustand, das B. Otto's aber nicht mehr erhalten.

636.

* B. Otto II. entscheidet, dass die Laienbrüder des Kl. Liesborn weder beim Godinc noch auch bei gewissen Gemeindemahlzeiten zu erscheinen haben. 1258. Wolbeck. — Or. Kl. Liesborn U. 67; Abschr. I. 99. f. 15; I. 101. f. 23; II. 203. p. 38.

Otto Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus. Constitutus coram nobis abbas Lesbernensis sententia nostra petivit declarari, utrum conversi ecclesie sue qui habitant in domibus, quas quondam laici colebant, ad vocationem gogravii ad iudicium quod dicitur godinc personaliter accedere, et ad ministranda convivia que vulgo geltschap ⁴⁾ dicuntur et eisdem conviviis interesse teneantur. Nos autem attendentes, quod secundum legitimas sanctiones et cum res transit ad privilegiatum censetur iure privilegiati, quia premissa omnino contraria sunt religioni et ordini monastico, fratres predicti monasterii conversos, ut ad iudicium quod dicitur godinc personaliter accedant et convivia predicta ministrent aut eis intersint, volumus non teneri, alias autem ut ad elemosinas communes dandas et ad funera ad ecclesiam prosequenda teneantur, quia id ad cultum divinum pertinet, volumus non esse exceptos. Datum Walbeke anno Domini M^o.CC^o.LVIII^o.

Das Siegel des Bischofs ist fast ganz zerstört.

637.

* Ritter Bernard von Weddern erhält zur Entschädigung für die von einer neuerbauten Mühle in seinem Grundstücke verursachten Überschwemmungen, die erbliche Nutzniessung von einem Theile des Festungsgrabens der Stadt Coesfeld. 1258 August 2. Coesfeld. — Hier nach Niesert's Abschrift des Orig. im Archive der Stadt Coesfeld Msc. III. 28. f. 3.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Universis presentem cartulam inspecturis Bernardus de Wederden miles in perpetuum. Notum esse cupio, quod fundato molendino in rivo Horne ⁵⁾ iuxta

¹⁾ Beide stimmen bis auf geringe Abweichungen wörtlich überein. — ²⁾ „senior“ in der Ausfertigung des Bischofs. „Helmwico“ desgl. — ³⁾ Ueber dessen Lage vgl. man die Urk. v. 1257 oben Nro. 622. — ⁴⁾ Vielleicht ist bei diesem für mich unerkklärlichen Worte an „gelta i. e. mensura vini“ nach Ducange zu denken. — ⁵⁾ Heute „der Honigbach“ genannt.

portam opidi orientalem Cosveld ab opidanis ipsius, orta est dissensio inter me ex parte una et dictos opidanos ex parte altera pro eo, quod ex repressione sive coheritione dicti fluenti Horne in dicto molendino ex frequentibus inundationibus et submersionibus continuis in orto Holerum et in piscinis dicto orto interiacentibus damnificarer irrecuperabiliter. Quare cum inter nos ad tempus huiusmodi perdurasset discordia, tandem ea sedata in hoc convenimus, quod in recompensationem dampni ipsius liberaliter et absolute dimiserunt michi et omnibus successoribus sive heredibus meis quiete et pacifice perpetuo possidendum iure hereditario extremum fossatum opidi, quod ita piscine mee contiguum est, ut ipsam piscinam pertranseat in fine uno, hac tamen mediante conditione, quod vallum, quod de ipso fossato est effossum et sepi mee inclusum habetur, michi complanare non licebit, ne per hoc munitionem inibi videar infirmare, et sic ipsum fossatum cum totali fructu suo, sicut inibi aque inclusum continetur, michi et meis heredibus cedat in perpetuum, sicque omnis inter me et meos heredes et ipsos fomes discordie perpetuo quiescat. In cuius facti munimen presentem cartulam conscribi feci sigillo meo roboratam. Acta sunt hec anno Domini M^o.CC^o.L^o. octavo in crastino Petri ad vincula coram viris discretis et honestis, videlicet Johanne iudice et Henrico filio eiusdem, qui in brevi post patri, patre adhuc vivente, in officio successit, sub quo hec ordinatio ratificata et conscripta est; presentibus scabinis quorum hec sunt nomina: Johannes filius Ide, Johannes de Thelden, Henricus de Havikesbeke, Conradus Benning, Ludolfus filius Gernandi, Henricus filius Marsilii, Johannes de Stokhem, Henricus Felix, Bernardus Benning, Jordanus, Ludolfus Stoking, Albertus de Tungerlo cum universitate opidanorum; presentibus etiam: Richardo cellerario, Adolpho plebano sancti Jacobi et Wilhelmo canonico Varlarensis, Guerardo de Damhusen, Bernardo Blome, Pontiano, Bernardo de Camenata militibus, Rutgero de Osterwik et Rodolfo Cobbing ministerialibus et aliis quam pluribus fide dignis.

Nur das Siegel der Stadt Coesfeld ist noch erhalten.

638.

* *Conrad von Bruerdinchusen verzichtet zu Gunsten des Kl. Marienfeld auf sein Lehnrecht an zwei Häusern in Aldengeske. 1257 August 2. — Or. Kl. Marienfeld U. 141.*

Johannes iudex et consules in Widenbruge universis Christi fidelibus huius littere inspectoribus geste rei noticiam. Fidelium noticie presentium tenore declaramus, quod Conradus miles dictus de Brunwördinchusen et filius eius Albertus in figura iudicii in Widenbruge, acceptatis et acceptis duabus marcis et VIII ulnis lanei panni a cenobio campi sancte Marie, ius feudale duarum domorum in Aldengeske, quas videlicet domos idem Conradus in feodo de manu abbatis predicti loci tenuerat, eidem abbati tamquam patrono legitimo voluntarie resignaverunt. Huius rei testes sunt: Bruno plebanus sancti Viti, Bernhardus plebanus de Stromberg, Bernhardus plebanus de Hersebroke, Helmicus plebanus de Bure; milites: Ludgerus de Hindenhusen, Egbertus de Rokinhusen, Conradus de Nunninchove, Henricus de Umlo, Adolfus camerarius, Hermannus Elgerinc, Hescelus, Johannes Dvelekere et alii plures. Acta sunt hec anno Domini M^o.CC^o.LVIII^o. in crastino post vincula Petri.

Das Siegel der Stadt Wiedenbrück zeigt unter den Thürmen das Osnabrück'sche Rad, zwischen den Thürmen einen Schlüssel.

639.

* *Der Convent des Klosters Fröndenberg bekundet, dass Johann von der Mark einen Zehnten¹⁾ von ihm gekauft habe. 1258 November 12. Fröndenberg. — Or. Collegiat-Stift zu Beckum U. A.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Richardis Dei gratia abbatissa, Hildebrandus prior et conventus sanctimonialium Cisterciensis ordinis in Vrondeberige Coloniensis dyocesis etc. Novisse cupimus universos tam posteros quam presentes, quod Johannes dictus de Marka decimam in Vrielinchusen et in Nortdinchere, sicut ipsam habuimus, cum consensu nostri conventus a nobis emit integraliter cum obventionibus et appenditiis universis, sub hac tamen forma, ut quoad vixerit argenteum presentet ecclesie nostre denarium, cuiuscunque monete fuerit, annuatim fratribus et sororibus ad prebendam. Quodsi uno anno vel amplius neglexerit, nichil tamen iuris sui amittere poterit in eadem. Eo vero moriente, filii sui et filie et uxores filiorum sine exuviis que vulgo dicuntur herewede decimam sub eadem forma recipient memoratam, et ipsam scilicet formam tota eorum posteritas observabit. Si autem casu vel aliquacunque negligentia talem protraxerint receptionem, eandem sine dampnatione aliqua recuperare licebit, et nos eis, cum a nobis postulaverint, non debemus ad porrigendum nec poterimus denegare. Huius rei testes sunt: Adolfus cappellanus noster, Alheydis de Hoven, Gozte et Alheydis de Sulede, Cristina soror prioris, Sophya de Rapen, Cristina portenaria, Bele de Engelant, Hadewigis de Colonia, et Beatrix de Nortlon, sorores nostre; fratres: Albertus Duvelshovet, Albertus de Apeldorebeke, Lūce, Heinricus Vagus, Engelbertus plebanus in Camene, Heinricus plebanus de Unha; Arnoldus et Adolfus milites de Westwiche, Fredericus et Sunendach de Aslen, Lodewicus Gallus de Wickede, Heinricus Stenhorst et Themo de Hornen, tam alii quam plures. Ut igitur totius cesset contrarietatis obiectio et omnis ambiguitatis materies obmutescat, presentem paginam ipsi dedimus nostri sigilli munimine consignatam. Acta sunt hec anno incarnationis Domini M^o.CC^o.LVIII^o, datum Vrondeberige II^o. Idus Novembris in crastino Martini episcopi.

Das Siegel ist abgefallen.

640.

* *Abt Godfried von Liesborn entscheidet einen Streit zwischen den Klöstern Marienfeld und Kappel bei Lippstadt. 1258. — Or. Kl. Marienfeld U. 140; Abschr. Msc. I. 106. f. 67.*

Godefridus Dei gratia Lisbornensis abbas. Noverint universi presentem litteram inspecturi, quod cum inter abbatem et conventum campi sancte Marie ex parte una et prepositum et conventum ecclesie Cappelensis ex altera super decima duorum mansorum ecclesie Cappelensis in Stenhorst in sinodo nostro coram nobis questio verteretur, tandem mediantibus viris discretis ab utraque parte in hoc consensum est, quod de dictis duobus mansis ecclesie campi sancte Marie V modii siliginis et V modii ordeii Lippensis mensure in festo Andree apostoli pro decima dentur annuatim, ita quod ad colonum sive colonos dictorum mansorum de prefata pensione respectus habeatur et iidem coloni ad solvendam annonam predictam ecclesie campi sancte Marie a nobis vel nostris successoribus per censuram ecclesiasticam compellantur. Conenserunt insuper in hoc partes utraque, ut annona predicta in oppido Lippensi, si placuerit, nuncio ecclesie hanc inde conscriptam impressione sigilli nostri necnon et dictorum prepositi et conventus sigillis cautum duximus roborari. Acta sunt hec anno Domni M^o.CC^o.LVIII^o.

Nur das Siegel des Abtes von Liesborn, einen Geistlichen auf einem mit Thierköpfen geschmückten Sessel, der einen Bischofsstab in der Rechten und ein Buch in der Linken hält, darstellend, ist noch erhalten, die Umschrift aber zum Theil zerstört.

¹⁾ Von Gütern in der Grafschaft Mark, welche dem im J. 1267 gestifteten Collegiatstift zu Beckum ein Jahr später überlassen wurden. Mit diesen Gütern kam dann auch vorliegende Urkunde in den Besitz des genannten Stifts.

641.

Die Äbtissin Methildis von Marienborn bekundet, dass ein vom Ritter Anselm von Wulfhem angekaufter Eigenbehöriger später nie wieder verkauft oder vertauscht werden dürfe. 1258. — Abschr. im Copiar des Klosters Marienborn p. 14; gedr. Niesert Marienborn p. 45.

Methildis (prima¹⁾) abbatissa et conventus in Cosvelde universis hoc scriptum visuris. Noveritis, quod Albertus, quem ab Anselmo milite de Wulfhem et suis heredibus emimus, nullo umquam pacto a nobis poterit venundari vel concambio permutari. Hoc factum presenti scripto et sigilli nostri appensione cum testium subnotatione eidem confirmamus. Testes sunt: Henricus sacerdos noster, Woltherus miles procurator noster, Everhardus sancti Jacobi plebanus. A. D. M^o.CC^o.LVIII^o.

642.

* Burggraf Heinrich von Stromberg bestätigt als Unterlehnherr die Veräußerung gewisser Zehnten im Kspl. Darup an das S. Ägidii-Kloster unter der Bedingung, dass aus der ihm zustehenden Lehnware eine Memorie seiner Eltern begründet werde. 1258. — Or. Kl. Ägidii U. 33; Abschr. Msc. I. 81. p. 288.

Henricus burgravius de Stromberg. Ad quos hec littera pervenerit scire volumus, quod Johannes dictus de Frynlenchusen noster ministerialis quandam decimam duodecim solidorum et sex denariorum et aliam decimam minutam duorum mansorum infra parrochiam Dothorpe utramque sitam, quam de manu nostra tenuerat et resignavit de consensu uxoris puerorum suorum ac iustorum coheredum, Ode abbatisse et conventui ecclesie sancti Egidii Monasteriensis pro tredecim marcis denariorum vendidit, ab ipsis eandem in perpetuum libere possidendam. Nos vero laudabile factum approbantes totam nostram iurisdictionem que dicitur lenware in manus domini episcopi Monasteriensis, de quibus ipsam tenuimus, totaliter resignamus. Pro eo statutum est, ut de anno in annum in eadem ecclesia sancti Egidii patris et matris nostre memoria fideliter habeatur. Ad evidentiam igitur huius rei in posterum habendam presentem paginam exinde conscriptam nostro sigillo dedimus roboratam. Datum et actum sub domino Monasteriensi episcopo Ottone secundo a. d. i. M^o.CC^o.LVIII^o. Huius autem rei facto tales interfuerunt testes: Lutbertus de Beveren, Omarus de Ostenvelde, Theodericus et Hermannus fratres de Wulfhem, et alii quam plures.

Das grosse herzförmige Siegel des Burggrafen ist auf der Oberfläche verwittert; doch lassen sich die schreitenden Stromberger Vögel auf dem Querbalken noch erkennen.

643.

* B. Otto II. weiset seine Münzmeister an, dem Domcapitel vor allen sonstigen Zahlungen jährlich 8 Mark aus dem Ertrage der Münze zu entrichten. 1258 (1259) Februar 1. Wolbeck. — Abschr. Msc. I. 1. p. 291.

Otto Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus dilectis sibi Hermanno et Alexandro fratribus monetariis suis salutem et omne bonum. Presentibus literis protestamur quod capitulo nostro Monasteriensi de moneta nostra singulis annis dande sunt octo marce. Quare vobis precipimus, quatenus easdem octo marcas predicto capitulo nostro singulis annis ex integro dare nullatenus obmittatis, nec detis quidquam nobis sive aliquibus de moneta nostra, nisi sepedicto capitulo nostro prius de memoratis octo marcis plenarie fuerit satisfactum. Datum Woltbeke a. D. M^o.CC^o.LVIII^o. in vigilia purificationis beate Marie virginis.

¹⁾ Zusatz des Copiars.

644.

Ritter Hermann von Langen tritt das Nutzniessungs- und Eigenthumsrecht seines Hauses Wone¹⁾ ab. 1259
 Mai 10. Münster auf dem Kirchhof St. Lamberti. — Or. St. Georgs-Commende U. 4a; Abschr. Msc. I. 76.
 p. 104; IV. 4. p. 258; gedr. Wilkens Münster's Umgeb. p. 54.

In nomine Domini. Amen. Noverint in perpetuum universi, quod Hermannus de Langen miles, uxor sua Meghildis et filius ipsorum Hermannus Elburgi relicte Godefridi dicti Viltere usumfructum domus que Wone dicitur, Gerwino vero Diviti civi Monasteriensi ac heredibus suis universis eiusdem domus proprietatem cum omnibus generibus fructuum ad eandem pertinentium reliquerunt in perpetuum possidendam. In cuius rei firmitatem presens pagina sigillo dicti Hermanni militis communitur. Actum Monasterii in cimiterio S. Lamberti presentibus testibus subnotatis videlicet: Hermanno de Monasterio et Ludolfo fratre suo, Bittero de Redhe, Wescelo de Quernem, Luberto fratre Hermanni de Langen et Johanne fratre suo de Lincge, Conrado Auca, Nicolao de Beveren, Hermanno de Masa militibus; civibus autem Ecberto Episcopo, Henrico Juvene, Lamberto de Litbecke, Hermanno de Rene genero suo, Juvene Cesare, Godekone Biscop et aliis quam pluribus. Datum anno Domini M^o.CC^o.L^o. nono, VI. Idus Mai.

Das Siegel ist herzförmig, mit vier schräg laufenden Rauten; die Umschrift ist fast ganz abgerieben.

645.

Gerhardus iudex et scabini civitatis Monasteriensis bekunden, dass die Wittwe Susanna ihre Ansprüche auf einen Mansen in Remese für eine Mark aufgegeben und sich nur die lebenslängliche Nutzniessung vorbehalten habe. Testes: Egbertus Bishop, Johannes Nizinc, Thethardus Parvus, Hermannus de Ravenesberg, Wicholdus de sancto Servacio civitatis nostre burgenses. Actum anno D. MCCLIX. sub episcopo Ottone. — Abschr. Msc. I. 106. f. 9.

646.

* B. Otto II. überweist der bischöflichen Hauskapelle einen aus der Leibeigenschaft entlassenen Hörigen als Wachszinsigen und bestimmt dessen Leistungen. 1259. — Or. Fr. Münster U. 96a; Abschr. I. A. p. 406.

In nomine Domini. Amen. Otto Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus omnibus in perpetuum. Pie recordationis predecessor noster Ludolphus episcopus capellam domus nostre Monasteriensis in honore beati Mauricii et sociorum eius ac beate Catherine virginis dedicans²⁾, ad sustentationem sacerdotis ibidem deservientis certis redditibus cum propria pecunia comparatis dotare salubriter dignum duxit. Nos quoque ob reverentiam predictorum martyrum et in remissionem nostrorum peccaminum predictae capelle paterna sollicitudine providere cupientes, de consensu capituli nostri statuimus et ordinamus, ut Johannes colonus in Berehorst³⁾ et uxor eius cum filiis et filiabus suis a iure servilis conditionis, quo nobis obnoxii fuerant, liberi sint penitus et immunes; concedentes eisdem ut ad memoratam capellam nostram eocensuali iure pertineant in evum sub hac forma, ut cum predicti Jo. et uxor eius de hac vita migraverint, uterque ipsorum det pro cormeyda⁴⁾ sex solidos sacerdoti deservienti capelle supradicte. Item si quem de pueris

¹⁾ Im Kump bei Münster.

²⁾ Vgl. oben Nro. 400 u. 440.

³⁾ Nach einer Notiz aus dem 15. Jahrhundert auf der Rückseite der Urkunde ist Berehorst im Kirchspiel Ahlen belegen, wie dies auch aus der Urk. zum J. 1242 oben Nro. 400 hervorgeht.

⁴⁾ Ueber Kurmudgüter vgl. Kindlinger's Fragmente p. 46 und Lacomblet II. Register 18. s. v. Kormeida, besonders Urk. Nro. 802. 874, wo ähnlich wie hier von einem Sterbefall die Rede ist.

suis alienare voluerint a iure capelle nostre, altera persona pari concambio recepta, similiter dabunt sex solidos sacerdoti memorato. Item predicto Johanne decedente, quicumque de posteritate sua sibi in domo Berehorst successive successerit, dabit sex solidos sacerdoti; hoc adiecto, quod idem Johannes vel antiquior de posteritate sua in die beati Mauricii singulis annis in recognitionem sui iuris duos denarios est daturus. In cuius facti nostri memoriam presens scriptum nostro et ecclesie nostre sigillis est munitum. Datum anno incarnationis dominice millesimo ducesimo quinquagesimo nono.

Beide Siegel sind noch vorhanden, das des Kapitels jedoch sehr beschädigt.

647.

B. Otto II. stirbt 1259 ¹⁾, Juni 20. nach dem Nekrolog des Doms Msc. I. 10. p. 297, oder Juni 21. nach dem Necrologium Transaquense. Vgl. Menconis chron. ap. Matth. II. 158. Anno D. MCCLIX. mortuus est Otto Monasteriensis episcopus, natione Lippensis ²⁾. Successit dominus Wilhelmus nepos d. Ludolfi episcopi. Eodem anno consecrata est ecclesia Floridi Orti ³⁾ a. d. Christiano Lecowiensi ⁴⁾ episcopo vigilia nativitatibus B. Virginis (September 7.), presente d. Wilhelmo electo Monasteriensi episcopo.

648.

* Conrad von Bruerdinchusen und sein Sohn Albert wiederholen ihre frühere Resignation ⁵⁾ auf die Güter in Alten-Geseke vor den Burgmännern in Rüthen. 1259 Juli 3. — Or. Kl. Marienfeld U. 142 a.

Notum sit omnibus hanc litteram visuris, quod Conradus de Brunwordinchus miles et Albertus filius suus quicquid iuris videbantur habere in bonis in Aldengischen pro summa duarum marcarum in manus domini abbatis campi sancte Marie libere resignarunt, sicut coram iudicio et scabinis in Widenbruga fecerunt, sicut patet in litteris exinde confectis. Ut autem hoc factum firmum et incon vulsum permaneat, presentes sigillo castellanorum in Rudhen sunt muniti. Presentes erant: Godefridus de Meschede, Helmicus de Elsepe, Henricus de Lon, Theodericus de Summere, Gerlacus de Dorlare, Waltcunus ⁶⁾, Giselerus de Aldendorp. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M^o.CC^o.LVIII^o. quinta feria post octavam Johannis Baptiste.

Das Siegel stellt eine Burgmauer mit einem Thurm dar, an dessen beiden Seiten ein Schlüssel und ein Bischofsstab abgebildet sind, mit der Umschrift: SIGILLUM CASTELLANORUM IN RUTH. . .

¹⁾ Dies Jahr wird ausser von Menco auch von dem Verfasser eines Zusatzes zur Bischofschronik bei Ficker M. G.-Q. I. 33. angegeben.

²⁾ Nach der Bischofschronik l. c. wurde B. Otto im Dom begraben. Ob daher folgende vom Herrn Kaplan Kiskemper aus einer Marienfelder Chronik uns mitgetheilte Nachricht:

Otto episcopus Monasteriensis, qui magnalia fecerat in gente sua et mirabilia debellando hostes populi sui circumquaque, etiam hunc sibi locum elegerat ad dormitionis sue eternam mansionem, verum cum funus duceretur ad monasterium nostrum, machinatione quorundam adversariorum ad castrum et ecclesiam Strombergensem est delatum et ibidem tumulatum.

Anspruch auf Glaubwürdigkeit hat, müssen wir dahin gestellt sein lassen. Sowohl unsere handschriftliche Chronik von Marienfeld, Msc. VII. 1305, als auch deren Bearbeitungen von Rottendorf, Msc. II. 87. p. 321. und von Küsters II. 76. p. 302. erwähnen diese Thatsachen nicht.

³⁾ Der Bau der Kirche des Klosters Witt-Werum wurde 1238 durch den zu diesem Zweck aus Cöln berufenen „magister lapidarie artis“ Everhard und seine Söhne begonnen. Vgl. die für die Kunstgeschichte sehr merkwürdige Beschreibung des Baus bei Menco l. c. p. 132.

⁴⁾ Vielleicht verlesen für „Lexoviensis“, Lisieux in der Normandie. An „Secoviensis“, Seckau ist nicht zu denken, da in diesem Jahr Ulrich von Weissenack Bischof daselbst war.

⁵⁾ Oben zum J. 1258 Nro. 638. — ⁶⁾ So die Urk.

649.

Graf Conrad von Ritberg verkauft behufs Bezahlung seiner Schulden und Ausstattung seiner Töchter zwei Häuser an das Kloster Marienfeld. 1259—1260 ¹⁾. — *Or. Kl. Marienfeld U. 143; Abschr. Msc. I. 106. f. 160; gedr. v. Ledebur Archiv XV. 58.*

In nomine Domini. Amen. Conradus Dei gratia comes in Retberg universis Christi fidelibus huius littere inspectoribus in perpetuum. Cum res gesta mandatur litteris, universa calumpnie preventur materia, ne prestetur maligna litis occasio successori. Noverint igitur fideles universi presentis temporis et futuri, quod nos de consensu et beneplacito uxoris nostre et liberorum et omnium coheredum nostrorum, cum multiplicibus essemus debitis obligati, duas domus nobis attinentes videlicet Winkele ²⁾ et Rokeslo ³⁾, acceptatis et acceptis nonaginta et duabus marcis et insuper una domo que appellatur Bulte in parrochia Nigenkereke ⁴⁾ sita ab abbate et fratribus campi sancte Marie, eidem abbati et fratribus pure et absolute vendidimus, ab ipsis in perpetuum cum omnium suorum utilitate proventuum libere possidendas. Predictam vero pecuniam circa locationem filiarum nostrarum expendimus, quas consueto more thoro copulavimus maritali. Nos itaque de presenti contractu predictis abbati et fratribus fidem plenam facere volentes et de quieta possessione ipsos reddere certiores, accessimus ad locum civitati Widenbruge vicinum et ibi cum uxore nostra et liberis in presentia Heinrici de Hembeke, qui tunc eidem loco iudex preerat, in manus domini Johannis sepedicti abbatis et fratrum suorum domus nostras resignavimus memoratas. Nec hiis contenti presens negocium per consensum domini Willelmi et domini Symonis Monasteriensis et Paderbornensis episcopi, necnon et nobilium virorum Bernhardi maioris et iunioris de Lippia petivimus et impetravimus approbari, prout ipsorum et nostro nostrique filii Frederici sigillis huic instrumento appensis liquido declaratur. Huius rei testes sunt ⁵⁾. . . .

Von den sechs Siegeln sind noch vier, nämlich die des Bischofs von Paderborn, des Grafen Conrad und seines Sohnes Friedrich, und Bernhards des älteren von Lippe, wenn auch beschädigt, erhalten. Der Arnsberger Adler findet sich sowohl in Conrads als auch in Friedrichs Siegel, im letzteren aber um das Vierfache verkleinert. Im ersteren lautet die Umschrift im Widersprache mit der Urkunde: S. CONRADI COMITIS DE RETBERG.

650.

* *Memorienstiftungen im Kl. Kappenberg. 1259 November 12.* — *Or. Fr. Münster U. 96.*

Arnoldus Dei patientia prepositus totusque conventus in Capenberg etc. Noverint igitur tam prelati quam subditi, officiales, canonici et fratres Capenbergensis ecclesie, quod frater Johannes de Alen et soror Alheidis uxor eiusdem in conversione sua preter aliam pecuniam, quam ecclesie nostre contulerunt, ad specialem ipsorum memoriam peragendam comparaverunt mediam partem decime in Alsteden ⁶⁾ datis quinquaginta quinque marcis. Postea comparaverunt molendina in Lunen ⁷⁾ datis iterum quinquaginta quinque marcis adiuncto quodam amico suo Johanne de Alen. Que duo bona ita post mortem suam ordinari petiverunt, ut videlicet medietas decime predictae cum omni usufructu cedat in speciales usus conventus, similiter medietas molendinorum, alia medietate cedente in usus cellerarii, qui omnia necessaria molendi-

¹⁾ Die Urk. war nur nach der Regierungszeit B. Wilhelms zu datiren. — ²⁾ Im Kspl. Wiedenbrück. — ³⁾ Im Kspl. Herzfeld. — ⁴⁾ Neuenkirchen bei Ritberg. — ⁵⁾ Für die Namen der Zeugen ist ein leerer Raum von 4½ Linien gelassen.

⁶⁾ Alstede bei Altlünen, Kr. Lüdinghausen. — ⁷⁾ Am 10. November desselben Jahres leisteten Godfried Burggraf von Rechede, seine Söhne Heinrich und Hermann, sein Neffe Ritter Conrad und Godfried von Rikenberghe dem Kloster Kappenberg und den Rittern Bernhard Crampe, Hilderad und Heriman von Senden Bürgschaft dafür, dass Conrads Frau und Kinder in den Verkauf der von diesem an das Kloster veräußerten „molendina in Lunen“ willigen würden. — Abschrift aus dem Original Msc. II. 45. p. 146.

norum ex eo procurabit, videlicet lapides et ligna, molendinarium cum precio et expensis. Unde prior ecclesie in anniversariis trium predictorum faciet tria servitia fratribus qui infra septa sunt, quodlibet servitium de decem et octo solidis. Si quid superfuerit, cedat iterum ad consolationem conventus, hoc proviso ut in obitu istorum brevia ¹⁾ deferantur ad claustra, ad que consueverunt obitus deportare ²⁾, et tam ipsi quam patres et matres ipsorum in libro defunctorum conscribantur. Ut igitur hec constitutio firma habeatur futuris temporibus, precipimus in virtute ordinis et sub pena excommunicationis sententie iam late, ut nemo posteriorum nostrorum hac constitutionem infringat et siquis infregerit, offensam Dei omnipotentis et beate Marie ac sancti Johannis evangeliste semper incurrat. Volumus preterea, ut quicumque villicus fuerit in curti Vehof, quamdiu prefati duo supervixerint, ita amicabiliter et benigne tractet tam ipsos, quam pecora ipsorum, ut nostram gratiam diligit et favorem. Inhibemus etiam sub pena predicta sententie iam late, ne quis posteriorum presumat vendere vel commutare bona predicta. Et ut presens scriptum ratum teneatur, placuit nobis hoc sigilli nostri testimonio roborare. Datum a. D. millesimo ducesimo quinquagesimo nono in die beati Kuniberti.

Die Siegel des Propstes und des Conventes sind beschädigt.

651.

Otto, Graf in Ravensberg, bestätigt die von seinem Vater, dem Grafen Ludwig, an das Kloster Marienfeld zum Ersatze des demselben zugefügten Schadens — in extrema infirmitate — gemachte Schenkung ³⁾ eines Mansen in Ebbedeslo. Acta sunt hec prope ecclesiam Halle ⁴⁾. Anno D. MCCLVIII. Testes sunt: cognatus noster comes Adolfus de Waldekke, Harderadus dapifer noster, Johannes miles de Rubo, dominus Heinricus Top et alii plures. — Orig. Kl. Marienfeld U. 142; Abschr. Msc. I. 106. f. 19; gedr. Lamey G. v. Rav. U. p. 44.

Das Siegel ist verloren.

652.

* Theodericus comes in Limborg überlässt dem Kloster Kappenberg auf Bitten des Propstes Arnold den Hörigen Gerwin genannt Buols. 1259. — Or. im Gräfl. Archive zu Kappenberg; Abschr. Msc. II. 45. p. 264.

653.

Der Edle Adam von Bergen ⁵⁾ verkauft den Hof Raesfeld an Simon von Gemen ⁶⁾ 1259. — Hier nach Niesert's Abschrift des Originals auf dem Hause Raesfeld, mitgetheilt vom Herrn Reichsfreiherrn von Landsberg-Velen; eine andere wahrscheinlich der Original-Ausfertigung des Engelrading'schen Archivs entnommene Abschr. Msc. II. 32. p. 86; danach gedr. Kindlinger Hörigkeit p. 282.

Nos Adam nobilis vir de Berge omnibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem in Christo Jesu. Universis hanc litteram inspecturis significandum duximus, quod nos vendidimus domno Symoni militi cognato nostro de Geymen curiam in Rasvelde, vulgariter Rabodinghof dictam, que propria et libera fuit avi nostri domni Rabodonis et patris nostri domni Henrici, et quam pro proprio allodio nostro possedimus cum civili iure quod vulgariter burgerichte dicitur eidem curie attinente usque in diem, qua prefatam curiam et ipsius ius civile vendidimus domno Symoni cognato nostro prenotato pro nostra et nostrorum avorum libera et propria hereditate. Quod si forte domnus Monasteriensis episcopus vel alius quispiam non cre-

¹⁾ Brief, Anzeige. — ²⁾ So die Urk. — ³⁾ Siehe oben z. J. 1249. Urk. Nro. 499. — ⁴⁾ Bei Bielefeld. — ⁵⁾ In Geldern. Vgl. Pontanus Hist. Gelr. p. 35. — ⁶⁾ Der hierdurch der Stifter der Familie von Raesfeld wurde. Vgl. Niesert Marienborn p. 51 und 52. n.

diderit, quod prefata curia et eius ius civile nostri avi et patris et etiam nostrum proprium et liberum allodium non fuerit, nos cum XXV militibus volumus optinere, quod prefata curia et ius civile ipsi curie attinens nostrum et nostri avi et patris liberum allodium fuerat, usque in diem, qua sepedictam curiam et ipsius curie ius civile vendidimus domno Symoni supra dicto, dummodo dominus Monasteriensis episcopus nobis et omnibus iuramento nostro utilem ad locum quem contingere possumus eundo et redeundo conductum firmum prestiterit et securum. (Anno) M^o.CC^o.LIX^o 1).

654.

* *B. Wilhelm überträgt seiner Schwester Jutta II. von Holte, Äbtissin zu Nottuln, das Vogtdink über die Kirche und das Kloster daselbst* 2). 1260 März 12. — Hier nach Wilkens Abschrift einer neueren Copie Msc. IV. 4. p. 158.

In nomine sancte et individue Trinitatis Wilhelmus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus. Ad oblivionis confusionem evitandam tam futuris quam presentibus paginarum presentium declaratione volumus innotescere, quod nos spe eterne glorie admoniti advocatiam, quod ius vulgo vogdink dicitur, quam in ecclesia et claustro Nutlonensi tenuimus a tempore, quo libere avunculo nostro, Monasteriensis episcopo Ludolpho beate memorie, Heidenricus de Nutloen nostre ecclesie ministerialis resignavit 3), contulimus dilecte ac devote Jutte abbatisse nostre sorori et dicti claustrum sanctimonialibus in diocesi nostra siti Deo servientibus libere et absolute perpetuo possidendam. Et ne quis in posterum contra statutum istud calumpniari aut attemptare presumat, presens scriptum sigilli nostri testimonio fecimus communiri. Datum anno Domini M^o.CC^o.LX^o. ipso die Gregorii pape 4).

655.

* *B. Wilhelm überträgt dem St. Martini-Capitel zu Münster das Eigenthumsrecht eines von Everhard von Tüllinghof angekauften Zehnten.* 1259 (1260) März 14 5). — Abschr. Msc. I. 71. p. 43; hieraus copirt Msc. IV. 4. p. 162.

Nos Wilhelmus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus. Omnibus presens scriptum visuris notum facimus, quod nos proprietatem cuiusdam decime site in parrochia Sepperothe in villa que dicitur Immin-

1) Die Jahreszahl ist der Abschrift bei Kindlinger l. c. entnommen, deren Original auch mit einem Siegel in weissem Wachs versehen war, was bei dem Raesfelder Original fehlte.

2) Die oben z. J. 1215 unter Nro. 91. in Betreff der Nottuln'schen Vogtei aus dem Original gegebene Urkunde scheint in einem gewissen Widerspruch mit dieser nur in einer neuern Abschrift vorliegenden, auch sonst Bedenken erregenden zu stehen. — Nach Nro. 91. ist die im J. 1215 auftretende Aebtissin Jutta von Nottuln eine Schwester Adolfs von Holte, demnach auch des Bischofs Ludolf, gewesen, der in der That in drei Urkunden Nro. 231. 335. u. 454. sie so bezeichnet. Wenn nun Bischof Wilhelm, Ludolfs Neffe (siehe 1259 Nro. 647.), in der vorliegenden Urkunde die Aebtissin Jutta ebenfalls seine Schwester nennt, so müssen wir annehmen, dass nach dem Jahre 1246 (oben U. Nro. 454.) der ältern Jutta ihre gleichnamige Nichte als Aebtissin in Nottuln gefolgt sei, und hierbei einer spätern Untersuchung festzustellen überlassen, ob die im J. 1249 (oben Nro. 507.) als Aebtissin von Nottuln und Meteln auftretende, eben so wie die 1252 (oben Nro. 547 u. 548.) urkundlich genannte Jutta die ältere oder die jüngere sei.

3) Hierüber ist Weiteres nicht bekannt. Doch bemerke ich, dass ein „Heinricus de Aldennutlon“ in einer U. des J. 1263 erwähnt wird. Kl. Nottuln U. 19

4) Auch nach dem Münster'schen Calendarium der 12. März. Da, wie die nächstfolgenden Urkunden zeigen, und wie auch eine U. des J. 1261 ergibt, im Bisthum Münster das Jahr mit dem 25. März oder mit Ostern angefangen wurde, so wäre dies der 12. März 1261 nach unserer Rechnung, aber damals war Bischof Wilhelm schon todt. Entweder hat der Schreiber also das Jahr mit dem 1. Januar angefangen, oder die Urkunde ist untergeschoben.

5) Da am 14. März d. J. 1259 nach unserer Rechnung noch Bischof Otto II. regierte, so ergeben diese und die zwei folgenden Urkunden auf's Schlagendste, dass man im Bisthum Münster während des XIII. Jahrhunderts das Jahr mit dem 25. März, oder wie ein unten folgendes Document des J. 1261 erweist, erst mit Ostern anfang.

ckampe, quam Everhardus de Tullinchove¹⁾ miles, qui eandem a nostra ecclesia tenuerat in feodo, decano et capitulo ecclesie beati Martini Monasteriensis pro certa pecunie quantitate vendidit, eamque in nostris manibus libere resignavit, eidem ecclesie beati Martini contulimus proprietatis iure perpetuo possidendam. Dicitur siquidem decime ipso die beati Jacobi apostoli solvende redditus hii sunt: domus Hermanni de Ludinchusen militis solvit XXIII denarios, item domus domne Osterlandis XIII denarios, item domus domni Wilhelmi Ruceni XXV denarios; item domus dicti Everhardi de Tullinchove XXII denarios. In cuius rei testimonium presens scriptum nostro sigillo simul cum nominibus testium fecimus communiri. Testes autem hii sunt: magister Lutbertus et Thomas sacerdos canonici Monasterienses, item Wiboldus decanus, magister Mathias scolasticus, magister Fredericus custos, Hinricus, Wernerus et Herebordus prefate ecclesie sancti Martini canonici, item Hermannus sacerdos dictus Sepperothe; item laici: domnus Wilhelmus Rucenus et Conradus de Tullinchove milites et alii quamplures. Acta sunt hec Monasterii anno Domni M^o.CC^o.LIX^o. circa Dominicam qua cantatur Letare, pontificatus nostri anno primo.

656.

* *B. Wilhelm bestätigt die von einem Münster'schen Bürger an der St. Martini-Kirche zu Münster errichtete neue Pröbende, verleiht sie dessen einem Sohne, und bestätigt dem anderen die Expectanz auf die zunächst erledigte Pröbende. 1259 (1260) März 15. Münster. — Abschr. Msc. I. 71. p. 24; hieraus copirt IV. 4. p. 175.*

Wilhelmus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus. Omnibus presens scriptum visuris notum facimus, quod cum Hinricus dictus Juvenis civis Monasteriensis quedam bona sua videlicet Givetincstrostine et quandam decimam ibidem in vicino sitam, que ipse a nobis ratione episcopatus Monasteriensis iure feudali tenuerat, ecclesie beati Martini Monasteriensis ratione iuris quod habuit in dictis bonis de nostro et ecclesie nostre consensu libere et absolute contulisset, ut ibidem exinde specialis prebenda fieret ultra numerum antiquitus observatum in eadem ecclesia et perpetuo remaneret, nos habita consideratione boni et cultus divini, consensu ecclesie nostre ad hoc requisito et habito, que nec etiam in hoc leditur, cum ipsius prebende collatio semper penes Monasteriensem episcopum quicumque pro tempore fuerit remaneat, proprietatem dictorum bonorum eidem ecclesie beati Martini liberaliter duximus conferendam. Postmodo vero petivit a nobis idem civis humiliter ac devote, ut prebendam ex bonis predictis eo modo quo premissum est creatam cuidam scolari Gerewino nomine ipsius carnali filio nullum adhuc beneficium ecclesiasticum assecuto conferre Dei intuitu curaremus. Nos igitur humili petitioni annuentes ipsius, prout cum Deo potuimus, eo quod predictae collationi de bonis prefatis beato Martino simpliciter et absolute facte nulla penitus conditio intercesserat sive pactum, predictorum bonorum redditus Gerewino scolari predicto eiusdem civis filio pro prebenda contulimus et assignavimus, et tenore presentium cum omni iuris plenitudine assignari eumque a decano et capitulo eiusdem ecclesie recipi fecimus in canonicum et in fratrem, ad novum ius canonie ultra numerum antiquitus observatum in eadem ecclesia, ut ex augmentatione canonicorum et prebendarum cultus etiam augeatur divinus. Et eundem Gerewinum, postquam a scolis emancipatus fuerit, in portionem oblationum equalem, que ipsis canonicis ratione parrochie eiusdem ecclesie proveniunt, de consensu expresso eorundem decrevimus admittendum. Item quicquid iuris alii canonici habent eiusdem ecclesie vel habere poterunt in choro et etiam capitulo et aliis iuribus ecclesie sue, et iste similiter habebit et quilibet suus successor in eadem prebenda. Preterea gratiam quam predecessor noster pie memorie domnus Otto Monasteriensis episcopus fecerat Hinrico scolari fratri Gerewini predicti Henrici civis filio, in hoc videlicet, quod ipsum in dicta ecclesia sancti Martini a decano et capitulo recipi

¹⁾ Im Kr. Lüdinghausen, südlich vom Kspl. Seppenrade findet sich noch heute das Haus Immerkamp, in dessen Nähe auch die Bauerschaft Tüllinghof liegt.

fecerat in canonicum et in fratrem ac prebendam promiserat ei conferre, quam primum vacare contingeret in eadem ecclesia vel quam cito se facultas offerret, ratificando approbamus, ac eidem Hinrico secundum quod superius est expressum in eadem ecclesia sancti Martini providere promittimus de prebenda. Ne vero predicta possint a quoquam imposterum infringi, ea omnia que premissa sunt peregrimus expresso consensu nostre maioris ecclesie accedente. In cuius rei testimonium presens scriptum nostro maioris et sancti Martini ecclesiarum sigillis fecimus communiri. Datum et actum Monasterio feria secunda post dominicam qua cantatur Letare. Anno Domini M^o.CC^o.LIX^o, pontificatus nostri anno primo.

657.

* *Das Kl. Rengering kauft eine Besitzung in Hoetmar¹⁾ und erhält Bürgschaft, dass der abwesende Sohn des Verkäufers hierzu seine Einwilligung binnen Jahresfrist geben werde. 1259 (1260) März 15. Münster.*
— *Or. Kl. Rengering U. 18²⁾; Abschr. Msc. I. 108. f. 44³⁾.*

Wilhelmus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus. Omnibus presens scriptum in perpetuum (*sic!*). Notum facimus tam presentibus quam futuris, quod cum Lambertus Scoke de Hotmen²⁾ dilectis in Christo . . . abbatisse et conventui sanctimonialium in Rengerine mansum Suthotmen, cuius proprietates eiusdem conventus fuerat, viginti et quatuor marcis legaliter vendidisset, idem Lambertus, . . . uxor sua et genitri eorundem ad nostram accesserunt presentiam et ibidem mansum eundem libere et absolute unanimiter resignarunt, abrenuntiando integraliter omni iuri, quod in ipso competebat eisdem. Attamen dicte resignationi non interfuit Johannes dicti Lamberti filius, utpote extra provinciam constitutus; quare pro ipso nobis et dictarum sanctimonialium preposito earum nomine fideiussoria cautione caverunt Lambertus Scoke miles, Everhardus de Denninchorpe, Johannes Scoke de Sendenhorst et Giselbertus frater Lamberti de Hotmen, quod dictum mansum infra annum libere et absolute resignabit. Huius rei testes sunt: dominus Hermannus decanus et Rotgerus de Didinchove canonici Monasteriensis; nobilis vir Wilhelmus Ruce; Bernardus de Witherden, Everhardus de Dahusen et Johannes (de) Vinnenberg milites, Hinricus de Herten, Hinricus Wlome et Fredericus de Rodepe. Acta sunt (hec Monasterii) anno Domini M^o.CC^o.L^o. nono, feria secunda post dominicam Letare.

An rothen und gelben seidenen Fäden hängt ein kleineres Siegel, welches den Bischof nicht als Electen, sondern im vollen Ornat darstellt, von dessen Umschrift nur die Buchstaben WILHE . . . EPC erhalten sind. Auf dem Rück-siegel befindet sich der Kopf des h. Paulus mit dem Ansatz der Schulter, aber in seinen Zügen abweichend von dem Kopf des h. Paulus in dem Sügiebel des Westkreuzes am hiesigen Dom, mit der Umschrift: SANCTUS PAULUS.

658.

Walram von Montjoie, dessen Frau Jutta und deren Mutter Sophia von Ravensberg erlassen dem Bischof Wilhelm die Bürgschaft für das wegen der Herrschaft Vechta schuldige Geld⁴⁾. 1260 April 10. — Abschr. Msc. I. 1. p. 146; hieraus copirt II. 2. p. 44; gedr. Niesert U. S. II. 446.

Nos Walramus dominus de Munzoye, Jutta uxor sua et Sophia mater eius recognoscimus et tenore presentium protestamur, quod nos venerabilem in Christo patrem dominum Wilhelmum ecclesie Monasteriensis episcopum ab omni fideidatione que vulgariter sekerheyt dicitur, quam ipse nobis nostrisque consanguineis et amicis occasione pecunie nobis ab ecclesia sua de bonis in Vechte debite prestiterat⁵⁾, liberum omnimodo dimittimus et solutum. In cuius rei notitiam nostris sigillis confirmavimus presens scriptum. Datum anno Domini M^o.CC^o. sexagesimo, quarto Ydus Aprilis.

¹⁾ Kirchspl. Enniger. — ²⁾ Welche an den eingeklammerten, aus dem Copiar ergänzten Stellen durch Feuchtigkeit zerstört ist. — ³⁾ In der die versprochene Resignation enthaltenden Urkunde des J. 1262 heisst derselbe „Lantbertus de Bekehem“. — ⁴⁾ Vgl. oben zum J. 1252 U. Nro. 540. — ⁵⁾ „prestiteret“ das Copiar.

659.

B. Wilhelm bestätigt den von der St. Martinikirche vorgenommenen Verkauf von gewissen Ländereien vor dem Neubrückenthor. 1260 gegen den 1. Mai. — Abschr. Msc. I. 71. p. 24; gedr. Wilkens Gesch. der Stadt Münster p. 124.

Wilhelmus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus etc. Notum facimus tam presentibus, quam futuris, quod nos venditionem agrorum iuxta novum pontem extra muros Monasteriensis sitorum, de quibus dilectis in Christo decano et capitulo ecclesie S. Martini Monasteriensis, quorum iidem agri fuerant, solvebantur annuatim quatuor solidi nostre monete, factam ab ipso capitulo legaliter magistro Mathie eiusdem ecclesie scolastico pro octo marchis, quibus octo marchis iidem decanus et capitulum supplebant defectum, quem habebant in centum marchis, quas in decimam Hermanni de Langen militis sitam upper Syvegoie converterunt, approbamus ratam et firmam habentes eandem. Verum dictus scolasticus liberam facultatem habeat de agris prefatis quidquid voluerit faciendi. In cuius rei notitiam presenti scripto nostrum, dicte ecclesie, Wicholdi decani et Friderici custodis apposita sunt sigilla. Acta sunt hec hiis presentibus prefate ecclesie canonicis: decano et custode predictis, Hinrico, Wernero et Herebordo; item Burchardo, Bernhardo et Gerhardo Scutelmündinc sacerdotibus; item Gerwino dyacono et Bernhardo Hüneman subdyacono; item laicis: Themone de Stochem milite, Ecberto Bisscop, Hermanno Mulen, Crachtone Amelungi, Hermanno de Brema, Johanne de Paderborne, Bertoldo cirurgico, Conrado Seno et quibusdem aliis civibus Monasteriensibus. Anno Domini M^o.CC^o.LX^o, circa festum Walburgis.

660.

Der Dompropst Gerhard (von der Mark ¹⁾) verkauft einen Zehnten in Südtelgte an das domcapitularische Amt Gronover. 1260 November 30. Münster. — Or. Fr. Münster U. 97; Abschr. Msc. I. 1. p. 433; aus letzterem gedruckt ²⁾ Niesert U.-S. VII. p. 266.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Gerhardus Dei gratia prepositus ecclesie Monasteriensis etc. recognoscimus, quod nos habito maturo et sollerti consilio, nec non ecclesie nostre utilitate pensata, capituli nostri accedente consensu, decimas duarum domorum in Suthtelgeth cum omni integritate Thetmaro Norendino nostro concanonico tunc officiali in Gronovere ³⁾ pro triginta marcis vendidimus ad emptionem officii Punichen ⁴⁾ pro ecclesie nostre redintegratione, hoc adiecto, quod quicumque de capitulo nostro officialis in Gronovere pro tempore fuerit, decimis prefatis in perpetuum gaudebit libere possidendis. Ne autem super hiis aliqua in posterum possit dissensionis materia suboriri, presens scriptum exinde confectum nostri et dicti capituli nostri sigillorum munimine duximus roborandum. Acta sunt hec presentibus hiis: Hermanno decano, Johanne thesaurario, Theoderico scolastico, Godefrido vicedomino, preposito Gerlaco, Cesario, Ernesto cantore, Hermanno preposito de Holte, Bernhardo de Asbeke, Remfrido cellerario, Johanne de Rethen concanonico nostris; nobili viro Eggelberto comite de Marcha, Godefrido de Huvele, Gerewino de Rinckenrothe militibus; Johanne Niscinc, Ludgero Offermanninc, Lamberto de Litbeke, Hermanno de Rene burgensibus et aliis quampluribus. Datum Monasterii anno D. M^o.CC^o.LX^o, II. Kal. Decembris.

An rothen und grünen seidenen Fäden hangen die Siegel des Dompropstes und des Domcapitels, wovon das erstere den Märkischen Wappenschild als Rücksiegel führt.

¹⁾ Der 1261 Bischof wird. Oben z. J. 1254 U. Nro. 569. hatten wir schon als Propst zu Maastricht kennen gelernt. —

²⁾ Mit einer grossen Lücke am Schluss. — ³⁾ Noch heute Schulzengut Gronover, Bauerschaft Westeroede bei Greven. Gronover gehörte zu den Oblegien. — ⁴⁾ Püning, Kirchspiel Alverskirchen.

661.

* *Das Ägidii-Kloster bestimmt die Zehntleistungen gewisser Güter.* 1260. — *Or. Kl. Ägidii U. 34; Abschr. Msc. I. 99. f. 86'; hieraus copirt Msc. 53. u. IV. 9. p. 111.*

Oda Dei gratia abbatissa et conventus sancti Egidii Monasteriensis. Universis presentem litteram inspecturis in Domino salutem. Cum de manso in Nortcappele, qui olim curie in Hornen pertinebat, uno anno novem denarii et sequenti anno XVII^o denarii, de alio vero manso ibidem sito quem inhabitaverat bone memorie Thethardus uno anno septem, sequenti vero anno XIII^o denarii pro decima annuatim ab antiquo persolvi consueverint, nos ad amputandam omnem dubietatis materiam ordinamus et tenore presentium necnon et impressione sigillorum nostrorum concedimus, ut ecclesie nostre, ad quam emptionis titulo a Jordano de Aschenberg milite eadem decima devoluta est, de manso quidem, qui curie in Hornen olim pertinbat, XIII^o denarii, de alio vero manso decem denarii a possessoribus eorundem mansorum singulis annis pro omni decima perpetuo persolvatur. Actum a. D. M^o. ducentesimo LX^o.

Die Siegel der Aebtissin und des Convents sind beschädigt.

662.

* *Walther und Johannes, Canoniker zum h. Ludgerus, und Arnold, Pfarrer zum h. Lambertus in Münster, überweisen als Testamentsvollzieher des Canonicus Volcwin zum h. Ludgerus dessen Einkünfte (annona) und Güter in Vellern, und ausserdem quecunq̄ue eum de anno gratie in Velheren secundum consuetudinem ecclesie Monasteriensis contingunt, dem Kloster zu Liesborn.* 1260. *O. Z. — Or. Kl. Liesborn U. 68; Abschr. Msc. I. 99. f. 80'; I. 101. f. 31.*

Mit den fragmentarisch erhaltenen Siegeln des Dechanten zu St. Ludgeri und des Pfarrers von St. Lamberti.

663.

Die Edle Aleydis von Ahaus überträgt dem Kl. Marienborn ein Haus in Grænlo. 1260. — *Abschr. im Copiar des Klosters Marienborn p. 8; gedr. Niesert Marienborn p. 53.*

In nomine Domini. Amen. Notum esse volumus, quod nobilis domina Aleydis dicta de Ahus de consensu et beneplacito suorum heredum domum quandam dictam Scilderine, sitam in villa Vrageren parochia Gronlo¹⁾, IIII molia minute mesure annuatim solventem, Lise claustrali in Cosvelt ea condicione assignavit, videlicet ut ipsa predicta domus²⁾ iure proprietatis cedat perpetuo domine Elizabeth (II^a abbatisse³⁾) et collegio monialium loci predicti . . . Acta sunt a. gr. M^o.CC^o.LX^o. coram testibus subnotatis: Henrico sacerdote, Egberto de Gronlo et filio eius Thiderico, Giselberto de Were, Henrico Brincing, Hermanno Cloppeman et aliis.

664.

Der Edle Conrad von Velen schenkt dem Kl. Marienborn ein Haus in Winterswyk¹⁾. 1260 April 4. — *Abschr. im Copiar des Kl. Marienborn p. 8; gedr. in Niesert's Gesch. des Kl. p. 54.*

Quoniam ea que in tempore geruntur cum tempore sepe labuntur, idcirco ego Conradus miles nobilis de Velen omnibus hanc paginam intuentibus tenore presentium protestor, quod ad honorem sancte Dei genitricis Marie domum Avesvelde Wentereswic adiacens cum omnibus suis attinentiis, ipsum agricolam

¹⁾ Im Holländischen Geldern. — ²⁾ So das Copiar. — ³⁾ Zusatz des Abschreibers. — ⁴⁾ Im Holländischen Geldern.

Elbertum et uxorem suam cum pueris, sancto collegio dominarum in Cosvelt ordinis Cisterciensis perpetuo tradidi possidendam et sub testibus subnotatis libere assignavi: Egbertus de Gronlo, Engelbertus frater ipsius et Tidericus filius predicti Egberti, Giselbertus de Were, Johannes Doliken. Anno Domini M^o.CC^o.LX^o. die pasche.

665.

* *Heinrich von Weppel verkauft sein von dem Kl. Freckenhorst herrührendes Lehnsgut so wie sein Drostentamt an das Kl. Marienfeld, welches Freckenhorst durch andere Güter entschädigt* 1260. — Or. in zwei Ausfertigungen Kl. Marienfeld U. 144; Abschr. beider Msc. I. 106. f. 51' u. 52.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Ego Helewigis abbatissa in Vrekenhorst universis Christi fidelibus huius littere inspectoribus in perpetuum. Evanescent simul cum tempore que geruntur, nisi recipiant a voce testium ac scripti memoria firmamentum. Noverint igitur presentis temporis fideles et futuri, quod Heinricus dictus de Wepele, assumpto fratre suo domino Rodolfo de Blasnen necnon et uxore sua Mechthelde, consentiente etiam Bertrammo de Wepele et ceteris coheredibus suis, accessit ad nos resignans nobis ius feudale curtis in Wepele¹⁾, quam de manu nostra tenuerat, insuper renuntians cum heredibus suis iuri dappiferatus, quod in ecclesia nostra habebat et omni actioni, quam in nos et ecclesiam nostram se habere dixit tam de dampnis quam retentis, seu etiam violentia, quam sibi dixit ab antecessoribus nostris illatam²⁾, curtis³⁾, cuius proprietatem nos de nostri consensu conventus abbati et fratribus de campo sancte Marie perpetuo contulimus possidendam. In cuius sane proprietatis restaurum a predicto abbate et fratribus proprietatem domus Vulphardi in Vorne⁴⁾ et unius mansi in Hancvorde et tres marcas recepimus, ut utrimque dictarum proprietatum permutacio stabilis perseveret. Convencione autem facta predictus Heinricus cum iam dicto abbate et fratribus, consentientibus coheredibus suis universis quos ante premisimus, accedente etiam nostro nostrique conventus beneplacito, sepredictam curtim in Wepele cum omnium utilitate proventuum, videlicet pratis et silvis agris et pascuis cultis et incultis et omnibus attinentiis, que eiusdem curtis dominio ab antiquo subiacebant, acceptatis et acceptis septuaginta et quinque marcis, idem Heinricus in perpetuam possessionem abbati et fratribus vendidit memoratis⁵⁾. Ad huius igitur rei evidentiam in posterum habendam presentem paginam exinde conscriptam nostri impressione sigilli cautum duximus roborandam. Huius facti testes sunt: Anshelmus ecclesie nostre decanus, Godefrius canonicus; Bertoldus et Arnoldus filius eius milites, item Hermannus de Veltzeten, Levoldus de Grafdorpe, Johannes de Ruenberg, Ludolphus de Walegarden, Bruno de Vrekenhorst, Hermannus Thurdenhagen, Otto filius domini Lamberti, Rodolphus et frater eius Heinricus de Blasnen et alii plures. Acta sunt hec anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo.

An der vollständigen Urkunde hängen die Siegel der Abtissin und des Capitels zu Freckenhorst; an der anderen nur das erstere.

666.

* *Ritter Dietrich von Schonebeck erneuert die von seinem Vater Franco zu dessen Seelenheil dem Kloster Überwasser gemachte Schenkung gewisser Zehnten.* 1260. — Or. Kl. Überwasser U. 27; Abschr. Msc. II. 13. p. 24.

Wilhelmus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus omnibus presens scriptum inperpetuum. Quoniam labilis est hominum memoria, expedit, ut que rite geruntur litterarum testimonio perhennentur.

¹⁾ Die vollständige Ausfertigung schreibt fast immer „Wepele“; noch heute Schulze Weppel, nördlich von Oelde. — ²⁾ „insuper — illatam“ fehlt in der einen Ausfertigung. — ³⁾ In beiden Ausfertigungen hier wiederholt. — ⁴⁾ „Vohren“ zwischen Warendorf und Beelen. — ⁵⁾ So beide Ausfertigungen.

Hinc est, quod notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod Thidericus de Sconenbeke miles in nostra constitutus presencia donacionem, quam pater suus Franco ¹⁾ bone memorie de ipsius Thiderici consensu antea pro remedio anime sue fecerat conventui sanctimonialium sancte Marie Monasteriensis, cum consensu heredum suorum liberaliter ratificans innovavit. Dictam siquidem donacionem, quam ignorari nolumus, scripto presenti duximus inserendam, et est talis, videlicet tria molt ordei duo molt avene et unum molt siliginis medie mesure, que predictis sanctimonialibus ex duobus mansis sitis apud Ulenbroke ²⁾, que nunc Thizonis et Thiderici fratrum dicuntur, annuatim perpetuo persolventur. Ut autem predicta donacio rata et inconvulsa perpetuo perseveret, presens scriptum hinc inde confectum nostro et dicti Thiderici sigillis roboratum existit simul cum nominibus testium subscriptorum, qui sunt: Godefridus vicedominus, Gerhardus de Lon ecclesie nostre canonici, Johannes eiusdem ecclesie sancte Marie plebanus, Rothardus, Everhardus eius capellani; Fredericus et Hermannus fratres de Menhuvele, Albertus dapifer milites; Gerewinus Dives, Godefridus Anglicus, Everhardus de Wolthorpe cives Monasteriensis; item ministeriales sancte Marie dicte: Johannes de Holthusen miles, Hermannus de Werthe, Lugerus de Nortwolde et alii quam plures. Actum et datum Monasterii a D. M^o.CC^o.LX^o, pontificatus nostri anno primo.

Die Siegel des Bischofs und Dietrichs von Schonebeck — ein sechsmal quergetheiltes Schild — sind nicht zum Besten erhalten.

667.

* B. Wilhelm bestätigt dem Kl. Überwasser gewisse, von dem Lehnsträger des Stifts Münster, Gerhard von Werthe, und dessen Untervasallen angekaufte Zehnten. 1260. — Or. Kl. Überwasser U. 28; Abschr. Msc. II. 43. p. 26.

Wilhelmus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus etc. Notum esse volumus tam presentibus, quam futuris, quod cum olim Robertus de Hulleren ³⁾ decimam quandam, quam iure feudali tenuerat a Gerhardo de Werthe ⁴⁾ milite tenente deinceps eandem decimam a nostra ecclesia iure predicto, conventui dominarum sancte Marie Monasteriensis pro certa pecunie vendidisset quantitate, eamque decimam idem Robertus et sui liberi, siquid iuris in ea competebat eisdem, simul cum dicto Gerardo milite libere et absolute in nostris manibus resignassent, omni iuri, quod ipsis in dicta decima competere poterat, abrenunciantes omnino, nos decimam memoratam accedente capituli nostri consensu dictis dominabus contulimus proprietatis iure perpetuo possidendam. Decime siquidem sepefate redditus hii sunt: Huboldinchol videlicet sita iuxta Vrethen solvit annuatim unum molt siliginis; item due domus Wippenbeke site in parrochia Winterwic quinque molt siliginis minutam decimam et duos solidos Davantrensis monete; item due domus site in parrochia Bocholte iuxta Dincsperele, Künigginc scilicet et Gebbinc, viginti et octo mensuras siliginis et minutam decimam integram. Predicta sane siligo per decimalem solvetur mensuram. Ne igitur supradicta nostra collatio a quoquam in posterum infirmari valeat vel infringi, presens pagina geste rei memoriam continens nostro et ecclesie nostre sigillis roborata existit simul cum nominibus testium subscriptorum, qui sunt: venerabiles viri Gerhardus prepositus, Hermannus decanus, Thidericus scolasticus, Johannes thesaurarius, Godefridus vicedominus, Thetmarus Norendin, Gerhardus de Lon, Bernardus cellerarius, Johannes de Rethen et Thidericus de Bissenthorpe ecclesie nostre canonici, Johannes plebanus, Rothardus, Everhardus capellani sancte Marie predictae; item nobiles dominus Ludolfus de Stenvordia, Willelmus Ru-

¹⁾ Nach einer im Evangeliar des Kl. Ueberwasser (Studienfonds-Archiv I. E. 6.) erhaltenen Aufzeichnung aus dem Anfang des XIII. Jahrhunderts hat auch „Fridericus de Sconenbeke“ durch „quatuor solidi annuales in quadam decima apud Stapelo“ für sich und seine Frau Cunegundis eine Memorie daselbst gegründet. Dieser Friedrich erscheint als Zeuge in Urk. des J. 1217, oben Nro. 110 u. 111. — ²⁾ Im Kspl. Nienberge.

³⁾ Hullern, Kr. Coesfeld, zwischen Haltern u. Olfen. — ⁴⁾ Kr. Borken.

cenus, Symon et Engelbertus de Gemene; item ministeriales Fredericus et Hermannus de Menhuvele, Albertus dapifer, Bernardus et Suetherus fratres Werencinc, Wilhelmus camerarius, Engelbertus Helpordinc et Johannes de Holthusen milites; item cives Monasterienses: Johannes Nicinc, Lambertus Litbeke, Hermannus de Rene, Gerwinus Dives, Thethardus Parvus, Ecbertus Biscop, Hinricus Juvenis tunc temporis scabini et alii quam plures. Acta sunt hec Monasterii a. D. M^o.CC^o.LX^o, pontificatus nostri anno primo.

Die Siegel des Bischofs und Domcapitels haben sehr gelitten.

668.

* *Wilhelm, Bischof von Münster, bekundet, dass der Ritter Bernhard von Warendorpe und dessen Sohn Benedict den Zehnten von neun Häusern in Steltindorpe¹⁾, Ulinedorpe, Honhorst, Vrielindorpe und Honhof, welchen derselbe von ihm zu Lehen trug, dem Kloster Marienfeld verkauft haben. 1260. Für die Zeugen ist ein leerer Platz von vier Linien gelassen worden. — Orig. Kl. Marienfeld U. 145; Abschrift Msc. I. 106. f. 64.*

Mit den Siegeln des Bischofs und des Domcapitels zu Münster. Das erstere stimmt mit den oben Nro. 657, 666 und 667 angeführten überein.

669.

Wilhelm, Bischof von Münster, überträgt dem Kloster Kappenberg eine bei Lünen gelegene Mühle, welche der Ritter Conrad von Rechede bisher von ihm zu Lehen getragen, an das Kloster für 60 Mark verkauft und mit seinem Grossvater und seinen Oheimen ihm resignirt hatte. Acta sunt hec Monasterii presentibus Gerardo preposito, Hermanno decano, Johanne thesaurario, Thiderico scolastico, Gerlaco de Odensele preposito, Ernesto cantore, Thitmaro Norendin, Bernardo de Asbeke, Johanne de Rethel, Gerardo de Lon, Brunsteno, Rotgero de Didinchove et Giselberto de Warendorpe ecclesie nostre canonicis; item laicis: Ottone comite de Altena, Hermanno et Wilhelmo de Holte et Wilhelmo Ruceno nobilibus; Frederico, Hermanno et Rodolfo de Menhuvele, Bernardo Ruceno, Hermanno et Everardo de Wittene, Thiderico de Sconenbeke, Hermanno de Langene, Gerlaco Bitter, Hermanno de Monasterio, Bernardo et Frederico de Widerden, Godefrido de Coten, Arnolfo de Bosensilen, Hinrico, Johanne et Hermanno fratribus de Rechethe militibus. Anno D. MCC. sexagesimo. — Abschr. aus dem Original Msc. II. 45. p. 56; unvollständig gedr. Kindl. Volmestein II. p. 164. — Vgl. oben Nro. 650 not. 7.

670.

Hermann von Lüdinghausen verpfändet an Albert von Hörde den ihm vom Bischof von Münster als Unterpfand übergebenen Hof Gamene²⁾. Um 1260³⁾. — Or. im Archive des Herrn Grafen v. Bocholtz zu Alme.

Quoniam res cum tempore trahit utrisque cognata mobilitas, cautum est rem gestam futurorum presidio communire. Unde ego Herimannus miles de Ludynghusen et filius meus Herimannus notum facimus universis Christi fidelibus tam posteris quam modernis, ad quos presens scriptum pervenerit, quod nos cum communi consensu tytulo pignoris obligavimus domino Alberto militi de Hurde et filio suo domino Bernhardo curtem in Gamene, quam nobis venerabilis dominus noster, episcopus Monasteriensis, antea tytulo pignoris obligaverat, pro octoginta marcis denariorum, ita quod eadem curtis ad eos cum omni in-

¹⁾ Im Kirchspiel Ennigerloh, nach einem alten Vermerk auf der Rückseite der Urkunde.

²⁾ In der Grafschaft Mark, südlich von Lünen.

³⁾ Nach Massgabe der in der Urkunde auftretenden Personen, die aber jedenfalls vor dem J. 1285, wo das Kl. Kappenberg diesen Hof vom Bischof zu Münster eintauschte, (Fr. Münster U. 200) verfasst sein muss.

tegritate pertineat, donec ipsis memoratam pecuniam ex integro persolvamus. Testes sunt: Fridericus et Hermannus fratres de Mynhuvele, Gotfridus senior burggravius de Reggede, Hinricus et Hermannus filii sui, Everhardus de Horst et Hinricus de Vitynghove et alii quam plures milites. Ut autem hec rata permaneat et inconvulsa, sigillo meo ego H. senior presentem paginam roboravi.

Das herzförmige Siegel, einen auferichteten Löwen darstellend, ist zum Theil zerstört.

671.

Wilhelm von Holte, Bischof von Münster, stirbt 1260 in den letzten Tagen des Decembers (den 27. nach dem Necr. Marienfeldense, Msc. II. 76. p. 341; den 29. nach dem Necrologium des Doms Msc. I. 40. p. 353, cf. Ficker M. G.-Q. I. p. 34. not. 3. u. p. 351; den 30. nach dem Necrologium von Überwasser). Das Domneurolog führt in Betreff seiner an: Hic ecclesiam sancti Lamberti capitulo assignavit, ecclesiam Birebeke data pecunia a iugo advocacie liberavit, was durch zwei Urkunden Papst Urban's IV. und B. Gerhard's aus d. J. 1261 u. 1262 (vgl. unten) bestätigt wird. Auch später noch hatten die Dompropste das Patronat über die Lambertikirche. — Sein Nachfolger auf dem Bischofsstuhle war der bisherige Dompropst Gerhard von der Mark.

672.

Statut des Münsterschen Domcapitels in Betreff der Präbenden, genehmigt vom Bischof Gerhard. 1261—1272.
— Abschr. Msc. I. 4. p. 347; hieraus copirt II. 14. p. 292; gedr. Niesert U.-S. VII. p. 272.

De consilio pariter et consensu domini Gehardi Monasteriensis episcopi per decanum et capitulum ita est provide ordinatum, ut canonici ecclesie Monasteriensis qui alias prebendati sunt, si ad prebendas suas divertere voluerint, sex ebdomadas infra annum per licentiam decani et capituli abesse valeant, et si ultra defuerint, ipsorum prebende in antea suspense ad utilitatem ecclesie convertantur. Licitum etiam erit eis, non petita licentia decani et capituli, stare sine reformatione in ecclesiis suis, quando et quotiens eis videbitur expedire. Si autem exire voluerint ad alia loca preterquam ad ecclesias in quibus prebendati sunt, hoc ipsum quod aliis canonicis in ecclesia Monasteriensi residentibus permittitur, debet ipsis favorabiliter indulgeri. Quicumque vero canonicorum de hiis, qui alias prebendati sunt, residentiam fecerit in ecclesia Monasteriensi a synodo autumnali usque ad octavam Epyphanie Domini, annonam suam ex integro preter utprovende percipient et denarios, qui intra illud tempus dari solent canonicis, integraliter optinebunt. Illas etiam sex ebdomadas, quas consuevit decanus et capitulum indulgere, possunt iidem canonici alias prebendati sibi vel ad hoc tempus vel ad aliud communiter vel divisim iuxta quod expedire videbitur, reservare. Quicumque etiam canonicorum qui alias prebendati sunt, baculum, qui bastum¹⁾ dicitur, accipere voluerint, hoc eis indulgebatur uno anno, pro quo dabit quilibet eorum octo marcas, et prebendam suam ex integro percipiet preterquam denarios memoriales, et pro albo pane cotidiano quinque solidos optinebit. Canonici vero in ecclesia Monasteriensi residentes eodem pacto baculum accipere poterunt, quotiescunque voluerint et eis fuerit oportunum. De hiis autem, qui manifideles seu executores testamentorum constituuntur canonicorum in ipsa ecclesia decedentium, sic est pariter ordinatum, ut infra annum primum a die mortis defuncti, qui memoriam suam fecerit, denarios, quos ad memoriam suam deputavit, in certis redditibus collocent. Quod si fieri non poterit primo anno elapso, dicti denarii in camera ecclesie nostre deponentur quousque bona inde valeant comparari, statimque ipsius defuncti memoria debet, ac si locata esset pecunia, observari. Cum autem locari contigerit pecuniam, manifideles si voluerint memoriales denarios inde dabunt et memoriam ordinabunt. De hiis vero, qui memoriam suam non fecerint, de

¹⁾ Französisch: „bâton“. Vielleicht ist hier vom Pilgerstabe die Rede.

secundo anno gratie cedent sex marce capitulo in augmentum panis albi minoris. Item sicut ab antiquo est de consuetudine observatum, nec episcopus, nec prepositus, nec capitulum potest de beneficiis vel obedientiis vel officiis que in capitulo sunt locanda, (de aliquo aliorum) cuiquam de canonicis, qui emancipatus non est vel in perceptione prebende sue non fuerit, providere. Item de denariis, qui dari solent in crastino Martini, absentes per licentiam XV solidos tantum recipient. Item de denariis in festo Nicolai dandis, neque absentes neque scolares accipient portionem. Item denarios de Utprovende soli presentes percipient. Item scolares tantum sex denarios recipient de denariis qui dantur in die Bricii pro medone. Item fertones de obedientia Frisie in vigilia Johannis Baptiste dabuntur non solum vivis, ymmo et defunctis, sicut ab antiquo dari consueverunt. Item decanus et capitulum nulli canonico dabunt licentiam ultra sex ebdomadarum spatium, studentibus et cruce signatis dumtaxat exceptis.

673.

Bischof Gerhards 1261—1272 Freiheitsbrief für die Stadt Horstmar, erwähnt in dem Stadtrechte vom J. 1303, bei Kindl. Hörigkeit p. 344.

674.

Conrad, Domherr zu Münster und Propst zu Wildeshausen verzichtet auf gewisse von seinem Vater, Grafen Conrad von Ritberg an das Kl. Marienfeld verkaufte Güter. 1260 (1261) Januar 7. Münster. — Or. Kl. Marienfeld U. 147; Abschr. Msc. I. 106. f. 160; v. Ledebur Arch. XV. 61.

Conradus prepositus in Wildeshusen et canonicus ecclesie maioris Monasteriensis universis hoc scriptum visuris in perpetuum. Fidelium noticie declaramus quod nos ex animo et libere renunciavimus proprietati et iuri, quod ex iure hereditario habere videbamus in duabus domibus, videlicet una in Rokeslo et altera in Winkele, cum suis ascripticiis et incolis, scilicet Arnolde litone eiusdem domus Winkele et uxore sua cum suo filio, que bona abbas et fratres campi sancte Marie a patre nostro comite Conrado de Rethberg emptionis tytulo compararunt¹⁾. In cuius facti testimonium et evidenciam presens scriptum sigilli nostri appensione fecimus communiri. Datum et actum Monasterii, anno Domini M^o.CC^o.LX^o. in crastino epyphanie.

Das Siegel hat gelitten.

675.

* *Abt Godfried von Liesborn verpachtet einen Theil der seinem Kloster gehörigen Saline zu Sassendorf. 1260 (1261) Februar 10. — Abschr. Msc. I. 99. f. 27.*

Datum per copiam. Godefridus Dei gratia Lisbernensis abbas. Noverint universi Christi fideles, quod nos partem domus sive saline in Sassendorf, de qua hospitali nostro (decem et²⁾) octo solidi et VI denarii annuatim dari consueverant, Johanni dicto Ezglinchus (in) Sassendorf, qui eam a Gerardo de Ruden tytulo emptionis possederat, locavimus, ut de ipsa XVIII solidos et sex denarios partim in cathedra Petri

¹⁾ Ausser der oben unter Nro. 649 mitgetheilten Urkunde Graf Conrads von Ritberg sind, noch zwei andere hierauf bezügliche Documente Conrad's aus d. J. 1259 u. 1260, die in unsern archivalischen Quellen fehlen, in von Ledebur's Archiv XV. p. 59. aus einem Marienfelder Copiar herausgegeben worden. — Im Marienfelder Archiv, U. Nro. 146, liegt endlich noch eine Urkunde Bischof Simons von Paderborn vom 2. Januar 1260 (1261) vor, worin er bezeugt, dass „Otto consanguineus noster, natus nobilis viri Conradi comitis de Rethberg“ ebenfalls auf die oben angegebenen Güter verzichtet habe; Abschr. Msc. I. 106. f. 160; gedr. von Ledebur Arch. XV. p. 60.

²⁾ Ergänzt aus der Urkunde oben Nro. 286.

partim in festo Udalrici hospitali nostro annuatim persolvat; de quibus sex denarii ratione aree a nobis dabuntur. Et si tempore statuto pensionem ipsam solvere neglexerit, conventus super hoc coram iudice quatuor solidos iudici et quatuor nobis ac nuntio nostro in penam negligencie componat, hoc precipue distincto, quod quandocunque nos eandem partem domus vel saline plumbo emendare potuerimus, potestatem habeamus ipsam eidem Johanni vel alteri locare pro pensione maiori. In cuius rei argumentum presentem paginam inde conscriptam in pressione sigilli nostri necnon et sigillo Mynrici iudicis Susatiensis, coram quo hec omnia facta sunt, cautum duximus roborari. Testes huius rei sunt: Hildegerus prior ecclesie nostre, Minricus iudex Susaciensis, Albertus de Osthorn, Johannes de Werdinchusen, Albertus et Conradus precones et alii quam plures. Actum anno Domini M^o.CC^o.LX^o, quarto Ydus Februarii.

676.

* *Burggraf Godfried von Rechede resignirt dem B. Gerhard gewisse Zehnten. 1260 (1261) im April* ¹⁾. — *Or. Fr. Münster U. 97 a; Abschr. Msc. I. A. p. 427; II. 7. p. 52.*

Universis ad quos presens scriptum pervenerit Godefridus burgravius in Reghede noticiam rei geste. Presenti scripto protestamur, quod Tidericus dictus Crethenne decimam quandam, quam de manu nostra tenebat, nobis libere resignavit, nosque dictam decimam, quam de manu venerabilis in Christo patris ac domini nostri Monasteriensis episcopi Gerhardi tenuimus in feodo, liberaliter resignavimus eidem. Est autem hec decima: domus Wolterinchof sita in parrochia Dulmene solvit tres solidos in assumptione beate virginis; Velthus domus Reineri sita in parrochia Sendene solvit II solidos et II modios tritici in festo Martini; domus Heidenrici sita in parrochia Nutlon solvit manipulos et minutam decimam. In cuius resignationis testimonium presens scriptum confectum est ecclesie Monasteriensis et nostri sigillorum munimine roboratum. Insuper nos Henricus et Hermannus nati predicti burgravii et Conradus nepos eius ceterique coheredes ipsius predictae decime resignationem gratam habemus et ratam. Et quod singuli singula sigilla non habemus, predictis sigillis et sigillo domini Godefridi vicedomini fratris et consanguinei nostri usi sumus. Datum et actum a. D. M^o.CC^o. sexagesimo, mense Aprili.

Die drei Siegel des Domcapitels, des Burggrafen und des Vicedominus sind wohlerhalten; das mittlere, den Merfeld'schen Wappenschild enthaltend, führt die Umschrift: S. GODEFR. BURGR. DE REGETHE.

677.

Walram, Herr von Montjoie, und Jutta, seine Gemahlin, stellen der Kirche zu Münster eine Quittung über empfangene 1500 Mark ²⁾ aus. 1261 Mai 6. *Montjoie.* — *Abschr. Msc. I. A. p. 145; II. 2. p. 43.* gedr. *Niesert U.-S. II. p. 445.*

Walramus dominus de Munzoye et Jutta uxor eius. Sciant universi et singuli, quod nos mille ac quingentas marcas, Hermanno presbitero capellano nostro presentatas, nos ab eo recepisse protestamur, et a dicta pecunia, videlicet mille ac quingentis marcis, ecclesiam Monasteriensem quitam dimittimus et solutam. In cuius protestationis testimonium presentes literas sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Datum Munzoye anno Domini M^o.CC^o.LXI^o, proxima sexta feria post inventionem sancte crucis.

¹⁾ Da im April des J. 1260 nach unserer Rechnung noch Bischof Wilhelm regierte, so kann man damals in Münster das Jahr nur mit Ostern, im J. 1261 den 24. April, angefangen haben. Diese Urkunde ist demnach zwischen dem 1. u. 24. April 1261 niedergeschrieben worden.

²⁾ Dies war ein Theil des Kaufpreises für die Herrschaft Vechta.

678.

* Gerhard von der Mark, Dompropst und postulirter Bischof zu Münster, bestätigt die von seinem Vorgänger B. Otto II. vollzogene Überweisung¹⁾ eines Wachszihsigen an die bischöfliche Hauskapelle zu Münster. 1261 Juni 21. Münster. — Or. Fr. Münster; *Transfix zur U.* 96a; *Abschr. Msc. I. A.* p. 406.

Universis visuris presentia innotescat, quod nos Gerhardus Dei maior prepositus idemque postulatus in episcopum Monasteriensis ecclesie factum reverendi in Christo patris, domni Ottonis bone memorie quondam eiusdem ecclesie Monasteriensis episcopi, contentum in scripto ipsius suo et ecclesie predictę sigillis signato, cui presens scriptum nostrum inheret annexum, gratum et ratum habemus et semper volumus ratum esse, ita sane quod confirmando eidem facto inponimus quicquid ut nunc possumus et plenius in futuro poterimus inviolabilis et perpetue firmitatis. In cuius rei noticiam presentibus hinc inde confectis apponi fecimus prepositure nostre sigillum. Datum Monasterii anno Domini M^o.CC^o.LX^o. primo, XI. Calend. Julii.

B. Gerhard hat diese Urkunde noch mit seinem dompropsteilichen Siegel²⁾ beglaubigt, dessen Riemen durch die Urk. 96 a. gezogen sind.

679.

*Fraternitäts-Vertrag des Bischofs und des Domcapitels zu Minden mit dem Bischof und dem Domcapitel zu Münster*³⁾. 1261 Juli 3. Minden. — Or. Fr. Münster U. 99; *Abschr. Msc. I. A.* 339; II. 40. p. 57; IV. 13. p. 35; *gedr. Niesert U.-S. VII.* p. 267.

Venerabili in Christo patri domino C.⁴⁾ in Monasteriensem episcopum postulato, nec non honorabilibus viris et dilectis, decano totique eiusque ecclesie capitulo, W(idekindus) Dei gratia episcopus, Cono decanus totumque capitulum Mindensis ecclesie, cum devoto ac voluntario obsequio perpetuum in domino karitatem. Cum prophetico attestante preconio bonum et iocundum sit habitare fratres in unum, et Monasteriensis ac Mindensis ecclesie ratione unius matris, videlicet Coloniensis metropolis, spirituales in domino sint sorores, nos advertentes et honestati ac utilitati utriusque ecclesie plurimam expedire, ut etiam inter capitula et personas earum mutue fraternitatis vinculum sit contractum, concordi consilio et unanimi consensu decrevimus et statuimus et in perpetuum decretum esse volumus et statutum, ut inter vestram nostramque ecclesias inviolabilis fraternitatis unio de cetero conservetur, ita videlicet ut cum fratres seu canonicos ecclesie vestre ad nos transire contigerit, prebendam suam apud nos recipiant et omni benivolentia honorentur secundum consuetudinem aliis confratribus nostris hactenus observatam. Item postquam obitus fratrum vestrorum defunctorum in capitulo nostro fuerit nunciatus, in missis, vigiliis et aliis orationibus idem pro eis fiat, quod pro aliis confratribus nostris defunctis communiter fieri consuevit. Et ne hec a memoria futurorum alicuius oblivionis serra abradantur in posterum, presentem cartulam inde conscribi et sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Datum Minde anno Domini M^o.CC^o.LXI^o, quinto Non. Julii.

Die angehängten Siegel des Bischofs und des Domcapitels zu Minden sind beide äusserst beschädigt.

¹⁾ Vgl. die Urk. des J. 1259 Nro. 646.

²⁾ Siehe oben Nro. 660.

³⁾ Am 24. Juli 1261 stellten „G. Dei gratia prepositus et postulatus in episcopum Monasteriensem, Hermannus decanus totumque eiusdem Monasteriensis ecclesie capitulum“ dem Bischof und dem Domcapitel zu Minden eine gleichlautende Urkunde hierüber aus. Würdtwein Subs. diplom. X. p. 21.

⁴⁾ So statt „G(erhardo)“.

680.

* *Die Abtei Vreden unterwirft sich unbedingt der Herrschaft und dem Schutze Bischof Gerhard's von Münster* ¹⁾. 1261. Im September. — Abschr. Msc I. A. p. 183; hieraus copirt II. 15. p. 13.

Nos Alheydis Dei gratia abbatissa Vredinensis recognoscimus et tenore presentium protestamur, quod nos abbatiam nostram eiusque bona et homines venerabilis domini nostri G(erhardi) Monasteriensis ecclesie postulati absolute summisimus sive commisimus regimini custodie et tutele, id protestantes presentibus sigilli nostri munimine communitis. Datum et actum a. D. M^o.CC^o.LX^o. primo, mense Septembri.

681.

Papst Urban IV. bestätigt das Domcapitel zu Münster in dem Besitz der vom verstorbenen Bischof Wilhelm angekauften und ihm übertragenen Vogtei über die Kirche zu Billerbeck. 1261 October 25. Viterbo. — Abschr. Msc I. A. p. 352; hieraus copirt II. 7. p. 34; gedr. Niesert U.-B. I. I. p. 380.

Urbanus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis preposito decano et capitulo ecclesie Monast. salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica piis votis et honestis petentium precibus favorem benevolum impertiri. Vestra sane petitio nobis exhibita continebat, quod bone memorie Wilhelmus Monasteriensis episcopus ius advocatie, quod Rodolfus dictus de Meynhüvele miles Monast. dyocesis in ecclesia de Bilrebeke eiusdem dyocesis obtinebat, ab eodem milite, cum nec spirituale sit ius huiusmodi nec annexum spirituali, pro quadam redimens pecunie quantitate ad eum ratione persone sue spectante, illud vobis duxit deliberatione provida prout spectabat ad eum perpetuo concedendum. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, concessionem huiusmodi sicut provide facta est ratam et gratam habentes, eam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communitis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Viterbii VIII. Kal. Novembris, pontificatus nostri anno primo.

682.

Der Edle Walram von Montjoie spricht mit seiner Gemahlin und Schwiegermutter die Eingepfarrten zu Coesfeld von Erlegung des auf sie fallenden Antheils des Kaufpreises für die Herrschaft Vechta frei. 1261 December 13. — Hier nach dem aus dem Original des Stadtarchivs zu Coesfeld geflossenen Abdruck bei Niesert U.-S. II. p. 440.

Walramus nobilis vir dictus de Münziöye et Jutta uxor eius nec non et mater eius Sophia. Omnibus presens scriptum intuentibus notum facimus, quod nos, recepta quadam summa pecunie a parochianis ecclesiarum opidi in Cosvelde Monasteriensis diocesis, secundum quod inter dictos parochianos et Hermannum presbyterum, clericum nostrum dictum de Münziöye, convenit, eosdem parochianos ab omni debito, in quo nobis Monasteriensis ecclesia et diocesis tenebatur ex vendicione quondam comicie nostre de Vegta, pro portione que dictos parochianos contingit absolvimus et liberamus, et tenore presentium absolutos et liberos nuntiamus. Plebani tamen dictarum ecclesiarum et claustra nihilominus pro portione sua solvent quod iustum fuerit. Exceptis etiam illis, siqui manent in dictis parochiis, qui pro duobus

¹⁾ Vgl. oben Nro. 337. 384. und insbesondere Nro. 545.

milibus marcarum certis temporibus nobis solvendis se pro Wilhelmo episcopo bone memorie et ecclesia Monasteriensi fideiussorio nomine obligarunt, quos non absolvimus, donec nobis de dictis duobus milibus marcarum plenarie fuerit satisfactum. Preterea excommunicatos, qui taxationem suam de priori collecta non dederunt, quitos sive absolutos non dimittimus, nisi nobis de ipsis primitive satisfiat. Nos etiam Gerhardus Monasteriensis postulatus tenore presentium promittimus bona fide, quod conventionem predictam observabimus et faciemus ab aliis inviolabiliter observari. In cuius rei testimonium presens scriptum nostro et nobilium predictorum sigillis fecimus communiri. Datum anno Domini M^o. ducentesimo sexagesimo primo, in die Lucie virginis.

Nach Nieserts Zeugnis waren noch Bruchstücke von drei Siegeln vorhanden, nämlich vom dompropsteilichen Siegel B. Gerhards (siehe oben Nro. 660), dem Reitersiegel Walrams und dem Siegel Jutta's, das eine quer reitende Dame darstellte.

683.

* *Das Stift Freckenhorst entschädigt das Kloster Marienfeld für gewisse Ansprüche¹⁾ durch Überlassung eines Zehnten.* 1261. — *Or. Kl. Marienfeld U. 150; Abschr. Msc. I. 106. f. 64'.*

Helewigis Dei gratia dicta abbatissa in Vrekenhorst universis Christi fidelibus huius littere inspectoribus. Sciant omnes, quod Engelbertus comes nobilis de Marke proprietatem mansi in Boyendorpe Bernhardo militi de Warendorpe cum pratis aquis et pascuis liberaliter contulit possidendam, vel pro quibuscumque bonis aliis secundum quod eidem Bernhardo expedire visum fuerit commutandam. Quam proprietatem iam dictus Bernhardus legavit ecclesie nostre cum consensu heredum suorum, pro qua scilicet proprietate nos cum capituli nostri conniventia contulimus ecclesie campi sancte Marie decimam mansi in Ulendorpe²⁾ cum omni integritate, sicut eam iam dictus Bernhardus de manu nostra nomine ecclesie tenuerat; pro ea recepimus in restaurum mansum iam dictum etc. Actum anno Domini M^o. CC^o. LXI^o.

Die Siegel wie oben Nro. 665.

684.

* *Der Ritter Hermann von Velsen³⁾ verkauft gewisse Güter an das Kl. Marienfeld und entschädigt seine Lehnherrin, die Äbtissin von Freckenhorst, durch andere Besitzungen.* 1261. — *Or. Kl. Marienfeld U. 148; Abschr. Msc. I. 106. p. 66.*

In nomine Domini. Amen. Helewigis Dei gratia abbatissa in Vrekenhorst etc. Innotescat igitur presentibus et futuris, quod Hermannus miles dictus de Veltzetan de consensu et beneplacito uxoris sue Cunegundis et liberorum et coheredum suorum domino Johanni abbati et fratribus de campo sancte Marie pro triginta marcis vendidit mansum quendam qui appellatur Honhorst⁴⁾, cum omnibus attinentiis ab eodem abbate et fratribus in perpetuum iure stabili possidendum. Sed quia predicti mansi proprietate ad nostram respiciebat ecclesiam, accessit ad nos idem Hermannus cum uxore et liberis resignans nobis eiusdem mansi proprietatem, quam de manu nostra tenuerat, et nos de nostri consensu capituli ad petitionem et instantiam sepedicti Hermanni eandem proprietatem libera donatione contulimus abbati et fratribus memoratis.

¹⁾ Deren rechtliche Begründung unbekannt ist. — ²⁾ Im Kirchspiel Freckenhorst, nach einem alten Vermerk auf der Rückseite der Urkunde. — ³⁾ Kspl. Altwarendorf. — ⁴⁾ Bauersch Hoenhorst, Kspl. Freckenhorst. Auf diese Güter verzichtete im J. 1261 auch Ritter Hermann's Unterlehnsmann „F. dictus Hundertmarch“ nach einer Benachrichtigung derselben Aebtissin an den Abt von Marienfeld, hier seltsamer Weise „in valle S. Marie“ genannt. — *Or. Kl. Marienfeld U. 149; Abschr. Msc. I. 106. f. 65.*

In huius sane restaurum proprietatis, duarum domorum unius que appellatur Holenseten et alterius Cudindorpen proprietates iam dictus Hermannus nobis contulit, ne nostra ecclesia suo aliquatenus dominio fraudaretur. Ad confirmationem ergo presentis negocii presentem paginam sigilli nostri munimine cautum diximus roborare. Huius rei testes sunt: Anshelmus ecclesie nostre decanus, Godefridus canonicus; item Bernhardus miles de Warendorpe, Hermannus Durthenhagen, Johannes de Ruenberg milites et alii plures. Acta sunt hec anno Domini M^o.CC^o.LXI^o.

Die Siegel wie oben Nro. 665.

685.

* *Sühne zwischen den Städten Coesfeld und Oldensaal* ¹⁾. 1261. — Hier nach Niesert's Abschr. des Orig. im Stadtarchiv zu Coesfeld Msc. III. 28. f. 4.

Viris discretis et honestis, iudici scabinis ceterisque burgensibus in Cosvelde iudices scabini et universitas Aldensele et preterea omnibus presentia visuris salutem in Domino. Que geruntur in tempore, ne labantur cum tempore, poni solent in lingua testium et sigilli memoria perhennari. Noveritis igitur vos et universi presentium auditores, quod discordia que vertebatur inter vos ex una parte et nos ex altera de sano et maturo consilio sopita est, videlicet in hunc modum. Si contingit nos vel nostros gravari, quod absit, a dyocesi Monasteriensi, non imputabimus nec sumemus vindictam de vobis, nisi per vos etiam fieret ut personaliter adessetis. Econtra si vos gravamini, quod absit, a dyocesi Ultraiectensi, non imputabitis nec vindictam sumetis de nobis, nisi personaliter adessemus. Preterea si aliquis de burgensibus vestris habet actionem contra aliquos de nostris, veniet Aldensele proponens querimoniam coram nobis et plenam iusticiam consequetur. Similiter nos, si velimus agere contra aliquos de vestris, veniemus Cosvelde et querimoniam nostram proponemus coram vobis, ibidem iusticiam recepturi. Ut autem habeatur noticia huius rei et ad posteros devolvatur, presens scriptum consignatum nostro sigillo dedimus in testimonium ipsius facti. Datum Aldensele anno Domini M^o.CC^o.LXI^o.

686.

* *Burggraf Heinrich von Stromberg verkauft dem Magdalenen-Hospital in Münster sein Haus Spork*. 1261 (1262) Januar 12. — Abschr. im Copiar des Hospitals p. 17.

In nomine Domini. Amen. Notum sit universis presentibus et futuris, quod ego Henricus burgravius de Stromberg cum consensu fratris mei proprietatem domus que dicitur Spork ²⁾, que mea erat, mediante interventu prudentum virorum scabinorum Monasteriensi civitatis, acceptis ab eis sex marcis Monasteriensi monete, contuli cum universis attinenciis ob remedium anime mee hospitali beate Marie Magdalene in Monasterio ad usus infirmorum ibidem decumbentium iure perpetuo quiete ac libere possidendam. Huius rei testes sunt: Hermannus nobilis de Osedhe, dominus Thidericus de Wulffhem, dominus Willekinus camerarius milites, et universi castellani de Stromberg; Johannes Nycinck, Lutgherus de Offerhus, Gerwinus Dives, Ecbertus Biscop, Gerhardus Swethe, Thethardus Parvus, Conradus de Rekelinchusen, Godefridus de Beveren, Lambertus de Litbeke, Johannes Sasse, Luderus super cimiterium, Johannes Brune et alii quam plures. Ut autem hec actio rata et inconvulsa permaneat, presens scriptum sigilli mei munimine et sigilli castellanorum de Stromberg statui roborandum. Actum anno Domini M^o.CC^o.LX^o. prima, feria quinta in octava epiphanie.

¹⁾ In Over-Yssel. — ²⁾ Im Kirchspiel Liesborn.

687.

* *Verzichtleistung Lantberts von Beckum auf das an das Kl. Rengering verkaufte Gut Hoetmar* ¹⁾. 1261
(1262) Januar 16 ²⁾. — *Or. Kl. Rengering U. 19; Abschr. Msc. I. 108. p. 45.*

Nos G. Dei gratia Monasteriensis ecclesie postulatus omnibus presens scriptum visuris notum facimus, quod Lantbertus de Bekehem et Johannes eius filius bona sita apud Suthhotmen, que monasterio in Rengering legaliter vendiderant, resignarunt apud Woltbeke coram nostra familia, omnique iuri quod in ipsis bonis sibi competeat abrenuntiarunt absolute, voluntarii arbitrando, quod huiusmodi resignatio et abrenuntiatio ita rate essent et stabiles, ac si coram nobis qui tunc ultra Renum fuimus facte fuissent, ut predicti promiserant facere mediante fideiussoria cautione, si in terminis nostre dyochesis fuisset. Quod protestamur presentibus, sigillo prepositure nostre quo adhuc utimur sigillatis. Acta sunt hec in loco predicto hiis presentibus: Hermanno plebano, Everhardo de Lon, Johanne Roscilt, Ludewico de Hichorne, Bernardo de Horste et pluribus aliis de premissis fidem nobis facientibus anno Domini M^o.CC^o.LX^o. primo, secunda feria post octavam epiphanie.

Das angeführte dompropsteiliche Siegel ist ziemlich gut erhalten.

688.

Gerhard, postulierter Bischof von Münster, verkündet zwei unter seinem Vorsitz am 20. März 1261 (1262) festgestellte Synodalbeschlüsse. — *Or. Fr. Münster U. 98; Abschr. Msc. I. 1. p. 363; gedr. Niesert U.-S. IV. p. 3.*

Universis presens scriptum intuentibus innotescat, quod coram nobis G. Dei gratia Monasteriensis ecclesie postulato, cum anno Domini M^o.CC^o.LX^o. primo, XIII^o. Kalendas Aprilis in nostra ecclesia synodo generali cum aliis eiusdem ecclesie prelatibus presedimus, talis ad interrogationem cuiusdam fuit questio diffinita sententialiter, synodo approbante, videlicet: quod si quis habens ab aliqua ecclesia bona sub censu annuo non solverit censum suum infra triennium, quod hic penitus cadit a iure, quod sibi in bonis talibus competeat. Item alia similiter ibidem sententia exstitit diffinita, scilicet, quod habens bona ab aliqua ecclesia ad terminum vite sue iure emphiteosis, quod vulgariter to pacht dicitur, eadem bona absque consensu domini, a quo ea tenet, pignori obligare vel alias alienare non poterit quoquo modo; id protestantes presentibus editis anno et die predictis.

Mit dem dompropsteilichen Siegel B. Gerhards.

689.

* *Papst Urban* ²⁾ *bewilligt dem General und den Provinzialen des Augustiner-Eremiten-Ordens das Recht, abtrünnige Ordensglieder zu excommuniciren oder nach Umständen auch gefangen zu setzen.* 1262.
April 17. Viterbo. — *Or. im Besitze unseres Vereins.*

Urbanus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis generali et provincialibus prioribus presbiteris ordinis heremitarum sancti Augustini salutem et apostolicam benedictionem. Provisionis nostre cupimus provenire subsidiis, ut religio vestra semper in melius Deo propiciante proficiat et siquid obstare dinoscitur publice corrigatur. Vobis itaque, quos in divini nominis amore vigiles delectat extirpare vitia et plantare virtutes, ut apostatas vestri ordinis, nisi vestris salubribus monitis acquiescant, excommunicare aut capere,

¹⁾ Siehe oben Nro. 657, die Urk. des Jahrs 1260. — ²⁾ Nach dieser Urkunde war also Bischof Gerhard an jenem Tage am Rhein. — ³⁾ Nach einer älteren Notiz auf der Rückseite: Papst Urban IV.

si videbitur expedire, possitis, auctoritate presentium concedimus facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Viterbii XV. Kalendas Maii pontificatus nostri anno primo.

Die Bulle fehlt.

690.

* G. Dei gratia Monasteriensis ecclesie postulatus vertauscht die Ministerialin Aleydis, Tochter des Ritters Heinrich Rost, an das Stift Essen gegen Cristina, Tochter des Ritters Otto von Sendene. 1262 Mai 19. Münster. — Abschr. Msc. II. 417 p. 17.

691.

* Bernhard und Hermann Werence verkaufen einen vom domcapitularischen Amte Reken ¹⁾ lehnrübrigen Zehnten an das Domcapitel und entschädigen das Amt Reken durch Überlassung anderer Besitzungen. 1262 Juni 14. Münster. — Abschr. Msc. I. 4. p. 246; Copie II. 45. p. 58.

Noverint universi, quod ego Bernhardus Werence et Hermannus filius meus in capitulo Monasteriensis constituti decimam quandam iuxta Warendorpe sitam vendidimus capitulo Monasteriensi pro XXXIII marcis, et quia dicta decima pertinuit ad officium Reken, in restaurum dicte decime proprietatem nostram, videlicet domum Jegherinc cum hominibus pertinentibus et duo molt siliginis et duo molt brasii de domo Venekulinc ²⁾, cum colono et uxore sua in manus Hermannii decani nunc vero in prepositum electi contulimus, hoc adiecto, quod dicte domus videlicet Jegherinc et Venekulinc et litones in eis habitantes ab omni advocatia nunc et in perpetuum sint immunes, etiam si predictum officium in Reken ad alios devolvatur. Protestamur etiam quod nos in manus dicti prepositi electi et in manus Th. scolastici, Thidmari dicti Norandin et quorundam aliorum canonicorum promissimus fide data, quod nos cum Gerhardo filio nostro et cum filio Hermannii filii nostri et aliis heredibus nostris, quandocumque requisiti fuerimus a capitulo Monasteriensi vel a procuratore capituli, veniemus ad presenciam episcopi et prepositi Monasteriensis, sive ad iudicium quod vrydinc dicitur in quo dicta bona sita sunt, et ibidem dictam proprietatem nostram, sicut moris est et iuxta quod superius expressum est, capitulo Monasteriensi vel eius procuratori assignabimus et literas super huiusmodi contractu tunc scribendas sigillo nostro sigillari faciemus. Super quo presens scriptum in testimonium premissorum sigillo mei Bernhardi predicti est munitum. Datum et actum Monasterii XVIII^o. Kal. Julii a. d. i. M^o CC^o.LXII^o.

692.

Graf Conrad von Rietberg stiftet das Jahresgedächtniss seiner Gemahlin Oda im Kl. Marienfeld vermittelt Schenkung eines Guts in Averwedde ³⁾. 1262 September 20. Marienfeld. — Or. Kl. Marienfeld U. 150a, gedruckt ⁴⁾ von Ledebur Archiv XV. p. 61.

Nos Conradus comes de Retberg universis Christi fidelibus in perpetuum. Noverint universi fideles presentis temporis et futuri, quod nos de consensu Frederici, Conradi prepositi, Ottonis Paderbornensis

¹⁾ Im Kreise Borken. — ²⁾ Im Register der domcapitularischen Officien, Msc. I. 8. versus finem, werden unter Reken aufgeführt: „V solidos Venekolinch, XX denar. Eggerinch“, welche Stelle Niesert U.-S. VII. 591. nicht mit aufgenommen hat. — ³⁾ Bei Gütersloh. — ⁴⁾ Aus einem im Prov. Archiv fehlenden diplomatarium Marienfeldense des 14. Jahrhunderts.

canonici, filiorum nostrorum, aliorumque coheredum nostrorum, propter fidem et spem remunerationis eterne, pro salute anime uxoris nostre Ode iam defuncte necnon et propria salute atque parentum nostrorum contulimus cenobio campi sancte Marie mansum quendam in Ovenwide cum omnibus iuribus suis, excepta decima que ad donationem super eodem manso nos non tangit, ab ecclesia memorata in perpetuum possidendum. In qua sane collatione impetravimus a domino Johanne predicti cenobii abbate, ut pensio annua de supradicto manso collecta singulis annis in die sancti Lamberti martyris cedat ad consolationem conventus ita videlicet, ut eadem die anniversarium predictæ uxoris nostre Ode et post decessum nostrum memoria nostri in ipso die ab eodem conventu devote agatur, et tunc eiusdem mansi pensio in ministerio eiusdem conventus fideliter expendatur. Ut igitur hec predicta stabili vigore permaneant, presens scriptum sigilli nostri et Frederici filii nostri munivimus appensione. Acta sunt hec anno Domini M^o.CC^o.LXII^o. in campo sancte Marie dieque defunctionis beate memorie Ode ¹⁾ uxoris nostre, in vigilia sancti Mathei apostoli. Huic facto interfuerunt: venerabilis dominus S. Paderbornensis episcopus, G. abbas Lisbernensis, L. prepositus Lippensis, R. decanus Susatensis; et H. filius nobilis viri domini Ber. Lippensis, H. nobilis de Osethe, Al. miles de Mudelere, Egbertus de Rokinchusen et alii quam plures.

Sowohl das grössere Siegel Conrads, als auch das kleinere Friedrichs zeigen den Arnsberger Adler, sie haben beide gelitten; an letzterm lässt sich von der Umschrift noch erkennen: S M FREDERICI DE HOR ?)

693.

* Engelbert, Thesaurar zu St. Mauriz ausserhalb Münster, bekundet, dass Helewigis dem Beispiele ihres Mannes Bruno folgend sich mit ihren Kindern als Wachszinsige der Küsterei dieser Kirche übergeben habe. Presentibus: Jurdano decano, Wolhardo, Johanne, Gotscalco, Johanne, Engelberto. Dat. a. D. MCCLXII, in die S. Michaelis (September 29). — Abschr. Msc. I. 69. f. 242. u. 436; hieraus copirt III. 37. f. 242; IV. 3. p. 4.

694.

Graf Heinrich von Dale überträgt ein von ihm lehnrübriges Haus der Johanniter-Commende zu Steinfurt. 1262 October 2. — Hier nach dem aus einer Abschrift geflossenen Abdruck bei Niesert U.-S. V. p. 40.

In nomine Domini. Amen. Heinricus comes de Dale etc. Notum igitur esse volumus tam presentibus quam futuris, quod veniente ad presentiam nostram Alberto famulo de Scirenbeke ²⁾, domum quandam dictam to der Boken, cuius ad nos pertinebat proprietas et quam idem a nobis habebat iure feudali, in manus nostras cum consensu heredum suorum omnium cum omnibus attinentiis eiusdem libere resignavit, omni iure suo quod in eo habuit abrenuntiato. Dictam vero domum Bernardus miles de Widerden a iam dicto famulo pro pecunia inter ipsos conventa titulo emptionis possidebat; nichilominus ipse et filius suus Albertus similiter quicquid in ea iuris habebant, cum hominibus eandem domum colentibus cum omni usufructu resignarunt. Nos vero prefatam domum liberam et ab omni inquietatione immunem in manu nostra tenentes ad petitionem iam dictorum, pio de consensu filiorum nostrorum et heredum nostrorum omnium, ad remedium anime nostre, ad honorem Domini nostri Jesu Christi et beate genitricis Dei sanctique Joannis Baptiste fratribus et domui hospitalis Jherosolimitani in Steinvordia donavimus in proprietate perfecta libere perpetuo possidendam cum hominibus et omnibus attinentiis tam in nemoribus quam in marchionibus, pascuis, agris cultis, si quos etiam haberet incultis. Ut autem hoc factum in suo vigore et robore firmum permaneat, presentem paginam scribi fecimus sigilli nostri munimine roboratam. Acta sunt hec

¹⁾ Die also nicht nach dem 20. September 1261 gestorben sein kann, wonach die Stammtafel II, bei Seibertz d. Gr. von Westfalen zu verbessern ist. — ²⁾ Seine Frau Beatrix war Erbtöchter von Horstmar. — ³⁾ Man kann auch „Stirenbeke“ lesen.

anno Domini M^o.CC^o.LXII^o dominica post Michelis, coram testibus subnotatis: Conrado milite de Velen, Corwino ¹⁾ de Dudincwerde milite, Frederico de Widerden milite, Heinrico famulo de Borclo et aliis quam pluribus.

695.

* Gerhard, postulirter Bischof von Münster, bestätigt die von seinem Vorgänger Wilhelm vollzogene Überweisung ²⁾ der Lambertikirche zu Münster an das Domcapitel. 1262 November 3. Münster. — Abschr. Msc. I. A. p. 355.

Universis visuris presentia innotescat, quod nos G. Dei gratia Monasteriensis ecclesie postulatus collationem, quam quondam venerabilis pater dominus Wilhelmus pie recordationis Monasteriensis episcopus fecit de ecclesia sancti Lamberti Monasteriensis ecclesie ad usus, canonicorum ipsius, ratam et gratam habemus eamque liberaliter confirmamus, quod tenore presentium protestamur. Actum et datum Monasterii a. D. M^o.CC^o.LXII^o. III. nonas Novembris.

696.

Der Edle Conrad von Velen überträgt den mansus Erpesvelde in parochia Wintereswic dem Kl. Marienborn. 1262. Presentibus: Aleyde domina de Ahus, Bernardo filio eiusdem, Conrado Stric, Everhardo de Damhusen, Wescelo de Kemnade, Bernardo Flore militibus; Egberto de Gronlo. — Abschr. im Copiar des Kl. Marienborn p. 8; gedr. Niesert Kl. Marienborn p. 57.

697.

Otto, Graf von Ravensberg, bekundet, dass Gerhard genannt Duvellescop und sein Sohn Heinrich dem Kloster Marienfeld zwei Mansen in der Villa Horste im Kirchspiele Stapellage ³⁾ verkauft haben, welche sie von ihm zu Lehen trugen. 1262. TT. Bernardus vir nobilis de Lippa, Fredericus notarius noster, Heinricus Vinko, Reinbertus dapifer, Harderadus Vulf, Ludewicus Hake, Bernhardus Lethebur, Herbordus Vos et alii . . . — Or. Kl. Marienfeld U. 152; Abschr. Msc. I. 406. f. 147; II. 77. p. 160. Nach ersterem Copiar gedr. Zeitschr. IX. p. 305.

Das Siegel des Grafen ist wohlerhalten.

698.

* Gütertausch zwischen dem Stift Freckenhorst und dem Kl. Marienfeld. 1262. — Or. Kl. Marienfeld U. 151; Abschr. Msc. I. 406. f. 63.

In nomine Domini. Amen. Helewigis Dei gratia abbatissa in Vrekenhorst etc. Sciunt igitur presentes et posteris, quod veniens ad nos Hermannus laicus de Odelinchusen et resignans nobis ius feudale cuiusdam mansi in villa Bekeseten ⁴⁾, quem de manu nostra tenerat in feodo, suis a nobis exegit precibus et optinuit, accedente nichilominus ad hoc beneplacito domine Sophye priorisse nostre necnon et tocuis conventus nostri consensu in id ipsum conveniente, ut predicti mansi proprietatem domino Johanni abbati et cenobio campi sancte (Marie) conferre donacione perpetua dignaremur. In cuius sane proprietatis restau-

¹⁾ „Gerwino“? — ²⁾ Vgl. oben z. J. 1260 Nro. 671. — ³⁾ Im Fürstenth. Lippe, westlich von Detmold. — ⁴⁾ Bexte, Kspl. Ennigerloh.

rum assignavit ecclesie nostre idem abbas illarum possessionum proprietatem, quas de manu sua filii domini Hermanni de Poppinsele tenerant, videlicet in Ketteslere¹⁾, in Hoyncdorpe, in Bruninchusen et in Judikenuvele, ut iam dicti Hermanni filii eundem respectum ad ecclesiam nostram de iam nominalis possessionibus in posterum habeant, quem ad abbatem hactenus habuerunt. Hiis ita peractis prefatus Hermannus de Odelinchusen consentientibus uxore sua et filia, de quarum etiam voluntate omnia predicta manaverant, acceptatis et acceptis quadraginta marcis denariorum a sepedicto abbate, vendidit eidem mansum prelibatum in Bekeseten, ab eodem abbate et sua ecclesia usu perpetuo possidendum. Ad huius igitur facti evidentiam et firmitatem in posterum habendam presentem paginam sigilli nostri munimine cautum duximus roborare. Huius etiam rei testes sunt: dominus Anshelmus decanus, Godefridus, Rotcherus canonici ecclesie nostre, Hermannus sacerdos de hospitali; Bernhardus de Warendorpe, Hermannus de Veltzetzen, Fredericus Hunderetmarc, Arnoldus filius domini Bertoldi milites; item Otto de Vrekenhorst, Everhardus de Welepe, Ludolfus de Walegarden et alii plures. Acta sunt hec anno Domini M^o.CC^o.LXII^o.

An der Urkunde hängen noch die Siegel der Aebtissin und des Capitels zu Freckenhorst.

699.

* *Hermann Propst, Johann Dechant und das Kapitel des Domes zu Münster bekunden, dass sie die curtis Kelinghof und die neun dazu gehörenden Mansen dem Ritter Conrad von Mechlen, seiner Frau Christina und seinem Bruder Levold verkauft, und für den Kaufpreis die Güter Brotherinc und den Mansen Gerninc (bonorum Brotherinc et mansi Gerninc siti upper A) anzukaufen beschlossen hätten.* Acta sunt hec Monasterii in veteri ecclesia sancti Pauli hiis de prelati et canonicis ecclesie nostre presentibus qui sunt: Johannes decanus, Thidericus scholasticus, magister Fredericus sancti Ludgeri prepositus, Cesarius Ferleben, Gerhardus de Lon, Bernardus de Asbeke, Thitmarus et Adolphus dicti Norendin, magister Remfridus, Brunstenus de Billerbeke, Rotgerus de Didinchove, Hermannus de Menhuvele, magister Lutbertus, Hermannus de Vorste, Gizelbertus de Warenthorpe, magister Hinricus ac ceteri concanonici pene omnes; item laici: Hermannus et Rodolphus de Menhuvele, Thidericus de Sconenbeke, Rembertus de Stochem, Nicolaus de Beveren, Gerlacus de Lon et Hinricus de Emesbroke milites; item cives Monasterienses: Gerwinus Dives, Hinricus Juvenis, Hinricus de Wolthorpe, Lambertus de Litbeke, Hermannus de Rene et alii quam plures. Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo VII. Idus Januarii. 1262 (1263) Januar 7. — *Abschr. Msc. II. 31. p. 313.*

700.

* *Memorienstiftung des Domvicars Bernhard von Warendorf in der Katharinen-Kapelle des Doms. 1262 (1263) Februar 4.* — *Or. Fr. Münster U. 400; Abschr. Msc. I. A. p. 402; I. 61. f. 6; IV. 2. p. 243; IV. 13. p. 36.*

Universis hanc litteram intuentibus notum sit, quod dominus Goscalcus dictus de Warendorp, vicarius ecclesie Monasteriensis, de consilio . . . decani et capituli Monasteriensis duas domos capelle beate Katerine attinentes pro XLIII marcis vendidit, quibus XVI marcis de suo appositis, de consilio eorundem . . . decani et capituli curiam in Kedindorp cum hominibus ac universi generis fructibus ad eandem pertinentibus, insuper decimam VI denariorum ad capellam predictam pro LX^a marcis comparavit; ratione illarum XVI marcarum appositarum de summa IX solidorum sic disponens taliterque suum ordinans testamentum, quod quicumque vicarius eiusdem capelle fuerit, eidem Goscalco, etiam si ad aliquam religionem se trans-

¹⁾ Bauerschaft Kessler an der Lippe östlich von Herzfeld.

tulerit vel alteri cuicumque assignaverit, IX solidos solvat annuatim, post obitum ipsius idem vicarius eodem IX solidos, VI solidos videlicet capitulo, XII denarios vicariis Monasteriensibus, et duos solidos canonicis veteris ecclesie sancti Pauli in anniversario eiusdem Goscalci singulis annis soluturus. Ad missam insuper unam de beata virgine singulis septimanis celebrandam, ac ad premissa expedite solvenda patronis eiusdem capelle se memoratus vicarius obligabit. In cuius rei testimonium presens pagina sigillo capituli Monasteriensis communitur. Datum a. D. millesimo ducesimo sexagesimo secundo, Kalendis Februarii.

Das Siegel ist nicht mehr vorhanden.

701.

* G(erhardus) Dei gratia Monasteriensis episcopus etc. Gertrudim uxorem Hermanni de Bocholte ministerialem nostre ecclesie damus venerabili domine abbatisse et ecclesie Esnedensi ministerialem, recipientes Gertrudim filiam Arnoldi de Stoveren dicte ecclesie ministerialem pari concambio pro eadem. Actum Monasterii a. D. M^o.CC^o.LX^o. secundo, secunda feria post Letare. 1262 (1263) März 12. Münster. — Abschr. Msc. II. 417. p. 13.

702.

B. Gerhard schlichtet einen Streit zwischen dem Capitel des alten Doms zu Münster und verschiedenen Laien wegen gewisser bei dem Liebfrauenkirchhof und vor dem Jüdefelder- und Kreuzthore belegenen Besitzungen.

1262 (1263) März 13. Münster im Bischöflichen Palast. — Abschr. Msc. I. 61. fol. 28 ; Copie IV. 2.

p. 245; gedr. Wilkens G. d. St. Münster p. 125.

Gerhardus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus etc. Notum sit igitur singulis et universis tam in presenti vita constitutis, quam post hoc venturis, ad quod presens scriptum pervenerit, quod lis et totius dissensionis materia diu ventilata inter prepositum, decanum et capitulum veteris ecclesie S. Pauli Monasteriensis ex una parte et Engeram relictam Henrici Schalip defuncti eorumque liberos et heredes, item Nicolaum de Rist militem et Floren dictum de Stormethe laycos ex altera super dote eiusdem ecclesie beati Pauli, videlicet areis quibusdam sitis prope cimiterium beate Marie Monasteriensis et agris quibusdam sitis prope muros civitatis Monasteriensis inter portam Crucis et aliam portam, que Judenvelde-Porte vulgariter appellatur, per nos tanquam mediatorem et amicabilem compositorem a partibus hincinde electum taliter ut subsequitur est sopita. Predicti prepositus decanus et capitulum prefatis laicis ad iussum nostrum compositionis nomine dederunt quadraginta quinque marcas Mon. monete, quos denarios iidem layci inter se diviserunt et sic Engela predicta et duo filii sui Jacobus et Henricus et Engela filia eiusdem ab omni iure, si quod ipsis competeat vel competere poterat in areis et agris predictis, recesserunt totaliter, illud in manus nostras ac decani et capituli predictorum ad utilitatem ipsius capituli absolute ac libere resignantes. Verum quia una de filiabus Engele predictae Cunece nomine absens tunc temporis fuit et in partibus remotis degebat, sponderunt et in se receperunt pro ipsa Jacobus frater eius predictus et Themo Pininch et Flore, quod eadem Cunece predictam compositionis ordinationem nullo unquam tempore infringeret vel infringi faceret, quinymo inviolabiliter observabit. Item Nicolaus de Rist miles et Flore de Stormethe predicti a pignoris iure, quod in areis et agris memoratis se habere dicebant, recesserunt totaliter, libere illud et absolute nobis et sepedictis preposito decano et capitulo ad utilitatem ipsius capituli resignantes. Quibus omnibus rite peractis, laycos omnes premissos ab excommunicationis et anathematis vinculis absolvi fecimus, quibus pro dicta causa fuerant innodati. Acta sunt hec coram nobis Monasterii in palatio nostro anno Domini M^o.CC^o.LXII^o, III^o Idus Marcii, presidente sancte Romane sedi sanctissimo patre domino Urbano papa IIII, indictione sexta, presentibus: Johanne dicto Werencen decano, Theodorico dicto de Adenoys scolastico, magistro Renfrido, Brunsteno, Johanne de Retho et Rothgero de

Dydinghoven canonicis maioris ecclesie Monasteriensis, decano et capitulo veteris ecclesie predictae, Johanne plebano S. Marie Monasteriensis; laycis: nobili viro Adolpho de Waltege, Hermanno de Daverenberge, Hermanno de Langen, Luberto gogravio de Alen et fratre suo Alberone, Henrico Scrodere, Remfrido de Schorlemere et Henrico de Bermetvelde militibus, fratre Bernhardo dicto Schotte; scabinis civitatis Monasteriensis: Johanne dicto Nycinc, Gerwino Divite, Henrico dicto Junge, Thidhardo Parvo et Johanne de Bevernem et aliis quam pluribus. Ut autem predictae compositionis ordinatio rata permaneat et inconversa, presentem paginam nostre et ecclesie maioris fecimus sigillis communiri. Feliciter in Domino. Amen.

703.

Dietrich von Schonebeck stiftet für Hermann von Velen eine Memorie und für sich die Bruderschaft im Kl. Marienborn zu Coesfeld. 1262 (1263) März 14. — Orig. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archive; Abschr. im Copiar des Klosters p. 8; gedr. Niesert Marienborn p. 56.

Ego Thidericus miles dictus de Sconenbeke protestor presenti scripto, quod curia dicta Bocholte ¹⁾ pro memoria Hermannii de Velen et uxoris eiusdem et pro confraternitate perpetua, quam ego et uxor mea desideramus, dabit unum molt tritici mensure secundum mensuram pensionis curie annuatim monialium capitulo Cosveldensi . . . Datum a. D. M^o.CC^o. sexagesimo secundo, quarta feria post Letare.

Das Siegel ist abgefallen.

704.

Graf Conrad von Rütberg schenkt seiner Tochter, der Nonne Oda, und dem St. Ägidii-Kloster zu Münster ein aus den Gütern der Grevinchove ²⁾ auszuwählende Hove. 1263 März 25 ³⁾. — Or. Kl. Ägidii U. 35; Abschr. Msc. I. 84. p. 216; gedr. Niesert U.-S. II. p. 475.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Conradus Dei gratia comes in Retberge omnibus astantibus et futuris, presentem paginam inspecturis, eterne consortium claritatis. Notum esse cupimus omnibus bone fidei viris, quod nos motu debite pietatis, cum heredum nostrorum consensu et complacentia, dilecte filie nostre Ode sanctimoniali et conventui ecclesie beati Egidii Monasteriensis civitatis mansum, quem vellent eligere de mansis subiacentibus curie in Grevenchove, contulimus cum omnibus suis adiacenciis, lignis, agris, pratis, aquis et pascuis propriis et communibus, quamcito ab usufructu domine Gozstue uxoris Everhardi militis dicti de Lon morte vel casu alio solveretur. Unde ad iam dicti mansi electionem Lambertus eiusdem ecclesie officialis cum aliis litoribus ecclesie sancti Egidii ex tunc peregre pertransivit et mansum dictum Elmhorst ⁴⁾, cum eorundem litorum consensu, concorditer perelegit. Acta sunt hec presentibus hiis: venerabili abbatissa de Hervordia, abbatissa de Hersebroke, Bernardo nobili de Lippia, Hermanno fratre suo, Frederico comite de Retberge, Conrado preposito sancti Martini, Ottone canonico Paderbornensis ecclesie, Gerhardo commendatori sancti Geordii (*sic!*) Monasteriensis civitatis. Ut hec sine interruptione perseverent, sigillo domini mei Monasteriensis episcopi, Friderici comitis filii mei volumus et instanter petimus confirmari. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo tertio, in ipso die annuntiationis beate Marie.

Nur das grosse herzförmige Siegel des Grafen Conrad mit dem Arnsberger Adler ist, aber nicht im besten Zustande, erhalten.

¹⁾ Der Schreiber des Copiar's fügt hinzu „in parochia Lecden“, wo aber die neuern Karten ein „Bocholte“ nicht aufweisen. — ²⁾ Im Kirchsp. Albersloh. — ³⁾ Setzt man den Jahresanfang auf Ostern, so fällt diese Urkunde ins J. 1264. — ⁴⁾ Später „Werninck“ nach einer Notiz auf der Rückseite der Urkunde.

705.

* *B. Gerhard bezeugt die vor seinem Vorgänger Wilhelm erfolgte Resignation eines Zehnten, deren schriftliche Beurkundung durch dessen Tod verhindert sei. 1262 (1263) März. — Abschr. Msc. I. 4. p. 178.*

Gerhardus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus omnibus presentes literas inspecturis notum facimus quod de subscriptis nobis plena fides facta existit. Videlicet quod Rutgherus dictus de Mirsemulen constitutus in predecessoris nostri quondam domni Wilhelmi pie recordationis presentia decimam dictam Muschem sitam in parrochia ecclesie in Bocholte, quam ipse a nostra ecclesia in feodo tenuit, in manibus predecessoris nostri eiusdem libere et absolute ad manus fratris sui Weneri sacerdotis resignavit, presentibus et ad hoc vocatis subscriptis, videlicet venerabilibus viris Hermanno de Didynchove decano, Johanne dicto Werenze thesaurario, Gotfrido vicedomno, Frederico preposito sancti Ludgeri et magistro Luberto ecclesie nostre canonicis, Wenero sacerdote rectore ecclesie sancti Jacobi Monasteriensis, item Symone et Engelberto de Gemene viris nobilibus, Hermanno de Langen, Bittero et Wenero fratribus de Retho militibus aliisque quampluribus, quorum plures plenam fidem nobis fecerunt de premissis, licet inde receptum non fuit scriptum ipsius nostri predecessoris, id preveniente morte eiusdem statim postmodum subsecuta. Unde ne predicta rite gesta in oblivionem inprovidite transire contingat, ea presenti scripto nostro sigillo munito ut hominum labilem iuvemus memoriam, protestamur. Datum anno Domini M^o.CC^o.LX^o. secundo, mense Marcii, pontificatus nostri anno primo ¹⁾.

706.

* *B. Gerhard überträgt einen ihm resignirten, im Decanat Rheine belegenen Zehnten dem Kloster Langenhorst. 1263 April 9 Münster. — Or. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archiv.*

Universis presens scriptum intuentibus innotescat quod nos G. Dei gratia Monasteriensis episcopus decimam quandam sitam in terminis decanatus sive banni in Rene, videlicet de domo Johannis in Offenhem tria molt siliginis, item de manso dicto Dichus sito in parrochia Soltesberg duo molt siliginis et minutam decimam, et de domo Herewici de One duo molt et dimidium siliginis cum minuta decima, solvendam per decimalem mensuram, quam Adolfus de Wic, qui eandem a nostra in feodo tenuerat ecclesia, libere et absolute una cum uxore sua et quodam eorundem puero in nostris manibus resignavit abrenunciatis omni iuri quod ipsi competeat in ipsa, monasterio in Langenhorst contulimus proprietatis iure perpetuo possidendam. In cuius rei noticiam dicto monasterio dedimus presens scriptum sigilli nostri munimine roboratum. Actum Monasterii presentibus: Johanne de Retho et magistro Lubekino ecclesie nostre canonicis, Themone nostro notario, fratre Hermanno monasterii predicti converso; item Wetcelo de Lembeke, Gerlaco de Lon, Conrado Stric, Gerhardo de Olfen et Wilhelmo de Stenvorde militibus; Gerwino Divite, Hinrico de Wolthorpe civibus Monasteriensibus et aliis multis probis viris. Anno Domini M^o.CC^o.LX^o. tercio, quinto Ydus Aprilis.

Das Siegel ist nicht erhalten.

¹⁾ Dieser Ausdruck ist von dem Empfang der bischöflichen Weihe zu verstehen, der erst nach dem 3. November 1262, wo Gerhard sich noch „postulatus“ nennt, erfolgt sein kann.

707.

Das Kloster zu Nordhausen verkauft zwei Höfe bei Gemen und Bocholt, beide Conincinchof¹⁾ genannt, an den Bischof Gerhard von Münster. 1263 April 30. — Or. Fr. Münster U. 102; Abschr. Msc. I. A. p. 78; gedr. Kindlinger Volmestein II. p. 166; unvollständig bei Köster Dipl. Beitr. II. p. 77.

Universis Christi fidelibus visuris presentia innotescat, quod nos Widigo prepositus, Hugoldus decanus et capitulum ecclesie Northusensis Maguntine dyocesis, ecclesie nostre utilitate pensata, de communi consilio et unanimitate curtem Conincinchof sitam iuxta Gemene et curtem similiter dictam Conincinchof sitam iuxta oppidum Bocholte ac alia universa ecclesie nostre bona sita in Monasteriensi dyocesi, exceptis tantum bonis Gerwini de Rinckenrothe militis, curte videlicet in Bochorst cum hominibus ac aliis quibuscumque ipsius attinentiis, et Ludolfi de Buckestorpe militis, scilicet curte in Buckestorpe et eius attinentiis universis, mansis quoque duobus sitis iuxta castrum Benthem, scilicet Westenberge et Busginc, bonisque sitis in Northlandia extra dictam dyocesan que monasterium in Borstelo tenet tytulo emptionis, — in agris, pratis, pascuis ac nemoribus, necnon et quibuscumque aliis ipsorum attinentiis, simul cum ministerialibus, vassallis, cerocensualibus et mancipiis sive servis nostre ecclesie in predicta Monasteriensi dyocesi ac alias ubicumque ad bona predicta spectantibus constitutis, venerabili in Christo patri, domino Gerardo iam dicte ecclesie Monasteriensis episcopo, venditione legali vendidimus et vendimus ducentis marcis, quindecim marcis minus, absolute et libere puroque proprietatis iure et absque onere advocatie, quam cuiquam ecclesia nostra recognoscat seu de iure recognoscere debeat vel etiam warantizet; dictis ministerialibus ad sepe fatam ecclesiam Monasteriensem transituris in iure suo antiquo, quo secundum consuetudinem nostre ecclesie gavisus sunt hactenus, quod est tale videlicet, quod morientis ministerialis filia non existente filio patri suo in feodalibus bonis succedit, herwadio sese ultra marcam monete imperii, Tremoniensis scilicet, minime extendente. Premissa quidem ita emit prefatus episcopus, quod de ipsis voluntatem suam disponendi habeat liberam facultatem. Ut autem supradicta venditio rata permaneat et inconversa, presens scriptum hincinde confectum ecclesie nostro sigillo fecimus communiri. Actum anno Domini M^o.CC^o.LX^o. tertio, pridie Kalendas Maii.

Nur die Siegelfäden von grüner, gelber und rother Seide sind noch vorhanden.

708.

* B. Gerhard überträgt die ihm²⁾ vom Burggrafen Godfried von Rechede resignirten Zehnten dem Marienaltar zwischen den beiden Thürmen des Domes zu Münster. 1263 April. — Or.³⁾ Fr. Münster U. 103 u. 104; Abschr. Msc. I. A. p. 426.

Gerhardus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus. Omnibus presens scriptum intuentibus notum esse cupimus, quod decimam quandam, quam de manu nostra et ecclesie Monasteriensis in pheodo tenu-

¹⁾ Dieser Name stammt von der Königin Mathilde, Gemahlin König Heinrichs I., her, die durch ihren Vater Dietrich eine Urenkelin Herzog Widukinds war, und aus ihrem väterlichen Erbtheil ausser andern Klöstern, auch das zu Nordhausen stiftete. Um die Ausdehnung der Besitzungen des Widukindischen Hauses in Westfalen und namentlich im Münsterlande zu bestimmen, ist daher die vorliegende Urkunde noch jetzt von Wichtigkeit. Ueber die Lage des Königinhofes bei Gemen und die Identität desselben mit dem heutigen Schützenhof Müppenberg sind die Untersuchungen des Reichsfreiherrn von Landsberg-Velen in Fahne's Gesch. der Westphälischen Geschlechter p. 168 zu vergleichen, der mit Recht die bei Kindlinger Beitr. III. 1. U. p. 5. gedruckte Urkunde Heinrichs II. aus dem J. 1016 (Erhard Regg. 870), worin der König „monasterio in Nordhusen — ab attava nostra — regina Mathilda constructo — quandam curtim Gamin dictam, quam eadem regina predictae ecclesie contulit, sitam in pago Wesvalorum“ bestätigt, auf Gemen bei Borken bezieht, — während Kindlinger dies für den heutigen Schulzenhof Gamen bei Lünen hält. Hinsichtlich des Königinhofes bei Bocholt bemerke ich, dass südöstlich von dieser Stadt noch heute die „Königsmühle“ liegt. Vgl. oben die U. Nro. 218 u. 343.

²⁾ Oben z. J. 1261 Nro. 676. — ³⁾ Die Urkunde ist in zwei Ausfertigungen vorhanden. In dem einen Exemplar sind die

rat Godefridus miles boregravius in Rechethe, de consensu heredum suorum, accedente eciam ad hoc consensu et voluntate Theoderici dicti Krethenne, qui eandem decimam in pheodo tenuerat a boregravio predicto et venditionis titulo transtulit in Alberonem vicarium Monasteriensem, nobis in manus nostras libere resignavit, nosque de consensu capituli nostri proprietatem dicte decime altari sancte Marie inter duas turres Monasteriensis predictae ecclesie et eius rectori sive provisorio in divinis, quicumque pro tempore fuerit, contulimus et assignavimus perpetuo possidendam. Hec autem est decima: domus Wolterinchof sita in parrochia Dulmene solvit tres solidos in assumptione beate Marie virginis; Velthus domus Reineri sita in parrochia Sendene solvit duos solidos et duos modios tritici in festo Martini; domus Heithenrici sita in parrochia Nutlon solvit manipulos et minutam decimam. Acta sunt hec presentibus: domino Johanne dicto Werenzen decano, domino Theitmaro Norandino, magistro Reinfrido, magistro Frederico, Bernhardo de Asbeke et magistro Lutberto canonicis Monasteriensibus; item domino Heinrico de Rechethe, Renfrido de Stocheim, Wilhelmo officiali domini Monasteriensis episcopi militibus, et Theoderico dicto Spindere ac aliis quam pluribus. In cuius rei testimonium presens scriptum nostro sigillo fecimus communiri. Datum et actum a. D. M^o.CC^o.LXIII^o. mense Aprili.

Das an beiden Ausfertigungen vorhandene Siegel zeigt den Bischof auf einem mit Thierköpfen geschmückten Sessel sitzend, den Bischofsstab in der Linken, die Rechte wie zum Segen emporgestreckt. Die Umschrift lautet: GERARDUS DEI GRA. MONASTN. ECCE EPS. Ueber dem Haupte des Bischofs befindet sich eine Abbildung des von ihm später eingeweihten ¹⁾ Domes. Auf der Rückseite ist das Secret mit dem Märkischen Wappenschilde.

709.

* *B. Gerhard eignet dem Kloster, Marienborn zu Coesfeld einen von den bisherigen Lehnsträgern resignirten Zehnten zu. 1263 Mai 26. Münster im bischöflichen Palaste. — Or. im Besitz unseres Vereins; Abschr. im Marienborner Copiar p. 6.*

Universis Christi fidelibus presens scriptum intuentibus innotescat, quod nos G. Dei gratia Monasteriensis episcopus decimam domus Hildebrandi de Oldenthorpe site in parrochia Bilrebeke, simul cum minuta decima trium domorum sitarum in agris domus predictae, quam Hermannus de Monasterio miles resignatam sibi absolute et libere a Johanne de Holthusen dicto Gogravio, qui ab ipso milite eandem decimam immediate a nostra tenente ecclesia iure feudali tenuerat, deinceps iure eodem, libere et absolute in manibus nostris resignavit, sanctimonialibus in Cosveldia conferre dignum duximus proprietatis iure perpetuo possidendam. In cuius rei noticiam presens scriptum hinc inde confectum munimine nostri sigilli fecimus communiri. Actum Monasterii in aula nostra VII^o. Kalendas Junii anno Domini M^o.CC^o.LX^o. tercio, presentibus venerabilibus viris: Widekinno preposito, Johanne decano et Brunsteno canonico Monasteriensis, Heydenrico decano sancti Ludgeri Monasteriensis et Johanne de Dorvelde.

weltlichen Zeugen nicht mehr namentlich aufgeführt; an dem andern vollständigen Exemplar finden sich zur Seite zwei Pergamentstreifen angenäht mit folgendem gleichlautenden Vermerk von einer Hand des 14. Jahrhunderts:

De domo Velthus cum suis attinentiis, quam Hermannus de Schonenbike et Hinricus molendinarius receperunt a reverendo viro . . . episcopo Monasteriensis in iure pheodali, solvent annuatim quolibet festo Martini quivis eorum unum solidum denariorum legalium et unum scepel tritici mesure Monasteriensis pro decima que dicitur lose. *Istud ego Everhardus sigillavi.*

Das kleine elliptische Siegel Everhards enthält das Bild eines Pfauen.

¹⁾ Ueber das Jahr der Einweihung vgl. meine Anmerkung zu der Urk. vom 1. März 1265 (1266).

710.

* *Godfried, Burggraf von Rechede, und sein Sohn Hermann bekunden, dass ihr Sohn, beziehungsweise Bruder, der Ritter Heinrich, dem Kloster Kappenberg behufs einer Memorienstiftung für ihre Familie eine Getreideernte aus seinen Gütern in Wirinctorp¹⁾ überwiesen habe. Als Zeugen erscheinen Conrad und Johann, Enkel des Burggrafen. 1263 Juni 16. — Abschr. ex copiaro sæc. XIII. Msc. II. 45. p. 220.*

711.

* *Der Edle Bernhard der jüngere von Lippe schenkt seinem Amtmann Wilhelm, dessen Bruder im Dienste Bernhards zu Lippstadt gefangen genommen und widerrechtlich enthauptet worden, die Vogtei über Herinctorpe²⁾. 1263 Juni 16. — Or. Kl. Liesborn U. 69; Abschr. Msc. I. 99. f. 34¹; I. 101. f. 65; IV. 9. f. 144.*

Bernardus iunior nobilis de Lippia universis ad quos presens scriptum pervenerit salutem. Nosse cupimus tam presentes quam futuros, cum Johannes, frater Wilhelmi dicti de Herinctorpe nostri famuli et officialis, in nostro servitio existens a civibus Lippensibus minus debite comprehensus et per civilem sententiam novercantem esset decollatus, quod nos in restaurum et mitigationem molestie et contumelie, quam idem W. habuit ex eo quod dictum Jo. fratrem suum morte perdidit preoccupata, advocatiam curtis sue in Herinctorpe, que hucusque nostro pertinebat dominio, dicto W., uxori sue necnon iustis heredibus suis tam natis quam nascituris contulimus libere et quiete perpetuo possidendam. Ut autem talis nostra collatio firma permaneat, et ne etiam nostra posteritas eandem in futuro valeat revocare, presentem paginam conscribi fecimus et nostro sigillo in ampliore cautionem iussimus communiri. Testes vero sunt: Alradus Niger, Siffridus de Huffa nostri castellani in Rede, Godescalcus Slavus³⁾, Heythenricus noster notarius et Hermannus de Odelinchusen et alii quam plures. Datum anno Domini M^o.CC^o.LXIII^o, in crastino beati Viti.

Das kleine herzförmige Siegel ist sehr beschädigt.

712.

* *B. Gerhard überträgt dem Kl. Liesborn zwei Zehnten in Linzel⁴⁾ und Rassenhövel⁵⁾. 1263. — Or. Kl. Liesborn U. 74; Abschr. Msc. I. 99. f. 43; I. 101. f. 28; II. 203. p. 42.*

† Gerhardus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus universis presentem litteram inspecturis in Domino salutem. Noverint universi tam futuri quam presentis evi fideles, nos decimam in Linchensele cum decima minuta et cum redditibus novem solidorum eidem decime attinentibus . . abbati et conventui Lisbernensis monasterii contulisse perpetuo possidendam. Quam decimam nobilis vir B. de Lippia de manu nostra et ab ipso Hermannus dictus de Lippia miles ministerialis eius in feodo tenebat. Ipsam ergo decimam dicto Hermannus cum heredibus suis in manus prefati nobilis viri B. et filii eius Bernhardi, ipso quoque B. seniore cum eodem filio suo et aliis heredibus suis in manus nostras vicissim resignantibus, nos intuitu retributionis eterne ipsam dictis . . abbati et conventui petitione iam dicti Hermannus de consensu heredum suorum integraliter conferentes, contradictores quoscunque excommunicavimus et excommunicamus. Contulimus etiam dictis . . abbati et conventui decimam quatuor solidorum in Rasnuvele, quam Godefridus dictus de Lon a nobis in feodo tenuerat et pro se et pro heredibus suis in manus nostras libere resignavit. In cuius rei argumentum presentem litteram inpressione sigilli nostri cautum duximus roborari. Testes

¹⁾ Im Kirchspiel Südkirchen. — ²⁾ Wahrscheinlich Hentrup, Kirchsp. Liesborn. — ³⁾ Vorfahr der jetzigen Herren von Wendt. — ⁴⁾ Oestlich von Stromberg. Vgl. Msc. I. 99. f. 43. — ⁵⁾ Kspl. Herzfeld.

huius rei sunt: Johannes decanus, Theodericus scolasticus, Brunstenus, Cesarius, Renfridus et Lutbertus canonici ecclesie nostre maioris; laici: Engelbertus comes de Marca frater noster, Hermannus de Lanchene, Hermannus de Daverenberg et alii quam plures. Acta sunt anno Domini M^o.CC^o.LXIII^o.

Das Siegel des Bischofs ist ziemlich gut erhalten.

713.

* *B. Gerhard bestätigt die Äbtissin Gertrud von Nottuln in dem Besitz eines zu Alt-Nottuln angekauften Hauses. 1263. — Or. Kl. Nottuln U. 49; Abschr. Msc. IV. 1. f. 222; IV. 13. f. 144.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Gerhardus divina favente clemencia Monasteriensis episcopus universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis in perpetuum. Ne gestarum rerum memoria processu temporis evanescat et pereat, scripture solet testimonio roborari. Ea propter dilecta nobis in Christo filia domina Gertrudis Nutlonensis ecclesie abbatissa et eiusdem ecclesie conventus humiliter a nobis supplicarunt, quatinus domum quamdam, quam ad usum Nutlonensis ecclesie de suis proventibus et rebus propriis acquisierunt, scripto nostro confirmare et sigillo nostro roborare dignaremur. Nos vero attendentes dignum fore iustis petencium desideriis non deesse, immo vota que a rationis tramite non discrepant merito nos debere effectu prosequente complere, iustis prefatarum precibus facilem prebentes assensum annuimus. Noverint igitur universi tam presentes quam futuri, quod prenominata abbatissa ac eius conventus de suis proventibus domum in Aldennutlon, quam Henricus et Johannes fratres dicti de Aldennutlon ecclesie Nutlonensis ministeriales ab eadem ecclesia tenebant in feodo, ab eisdem fratribus pro XXX^a marcis comparaverunt, quam supradicti fratres cum universis eorum coheredibus in vigilia annunciationis domine nostre Nutlon in caminata abbatisse in manus abbatisse et conventus pure resignaverunt astantibus Giselberto decano, Therico sacerdote, Thederico de Windeslere, Gosvino de Nutlon militibus, Arnolde de Westero, Bernardo ibidem, Henrico de Stochem, Bernardo de Aldennutlon. Prefatam vero summam pecunie sepedictis fratribus abbatissa et conventus coram iudicio in Ludenchusen solverunt; ibi secundo prefatus H. et Jo. una cum omnibus eorum coheredibus sepe nominatam domum libere resignaverunt presentibus hiis: iudice in Ludenchusen, domino Hermando Juvene ibidem, Henrico de Ludenchusen, Adam de Sendene, Machario dicto Dovende, Hermano dicto Lobhem militibus, Alberto dapifero et aliis quam pluribus. Ne autem hanc venditionis formam alicuius livoris aculeus aut invidie stimulus valeat obfuscare, sed ut rata permaneat et a posteris, sicut racionabiliter facta est, ita inviolabiliter observetur, eam presenti scripto durimus confirmandam et sigilli nostri testimonio roborandam. Datum et actum anno gratie M^o.CC^o.LXIII^o.

Das Siegel ist abgefallen.

714.

* *Der Edle Bernhard der jüngere von Lippe befreit zwei Güter des Kl. Liesborn von allen vogteilichen Abgaben. 1263. Rheda. — Or. Kl. Liesborn U. 70; Abschr. Msc. I. 99. f. 78'; I. 401. f. 67.*

Universis presentem litteram inspecturis Bernhardus de Lippia iunior vir nobilis salutem et omne bonum. Insinuamus universis scire volentibus, quod nos pro dampnis iumentorum, que nos ingruente nobis necessitate ¹⁾ (a) curiis Lysbernensibus accepimus, abbati et conventui iam dicti monasterii indulsumus et presentium tenore nos indulsisse profiteamur, ut duo mansi ecclesie ipsorum iuxta monasterium Capellen siti, qui pluribus annis desolati fuerant, et quorum unus curie in Horne olim attinebat, ab omni exactione

¹⁾ Wohl in derselben Fehde, wo sein Amtmann in Lippstadt hingerichtet wurde, oben Nro. 711.

et servitio ratione advocatie perpetue sint immunes, ita tamen quod extra advocatiam nostram nullatenus vendantur. Actum Redhe coram castellanis nostris anno Domini M^o.CC^o.LX^o. tercio.

Bernhards Siegel zeigt auf der Vorderseite die Lippesche Rose, auf der Rückseite einen Helm mit Helmzier. Die Umschrift beider ist zerstört.

715.

* B. Balduin von Osnabrück bekundet den Verkauf eines Hauses bei Dissen an das Kl. Marienfeld. 1263 October 8. Osnabrück. — Or. Kl. Marienfeld U. 153.

Baldewinus Dei gratia Osnabrugensis ecclesie episcopus omnibus presencia visuris notum facimus, quod Pelegrimus de Thitmarincdorpe miles et Bertradis uxor sua et ipsorum heredes domum sitam in villa Dissene dictam Overbeke . . . abbati et conventui campi sancte Marie Monasteriensis diocesis vendiderunt pro triginta novem marcis usualis monete coram nobis et ipsam domum cum omnibus attinenciis suis predictis abbati et conventui libere resignarunt. Actum Osenbrug anno Domini M^o.CC^o.LXIII^o. in vigilia beati Dyonisii, presentibus: Godescalco canonico sancti Johannis, Olrico cappellano nostro, Thiderico de Alen milite, Wolthero de Wischinchin, Gerhardo de Wimmere et aliis quam pluribus.

Das Siegel ist abgefallen.

716.

* Der Abt Godfried von Liesborn verkauft verschiedene Zehnten an das Kl. Marienfeld. 1263. — Or. in zwei Ausfertigungen Kl. Marienfeld U. 154; Abschr. Msc. I. 106. f. 64'.

In nomine Domini. Amen. Godefridus Dei gratia abbas et conventus monasterii Lisbrenensis etc. Sciunt ergo presentes et posteri, quod nos acceptatis et acceptis quindecim marcis ab abbate et conventu cenobii campi sancte Marie ordinis Cysterciensis Monasteriensis dyocesis vendidimus eidem decimam nostram in Honhorst ¹⁾, tam manipulorum quam etiam minorum, et decimam triginta trium denariorum in Veltce the ²⁾ de domo que fuerat Bertoldi militis in Vrekenhorst, necnon viginti denariorum in Bovinlo ³⁾ de domo que pertinet ecclesie sancti Mauricii in Monasterio, quam inhabitaverat quidam Eilardus nomine; hec inquam omnia pro predicto precio prefatis abbati et conventui vendidimus ab eisdem in perpetuum possidenda etc. Testes sunt: Hildegerus prior noster, Wernherus cellerarius, Wernherus thesaurarius, Lutbertus camerarius, dominus Eggehardus et alii quam plures de conventu nostro. Acta sunt hec anno Domini M^o.CC^o.LXIII^o.

An beiden Ausfertigungen hängen die Siegel des Abts und des Convents von Liesborn.

717.

* Bernhard Werenzo schenkt gewisse Getreiderenten dem Kloster Marienborn. 1263. — Abschrift in dem Copiar des Klosters p. 7.

In nomine Domini. Amen. . . . Noverit tam presentium quam futurorum discretio, quod ego Bernardus dictus Werenze (de) consensu heredum meorum unum molt tritici mesure granarii de curte Hagen, et unum moltium pise eiusdem mesure de curte Frigelwic perpetuo pro remedio anime patris mei atque uxoris mee et mei dominabus contuli ecclesie Cosfeldensis. . . . Datum a. D. M^o.CC^o.LXIII^o.

¹⁾ Bauerschaft südöstlich von Freckenhorst. — ²⁾ Velsen, nördlich von Warendorf. — ³⁾ In d. Kspl. Hoetmar.

718.

* *Eine andere Schenkung desselben Ritters an das nämliche Kloster. 1263. — Orig. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archive; Abschr. im Copiar des Kl. Marienborn p. 7.*

In nomine Domini. Amen. . . . Notum esse volumus, quod ego Bernardus dictus Werince una cum duobus filiis Hermanno et Gerardo coram venerabili episcopo dompno nostro Gerardo allodium meum, scilicet duos mansos cum hominibus in parrochia Rekene, quos a me Ambrosius Spekginc in omagio habuit, de consensu suorum heredum, uxoris sue Aleydis et duorum filiorum suorum Ambrosii et Hermanni ac duarum filiarum Elizabet et Eweze atque fratris sui Hermanni, ecclesie dominarum in Cûsfelt iure proprietatis perpetuo contuli possidendum. . . . Acta sunt hec a. D. M^o.CC^o.LXIII^o. coram testibus: decano de Novo Castro, Wilhelmo Ruze, Bernardo de Wederdin, Gisselberto de Sunderhus, Gerlaco Bitter et aliis quam pluribus.

Das Siegel ist nicht erhalten.

719.

* *Vertrag zwischen Bernhard Werenzo und seinem Bruder Gerhard von Lon, wodurch die Kapelle zu Borken dem Johanniter-Orden übertragen wird. 1263. — Orig. im Stadtarchive zu Münster.*

In nomine Domini. Amen. Quoniam hominum memoria labilis esse dinoscitur, auctore ¹⁾ teste qui ait quod «labitur occulte fallitque volatilis etas», et nichil est annis velocius, necesse est, actus hominum dignos memoria scripti amminiculo perhennari. Hinc est, quod ego Bernardus miles dictus Werenzo, solerter intuens hominum status fragili labe circumdatos, quia nichil est morte cercius, cupiens saculi defluentis sarcinas effugere, nactaque virtute piam in Christo vitam gerere animeque mee salubriter providere, me in societatem religiosorum virorum fratrum sancte domus hospitalis Jerosolomitane contuli, religioni ipsorum, prout instituta eorum regularia exigunt, in perpetuo deserviendum. Capellam vero in Borken et aream quandam cum edificiis prope sitam, cuius proprietatem fratrem meum Gerhardum militem dictum de Lon contingebat, pro qualiam summa pecunie inter ipsum et me conventa, cum subsidio fratrum hospitalis erga iam dictum fratrem meum cum redditibus eidem capelle attinentibus et universis suppellectilibus capelle et appendiciis eius comparavi; omni priori facto, quod in primo introitu meo ordinaveramus, revocato, ne unquam ad eum vel ad aliquem sibi hereditario iure succedentem aliquid spectet de proprietate capelle et reddituum et aree et edificiorum, qualiscunque casus fratrum supra dictorum manendi et discedendi de loco illo offeratur; eo autem interposito, quod aream meam, in qua mansi ante conversionem meam, cum edificiis eiusdem, excepta piscina et horreo in eadem area posito, et quicquid ex altera parte piscine spacii est, ex remociori videlicet parte respectu domus, quam ad usus fratrum retinui, sub forma concambii iam dicto fratri meo G. et titulo emptionis cum summa pecunie prenomina XX marcarum pro restauratione aree sue ante dicte donavi. Hortum vero aree sue adiacentem sibi retinuit. Hiis itaque, uti supra dictum est, inter nos conventis et ordinatis, ad iudicium unanimi consensu in civitate Borken accessimus, ubi coram iudice et scabinis et multis aliis viris probis et honestis frater meus Gerhardus miles et coheredes sui successivi, uxor sua et liberi, capellam sepe dictam cum universis apendiciis et redditibus et aream contiguam cum suis edificiis, quicquid iuris in hiis habuerunt, libere resignaverunt et ab omni inquietacione inpetencium in manus fratrum sancte domus hospitalis Jerosolomitane contradiderunt, ut liberum habeant arbitrium fratres ad placitum eorum relinquendi vel divertendi supra memorata ubicunque voluerint. Ego vero sepe dictus Bernardus Werenzo domum Goswini in Osterwic in parrochia Heydene sitam cum universis attinentiis eius et hominibus infra eandem domum manentibus, et piscinam quandam extra plancas in Borken, me iure proprietatis contingentem, eidem fratribus supra memoratis sancte domus hospitalis Jerosolomitane libere ab omni inpeticione heredibus meis successivis astantibus, filiis scilicet et fratribus meis

¹⁾ Ovid, *Metamorph.* X. 519.

et ipsis in omni facto meo consentientibus, iure proprietatis contradidi perpetuo possidendam. Ut autem vigor huius facti sit stabilior, acta sunt hec omnia coram iudicio in Borken, sententiis ex utraque parte datis et acceptis, iudice et scabinis astantibus; et ut hoc firmum maneat et in perpetuo inconvulsum, presentem paginam sigillo coheredum meorum et civitatis in Borken sigillo feci communiri. Acta sunt hec a. D. M^o.CC^o.LXIII^o. coram viris discretis et honestis, quorum nomina hec sunt: Alardo plebano in Borken, Henrico plebano in Ramestorpe, Henrico fratre et Bernardo fratre in Stenworde clericis; Bernardo Werenzone fratre, Bernardo fratre de Witherden, Gerhardo laico de Lon militibus, Hermannno de Ammethoren iudice tunc temporis, Adolfo Werence, Gerlaco Werence et Pulciano famulis, et scabinis: Lamberto Clenkinc, Wescelo de Ponte, Theoderico de Ruthen, Alberto uppen Brinke, Wilhelmo Wallinc; civibus vero: Osman, Hasceke, Lorre, Nicolao de Molendino, Reynoldo filio Matalis, Hescelo pistore, Heyno sartore et aliis quam pluribus.

Die Siegel der Stadt Borken und Ritter Bernhards Werenzo, letzteres ein vollständiges Reitersiegel mittlerer Größe, sind beschädigt.

720.

Otto, Graf von Bentheim, bestätigt die Schenkung des Sewardenhofes ¹⁾ Seitens seines Schwiegervaters des Grafen Otto von Tecklenburg an die Johanniter-Commende zu Steinfurt ²⁾. 1263 (1264) Februar 26. — Abschr. Msc. II. 13. p. 224; gedr. Niesert U.-S. V. p. 43; v. Ledebur Archiv III. 118.

721.

* Statut des Domcapitels zu Münster wegen der Memorien-Stiftung des Pfarrers Bernhard von S. Lamberti, deren Capital zum Ankauf des für das Officium caseorum bestimmten Hauses Sutherholte verwendet wird. 1263 (1264) März 6. — Or. Fr. Münster U. 104; Abschr. Msc. I. 1. p. 332.

In nomine Domini. Amen. Widekindus Dei gratia prepositus, Johannes decanus totumque capitulum Monasteriensis ecclesie etc. Noverit igitur presentium etas et posteritas non ignoret, quod dominus Bernhardus, plebanus sancti Lamberti, contulit ecclesie nostre quindecim marcas pro sua memoria facienda. Que pecunia de consensu manufidelium suorum et voluntate capituli nostri ad emptionem domus Sutherholte, que pro viginti et duabus marcis fuit comparata, integraliter est assignata et ad officium caseorum deputata. Non sit igitur ambiguum nostre posteritati, quod quicumque dominorum de capitulo nostro pro tempore officialis extiterit officii caseorum, dabit annuatim decem solidos, in memoria plebani, de domo predicta hiis qui intersunt vigiliis et misse defunctorum. Ut autem hec rata permaneant et inconvulsa, presentem paginam exinde confectam sigillorum venerabilis domini nostri Gerhardi Monasteriensis episcopi, nec non ecclesie nostre, nostri quoque munimine duximus roborandam. Acta sunt hec in capitulo nostro, anno dominice incarnationis M^o.CC^o.LX^o. tertio, pridie Nonas Martii.

Von drei angehängt gewesen Siegeln ist nur das mittlere, das domcapitularische, noch vorhanden, aber sehr beschädigt.

722.

Graf Conrad von Rietberg schenkt auch den Colonen des Erbes zu Avenwedde ³⁾ dem Kl. Marienfeld. 1264 März 25. — Or. Kl. Marienfeld U. 157; gedr. von Ledebur Archiv XV. p. 63.

Conradus comes in Retberg littere huius auditoribus in perpetuum. Presencium tenore declaramus, quod nos de consensu et voluntate Frederici filii nostri necnon et aliorum coheredum nostrorum Rotbertum

¹⁾ Severding, Kirchspl. Borghorst. — ²⁾ v. 25. Juli 1242, oben Nro. 399. — ³⁾ Die Schenkung des Gutes selbst erfolgte am 20. Sept. 1262. Siehe oben Nro. 692.

de Ovenwide litonem nostrum et uxorem suam et liberos eorundem cenobio campi sancte Marie liberaliter et absolute perpetua donatione conferimus, pro remedio videlicet et salute anime nostre et parentum nostrorum et uxoris nostre iam defuncte. Que donatio ut in perpetuum firma permaneat, presentem paginam exinde confectam predicto cenobio dedimus in testimonium sigilli nostri et filii nostri Frederici appensione roboratam. Acta sunt hec anno Domini M^o.CC^o.LXIII^o. in annunciatione dominica.

Nur vom Siegel Friedrichs ist ein Bruchstück erhalten.

723.

Fretherich, Graf von Rietberg, seine Frau Beatrix¹⁾ und ihr Sohn Otho schenken den Brüdern des deutschen Ordens zu Münster das Haus Luberts von Herdensele²⁾, welches ihnen ratione domini de Horstmarie gehörte. Acta sunt hec a. dom. inc. M^o.CC^o.LXIII^o, in annunciatione beate Marie semper virginis (März 25.) in castro Rettberig, cum vestiretur pater noster³⁾. Presentes fuerunt frater Conradus de Rettberich, frater Simon filius suus, frater Theodericus sacerdos, frater Bernhardus Schotthe, frater Hinricus de Hopingen, frater Aspelausus et alii quam plures. — *Or. Georgscomm. U. 5; Abschr. Msc. I. 76. p. 191; gedr. Zeischr. XV. p. 264.*

Das Siegel ist abgefallen.

724.

* Der Edle Conrad von Velen verkauft die Güter seines Lehnsmanen Heinrich Stiecke an Heinrich von Borkelo. 1264 April 12. — *Or. Herrschaft Borkelo U. 2.*

Universis presentia visuris Conradus miles nobilis de Velen salutem pro salute. Notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod nos Henrico dicto de Burclo nostro consanguineo proprietatem bonorum Henrici dicti Stiecke, quam de manu nostra tenuit, cum voluntate ipsius vendidimus in perpetuum habendam et possidendam. Ne igitur hoc a nobis vel a nostris successoribus valeat irritari, predicto Henrico de Burclo presentem litteram cum sigilli nostri munimine contulimus roboratam. Datum anno Domini M^o.CC^o. sexagesimo quarto, in vigilia palmarum.

Das Siegel ist ein herzförmiger Schild mit drei querlaufenden geschachten Balken, aber ohne die Velen'schen Vögel⁴⁾. Die Umschrift ist grösstentheils abgebrochen.

725.

Verzeichniss derjenigen Münster'schen Bürger, welche durch ihre Neubauten den Graben, der die Domininität von der Stadt trennte, zugefüllt haben. 1264 Mai 26. — *Or. Fr. Münster U. 109⁵⁾; Abschr. Msc. IV. 5. p. 99. 13. p. 37; gedr. Niesert U.-B. I. II. p. 454.*

Johannes Wredinc occupavit fossatum lapidibus, celario et aliis, Wiboldus nova structura lapidibus et lignis, Anglicus nova structura lapidibus et lignis, Hartike lignis et lapidibus, et qui habet domum Fretherici de sancto Michaele occupavit fossatum lignis et lapidibus, Hinricus Juvenis de domo Legdinc nova structura lignis et lapidibus, Travelmanninc et Erenbragtinc occupaverunt structura lignis et lapidibus, Hin-

¹⁾ Erbtöchter von Horstmar. — ²⁾ Hensel, Kspl. Senden. — ³⁾ Conrad von Rietberg.

⁴⁾ Ganz ebenso wie das Siegel des „Symon de Bermentvelde“ (Barnfeld nordwestlich von Velen) in einer Urkunde von 1315, (Nottuln U. 62), in dessen Umschrift dieser sich „Simon de Velen“ nennt.

⁵⁾ Die Urkunde hatte schon im 16. Jahrhundert sehr gelitten, wie eine Rückschrift aus dieser Zeit bezeugt: „Ista litera colorosa de datō 1264 continet designationem, quibus locis murus burgi per cives occupatus sit lignis, lapidibus etc.“

ricus de Beveren nova structura lignis et lapidibus, domus quam inhabitat Albertus Travelman nova structura lignis et lapidibus, Lutgherus de Bilrebeke nova structura lignis et lapidibus, Gorike nova structura lignis et lapidibus, Hinricus Juvenis et Margareta mater Gerewini nova structura lignis et lapidibus, Everhardus Parvus nova structura lignis et lapidibus, Godefridus qui habet filiam Hermanni de . . . erg et Hermelinus nova structura lignis et lapidibus, filii Lutgheri Offermanninc nova structura lignis et lapidibus, domus (Co)bbinc et domus Sigebodinc vacue sunt, sed occupatum est fossatum . . . et ligna de illis domibus, Hinricus de Waltthorpe et Hermannus Kericherinc occupaverunt . . . lapides et ligna, Johannes Ore nova structura lapidibus et lignis, Bernhardus . . . duas novas structuras fecit, Thethardus Parvus occupavit structura lapidibus . . . Wintersche nova structura lapidibus et lignis, Vrowinus et frater suus nova . . . a lapidibus et lignis, domus quam inhabitat Mathias habet novam structuram in fossato, domus vicina similiter, Alhardus occupavit fossatum cum domo sua lapidea, Johannes . . . occupavit nova structura lapidibus et lignis, domus Everhardi de Bilrebeke lapidibus et domus Weszeli Prunheminc, iste due domus vacue sunt, Philippus nova structura et lapidibus occupavit fossatum, item domus Weszeli de Prunheminc lapidibus, domus Alberti Parvi lapidibus et nova structura, domus Hinrici fratris Vrowini vacua est, sed occupatum est fossatum lapidibus per eam. Ab ista domo usque ad capellam sancti Nicolai occupatum est fossatum diversis structuris. Datum anno Domini M^o.CC^o.LX^o. quarto, feria secunda ante ascensionem Domini.

Von den ursprünglich angehängten neun Siegeln haben sich nur Bruchstücke dreier erhalten. Auf dem einen liessen sich aber noch drei laufende Vögel in einem durch einen Balken getheilten Herzschild erkennen, das Feld neben den Vögeln ist schraffirt.

726.

Fredericus comes in Retberg idemque dominus in Horstmar, und seine Gemahlin Beatrix verzichten in Gegenwart der Bischöfe Gerhard von Münster, Simon von Paderborn, Engelbert, Erwählten von Osnabrück und des Grafen von der Mark auf die Vogtei über das Kloster zu Varlar. Actum apud Distede hiis presentibus: Widekinno preposito Monasteriensi, Conrado preposito in Wildeshusen ¹⁾, item Wilhelm preposito, Wilhelmo priore et Richardo cellerario in Varlare, et Themone canonico S. Pauli Monasteriensi, item fratre Conrado patre meo ²⁾; Bernardo maiore domino de Lippia et Hermanno de Osethe viris nobilibus; Wetcelo de Lembecke, Henrico de Rechethe, Conrado Stric, Omero de Ostenvelde, Frederico Hundertmarc, Hinrico de Ketteslare, Bertramo de Walegarden, Hermanno de Velzetzen, Engelberto de Bilrebeck militibus et aliis pluribus probis viris. A. d. i. M^o.CC^o.LXIV^o, quinto Kalendas Decembris. 1264 November 27. Diestädte. — Abschr. des 17. Jahrhunderts Fr. Münster U. 6 u. Msc. II. 44. p. 69; gedr. Niesert U.-B. I. 4. p. 383.

727.

* G(erhard), Bischof von Münster, schenkt den Brüdern des deutschen Ordens zu Münster den Zehnten von dem Hause tor Horst im Kirchspiele Dülmen und von einem andern nahe dabei gelegenen zur Kirche in Lette gehörigen Hause, deren Schirmvogt der Ritter Johann von Merevelde ist. Actum a. D. M^o.CC^o.LX^o. quarto; mense Novembri, pontificatus nostri anno secundo. O. Z. — Or. Georgs-Comm. U. 6; Abschr. Msc. I. 74. p. 45; I. 75. p. 300; III. 34. f. 8'; IV. 2. p. 498'.

Das Siegel ist verloren.

¹⁾ Bruder des Grafen Friedrich. — ²⁾ Der am 25. März dieses Jahrs in das deutsche Ordenshaus zu Münster eingetreten war. Siehe oben Nro. 723.

728.

* Gerhard, Bischof von Münster, überträgt dem Kloster Kappenberg einen Mansen in Alstedde, welchen der Ritter Heinrich von Rechede mit Zustimmung seiner Gemahlin Gysla, seines Vaters des Burggrafen Godfried und seiner Neffen (nepotum) der Ritter Conrad und Godfried resignirt hatte, und bestimmt dass die Colonen des Mansen von der Vogtei frei sein sollen. Presentibus venerabili domino Engelberto comite de Marca, electo in Osenbrugge, Widekindo preposito maioris ecclesie, Johanne decano maiore, Friderico preposito et Hethenrico decano sancti Ludgeri, Herimanno preposito, Brunsteno cellerario, Johanne de Retho, Ditmaro Norendin, magistro Renfrido, Henrico canonicis maioris ecclesie, Arnolde preposito, Heinricho priore, Bernharde custode, Ottone cellerario Capenbergensis ecclesie; Wilhelmo Ruzen, Bernharde Brune, Otmaro de Ostenvelde, Ludolfo de Werne militibus; Johanne Nicinc, Ekberto Biscop, Lamberto de Lutbeke, Herimanno monetario, Herimanno de Ravensberg civibus Monasteriensibus et aliis. 1264. — Abschr. aus dem Or. Msc. II. 45. p. 58¹⁾.

729.

* Gerhard, Bischof zu Münster, eignet dem Stifte Kappenberg die Äcker genannt Scarpenberg zu. 1264. — Hier nach Kindlinger Msc. II. 45. p. 57. u. Erhard's Abschr. des Orig. im Gräfl. Archive zu Kappenberg.

In nomine Domini. Amen. Gerhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus etc. Notum facimus omnibus presentibus et futuris, quod Bernhardus de Ubbinctorpe et uxor ipsius Jutta cum omnibus suis heredibus, accepta recompensatione argenti ab ecclesia Capenbergensi, renunciaverunt et reddiderunt in manus nostras agros quos a nobis in feodo possederant, qui dicuntur de Scarpenborg. Nos vero ad imitationem omnium predecessorum nostrorum exoptantes eiusdem ecclesie sublimationem, proprietatem agrorum eorundem contulimus conventui prefate ecclesie liberaliter et benigne, sub anathemate prohibentes, ne quis sepredictam ecclesiam super predictis agris in posterum audeat ullatenus irritare. Unde ad confirmationem huius facti presentem paginam sigilli nostri duximus munimine roborandam sub testimonio canonicorum et ministerialium, quorum nomina subscripta sunt: dominus Engelbertus comes de Marca et postulatus in Osenbrugge, venerabilis frater noster et germanus, Widekindus prepositus maioris ecclesie Monasteriensis, Godefridus canonicus Osnaburgensis filius comitis de Arnesberg, Arnoldus prepositus in Capenberg, Heinrichus prior, Bernhardus custos, Otto cellerarius eiusdem loci, Theymo notarius noster; Heinrichus borchgravius de Stromberge, Engelbertus de Bilrebeke, Nycolaus et Theodericus de Borc fratres, milites, et alii quamplures. Actum et datum anno Domini millesimo ducentesimo LX^o quarto.

Das bekannte Siegel B. Gerhard's.

730.

* Die Gebrüder Hermann und Gerhard von Barnsfeld verbürgen sich dem Kloster Marienborn für eine Schuld. 1264. — Abschr. im Copiar des Kl. Marienborn.

Universis, ad quos scriptum pervenerit, nos Hermannus et Gerhardus milites et fratres de Bermetfelde notum esse volumus, quod Adolfus de Moilike, uxor sua Helewigis, Suederus et Otto sui heredes tenentur sanctimonialibus in Cosfeld in quatuordecim marcis Monasteriensibus, quas solvent infra sex annos, pro quibus posuerunt predictis monialibus domum sitam in Wederden, de qua recipient annuatim V moltia (siliginis)²⁾, et quatuor modios (siliginis)²⁾ in domo Stockinc, que attinet sepe dictis dominabus. Quodsi in istis aliquod dampnum receperint, nos ipsis satisfacere non omittemus . . . Datum a. D. M^o.CC^o.LXIII^o.

¹⁾ Vgl. oben Nro. 650 u. 669. — ²⁾ Das Eingeklammerte steht in der Handschrift über der Linie.

731.

* *Der Abt von Marienfeld findet gewisse Ansprüche Hermanns und Conrads von Lippe mit einer Mark Geldes ab. 1264. — Or. Kl. Marienfeld U. 155; Abschr. Msc. II. 48. p. 211.*

Nos Johannes iudex et universitas scabinorum in Lemego omnibus huius littere inspectoribus geste rei noticiam. Sunt duo fratres Hermannus et Conradus dicti de Lippia qui abbatem de campo sancte Marie traxerunt in causam pro quodam manso in Huntincorp¹⁾ asserentes aliquid iuris in eo sibi competere. Ut igitur idem abbas hanc vexationem redimeret, dedit unam marcam predictis fratribus, ut actioni sue libere renunciarent. Huius rei testes sunt: dominus Henricus miles de Gummere, Gerhardus de Orlichhusen, Gerlacus gener eius de Bilevelde, Johannes de Odinchusen, Otbertus, Henricus de Werthere concives nostri et alii plures. Nos insuper ad cautelam maiorem de hoc facto imposterum habendam presentem paginam predicto abbati dedimus civitatis nostre sigilli munimine roboratam. Actum anno Domini M^oCC^o.LXIII^o.

Auf dem vorhandenen Siegelbruchstücke ist die Lippesche Rose noch zu erkennen.

732.

* *Das Kl. Marienfeld kauft von Bernhard von Vinneberg ein vom Hochstift Münster zu Lehen gehendes Haus und entschädigt den Bischof Gerhard durch Überlassung eines andern in Rupenlo²⁾ 1264. — Or. Kl. Marienfeld U. 156; Abschr. Msc. I. 106. f. 25.*

In nomine Domini. Amen. Nos Gerhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus etc. Sciant ergo presentes ac posteri, quod venientes ad nos Bernhardus miles de Vinneberg uxor sua et liberi ipsorum resignaverunt nobis ius feodi, quod in domo que appellatur Oves³⁾ habuerant; cuius domus proprietatem nos pro favore et dilectione abbatis et fratrum de campo sancte Marie ipsorum ecclesie perpetua donatione contulimus, recepta ab eis ad manum ecclesie nostre vice restauri proprietate domus in Rupenlo, ut sic istarum permutacio proprietatum vigore perpetuo stabilis permaneret. Postmodum idem Bernhardus conventionem facta cum iam dicto abbate et fratribus, consenciente uxore et liberis eorundem, vendidit eis pro triginta marcis domum prenominatam et ascripticios eius Elbertum videlicet et uxorem suam et ipsorum liberos cum omnibus utilitatibus et proventibus, quos idem Bernhardus in eadem domo habuerat, ut eam libere et absolute iure perpetuo possiderent etc. Huius rei testes sunt: Suedherus Werence, Hermannus de Langen, Weselus de Lembeke, Johannes de Hakenesce, Johannes de Vinneberg, Johannes de Dekenbroke et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M^oCC^o.LXIII^o.

Das Siegel des Bischofs ist ziemlich gut erhalten.

733.

* *Johann, Domdechant zu Münster, beurkundet die endliche Beilegung eines Streites zwischen dem Domcapitel und dem Kloster Marienfeld wegen des Austausches zweier Mansen (in Drop und in Lindingen)⁴⁾. 1264 Münster. — Abschr. Msc. I. 106. f. 11.*

¹⁾ Im Lippeschen bei Lage. — ²⁾ Vgl. oben Nro. 169. Nach den Acten von Marienfeld (I. 16. f. 75.) hiess dies Gut später Repenloh und lag im Kirchsp. Ennigerloh. — ³⁾ So auf der Rückseite des Originals von gleichzeitiger Hand geschrieben, in der Urk. selbst aber „ovues“; nach dem Copiar hiess dies Gut später: „tor Oves“ und lag nach einem andern Vermerk auf der Rückseite der U. bei Voren im Kspl. Warendorf, wo wir östlich von dieser Stadt wirklich noch heute ein „Teröverst“ finden. — ⁴⁾ Siehe oben die U. des J. 1255 Nro. 586.

734.

* *B. Gerhard bestätigt die Memorienstiftungen des Domvicars Godschalk von Warendorf und überträgt die zu diesem Zwecke von ihm angekauften Zehnten der St. Ludgerikirche zu Münster. 1264 (1265) Januar 10. Münster in der Jacobi-Kapelle. — Abschr. Msc. I. 70. p. 6; hieraus copirt IV. 3. p. 189'.*

Gerhardus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus, universis Christi fidelibus presens scriptum visuris notum facimus, quod nos redditibus decimalibus quorundam mansorum sitorum in parrochiis Dulmene et Halteren ecclesiarum, quos Gerhardus quondam iudex miles a nobis immediate et ab eo deinceps Nicolaus de Borc miles iure tenuerant feudali, in nostris manibus ab ipsis militibus absolute et libere resignatis, proprietatem ipsorum reddituum ad preces Godesscalci sacerdotis dicti de Warenthorpe ecclesie nostre vicarii, qui ipsos redditus ab eodem Nicolao de Borc milite legaliter emerat pro certa quantitate pecunie, contulimus ecclesie beati Ludgeri Monasteriensi sub tenore pacti subterscripti, videlicet, quod dicto sacerdoti eosdem redditus ad suos usus vel ei sive eis, cui vel quibus ipsos donare decreverit, obtinere licebit ad dies vite ipsius sacerdotis, eciamsi contingeret ipsum religionem intrare. Ipso vero mortuo dicta beati Ludgeri ecclesia singulis ecclesiis et monasteriis infra scriptis duos solidos annuatim in anniversario eiusdem sacerdotis ministrabit, hoc est beati Mauricii, beati Martini ¹⁾, beate Marie et beati Egidii Monasterii, Rengerinc et Vinenberge, de quibus singulis duobus solidis agi debet memoria prefati sacerdotis in locis prefatis. De residuo quoque reddituum premissorum memorata beati Ludgeri ecclesia in anniversario ipsius sacerdotis decem et octo denarios, tantum ante nativitatem Domini, tantum ante pascha, et tantum ante pentecosten, annis singulis obtinebit. Quatuor quoque vicibus antedictis memoria prefati sacerdotis in eadem ecclesia solemniter agi debet. In cuius rei noticiam presens scriptum hincinde confectum, nostro et sepefati sacerdotis sigillis pariter est munitum. Acta sunt hec Monasterii in capella beati Jacobi hiis presentibus: preposito Frederico et magistro Luberto, ecclesie nostre canonicis, Heydenrico decano, Johanne scolastico et Hermanno custode dicte ecclesie sancti Ludgeri canonicis; item laicis Hermanno de Langen, Rudolfo de Menhüvele, Thiderico de Schonenbeke, Gerharde de Olfnen, Hinrico de Emesbroke et Thiderico de Borc militibus, Hermanno iudice, Gerwino Divite et Johanne ante portam. Anno Domini M^o.CC^o.LX^o. quarto, die Pauli primi hermite.

735.

* *B. Gerhard bestätigt verschiedene ökonomische vom Domdechanten Johann Werence in Bezug auf die Güter und die Einkünfte des Weissamtes getroffene Maassregeln. 1264 (1265) Januar 17. Münster. — Abschr. Msc. I. 4. p. 332.*

Gerhardus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus etc. Notum sit igitur presentibus et futuris, quod Johannes dictus Werence decanus ecclesie Monasteriensis habens custodiam sive amministrationem cuiusdam officii in ecclesia predicta, quod album officium nuncupatur, de consensu capituli sui quandam domum sitam iuxta Kamene, que domus Elseie vocatur, pertinentem ad dictum officium, Rychardo militi de Boynen vendidit pro XXX marcis Monasteriensis monete. Cuius domus pensio fuerat V solidorum et III^{or} denariorum. Quas XXX marcas taliter ad utilitatem ecclesie locaverat, quod appositis duabus marcis de suo, pro XXXII marcis emit quandam aream, que dicitur thor Wache in parrochia sancti Egidii, sed postmodum hoc de consensu nostro et capituli sui predicti in melius commutavit, ita videlicet quod quosdam agros sites iuxta portam sancti Egidii Monasteriensis, qui ab antiquo pertinebant ad album officium

¹⁾ Dieser Kirche stellten der Propst, der Dechant und das Capitel zu St. Ludgeri hierüber eine besondere, sonst nicht bemerkenswerthe Urkunde in demselben Jahre aus. Msc. VII. 1016. p. 1.

predictum et quorum pensio fuerat tantum XXX denariorum, recuperavit ecclesie predictae pro XXII marcis, de quibus agris omni anno colligitur tercius manipulus et illud quod vorhure dicitur. Pro octo marcis residuis posuit Johannem de Retha canonicum Monasteriensem fideiussorem. Promisit etiam publice idem Johannes decanus coram capitulo suo predicto, quod de suo apponet decem marcas, ut de octo et decem marcis predictis aliquid ad utilitatem dicti officii comparatur, et sic area predicta liberata est et a nexu obligationis premissae penitus absoluta. Preterea dictus Johannes decanus quandam domum ad dictum officium pertinentem consentiente capitulo suo vendidit pro XXV marcis; que domus vocatur Berkamen, cuius domus pensio fuerat tantum V solidorum et octo denariorum et XX modiorum tritici medie mensurae. Quam venditionem domus iam dicte nostro et capituli nostri memorati accedente consensu taliter ecclesie ad utilitatem ipsius albi officii compensavit, quod videlicet quandam decimam emit ab Alberone de Stipele milite in parrochia Werne, que dicitur ton Kortenbroke. Cuius decime redditus sunt XIII solidi singulis annis Monasteriensis monete, decem modii tritici medie mensurae et minuta decima de quatuor domibus. Et hanc decimam iam dictam idem Alberone tenuerat in feodo a Lothewico milite de Wernen, idemque Lothewicus omne ius suum quod habuit in ipsa decima in manus venerabilis patris Ottonis Monasteriensis episcopi nostri predecessoris libere resignavit, ac idem predecessor noster proprietatem dicte decime ecclesie nostre contulit, ita ut ad album officium perpetuo debeat pertinere. In cuius rei testimonium nostro et ecclesie nostre predictae presens pagina sigillis communitur. Datum Monasterio a. d. i. M^o. CC^o. LXIII^o, XVI^o. Kal. Februarii.

736.

Einen Theil der von Sueder von Ringenberg früher ¹⁾ dem Stift Münster übertragenen Lehen, giebt der Bischof Gerhard jetzt mit dessen Einwilligung dem Bruder des Grafen von Cleve, Dietrich Lof ²⁾. 1264 (1265) Januar 23. Unlant. — Or. Fr. Münster U. 107; Abschr. Msc. I. A. p. 41; gedr. Kindl. Beitr. III. U. p. 203.

Universis presentia visuris innotescat, quod discordia inter nos Theodericum dictum Lof, fratrem comitis Clevensis, et venerabilem dominum Gerardum Monasteriensem episcopum hincinde suborta occasione castri in Ringelberg, taliter est sopita: videlicet, quod idem episcopus de consensu Sueteri de Ringelberg militis nos castro et bonis aliis, que ipse Sueterus miles ab ecclesia Monasteriensi iure tenuerat feudali, infeodavit; hiis dumtaxat exceptis, scilicet iudicio in Bocholt et fermento huiusmodi, quod vulgus grut appellat, loci eiusdem et libera comitia in tanta parte, quanta Cûnradus Stric miles tytulo pignoris tenet eandem; reliquam vero partem eiusdem comitie idem dominus episcopus nobis pro ducentis marcis Monasteriensis monete tytulo pignoris obligavit. Quando vero predicto Suetero militi castrum et prefata bona restituerimus, sepedictus episcopus Monasteriensis memorato Suetero consequenter sine mora prefata, scilicet iudicium et fermentum in Bocholt, et totam liberam comitiam debet reddere, salvo iure ipsius ecclesie et ipsius Sueteri. Ceterum nos castrum in Ringelberg sepedicto episcopo et ecclesie Monasteriensi et ipsius

¹⁾ 1257. Siehe oben Nro. 618—620.

²⁾ Derselbe kommt bei Lacomblet II zwischen den J. 1249 und 1277 vor. Vgl. index 5. — Auf die hier vorliegenden Verhandlungen bezieht sich noch folgende undatirte Urkunde, Fr. Münster U. 107a:

Preposito decano totique capitulo Monasteriensi, ministerialibus scabinis ceterisque burgensibus eiusdem loci S. miles de Ringelenberge salutem et quicquid potest obsequii et honoris. A nuncio vestro mihi transmissis intellexi, quod proprietatem domus mee in Ringelenberg, quam ecclesie Monasteriensi, sicut in litteris meis patentibus continetur, de consilio amicorum meorum contuli, in manus alienas vendidissem. Quod hoc non sit, me cum domino comite dicto Luf, ubi vobis placuerit, in loco mihi securo expurgare non dubitabo et hoc sigillo meo appenso protestor.

Das Siegel fehlt.

successoribus servabimus ligium, secundum quod vulgus Ledegehus appellat, ita quod ei et suis successoribus et ecclesie Monasteriensi absolute et libere patere debet contra quoslibet, cum eidem episcopo vel suis successoribus et ecclesie Monasteriensi fuerit oportunitum. Cum autem id fuerit requisitum, nos certi reddemur per literas apertas ipsius episcopi et dicte ecclesie sigillis sigillatas, quod idem castrum sine difficultate guerra cessante, propter quam ipsum castrum fuerat requisitum, nobis libere reddetur. Item si ita evenerit, quod nos procurare poterimus, quod prefatus miles de Ringelberg et uxor sua et eorum pueri legitimi a predictis, castro et bonis predictis, per liberam resignationem recedere voluerint, vel quod ipsos, antequam id fiat, mori contigerit, castellani, turris custodes et portenarii, quicumque sunt vel successive pro tempore fuerint, tunc statim iurabunt, ipsum castrum et eius turrim dicte ecclesie et nobis reservare, ipsumque castrum, si absque pueris legitimis nos mori contigerit, libere dicte ecclesie presentare. Ut autem supradicta rata permaneant et inconvulsa, presens scriptum hincinde confectum nostro sigillo fecimus roborari. Actum apud Unlant anno Domini M^o.CC^o.LX^o. quarto, in crastino Vincencii. Testes¹⁾ rei contente in scripto, cui presens carta adheret, subscripti existunt: Everhardus de Hurst, Wezelus de Leembeke, Bitterus de Rede, Cūnradus Stric milites; item nobilis vir Cūnradus de Vele, Hermannus Werenze, Theodericus de Lire, Henricus de Rodepe, Henricus Norendin, Henricus de Mervelde, Henricus de Emeten, Adolfus de Leembeke, Alexander de Razfelde, et Gerardus de Bermvelde milites et alii quamplures, scilicet Wilhelmus Dous, Gerlacus Bitter, Rutgerus de Galen et Wescelus frater suus, Theodericus de Brinen, Adolfus dictus Moylike et Dukerus milites. Datum ut supra.

Zu Kindlinger's Zeit (1793) war das jetzt fehlende Siegel Dietrich Lof's noch vorhanden.

737.

* *Weitere Erklärungen Dietrich Lof's in Bezug auf die Burg Ringenberg. 1264 (1265) Januar 23. — Or. Fr. Münster U. 108; Abschr. Msc. I. 1. p. 42.*

Nos Th. dictus Lof presentibus protestamur, quod fide data constanter promisimus, quod si, quod absit, dolo et fraude mediis, Suetero de Ringelberg militi castrum Ringelberg et bona sua restituerimus, deinceps nos de ipso castro et bonis aliis quoquo modo intromittere non debemus. Datum a. D. M^o.CC^o.LX^o. quarto, in crastino Vincentii.

Das Siegel ist abgefallen.

738.

* *Der Rector der bischöflichen Capelle zu Münster schenkt dieser einen Zehnten und gründet aus dessen Einkünften seine Memorie im Dom. 1264 (1265) Februar. — Or. in zwei Ausfertigungen²⁾ Fr. Münster U. 108 a; Abschr. Msc. I. 1. p. 405.*

Gerhardus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus. Omnibus Christi fidelibus presens scriptum visuris salutem et noticiam subscriptorum. Pii zeli officium, quod Wernerus sacerdos rector capelle nostre Monasteriensis ipsi capelle impendit decimam suam dictam Mushem³⁾ sitam in parrochia ecclesie in Bocholte conferendo eidem, sibi non immerito per effectum specialis gratie rependentes, ipsi, ne unde primum meretur digne inde pati videatur dispendium, indulsumus de consensu nostri capituli, quod si ipsum a dicta capella forte contingeret per alterius beneficii commutationem recedere vel alias inde transferri, ipse nichilominus fructus decime memorate, quoad vixerit, sub forma optineat infra scripta. Hoc est, quod

¹⁾ Von hier ab auf einem Transfix. — ²⁾ Ausserdem liegt ebendasselbst noch ein Transsumpt des J. 1323 vor. — ³⁾ Bauersch. Mussum, südwestlich von Bochoht.

plena antedictae decime possessione penes dictam capellam manente, rector prefate capelle, quicumque pro tempore fuerit, ipsi W. sacerdoti pro singulis molt siliginis Monasteriensis mensure de decima eadem solven-
 venlis, tres solidos nostre monete annis singulis ministrabit. Preterea ipse sacerdos liberam habebit facultatem suam et parentum suorum memoriam faciendi in nostra ecclesia de redditibus marce unius de fructibus decime ipsius per rectorem dicte capelle post mortem sacerdotis prefati annuatim perpetuo ministrande. Secundum igitur supradicta idem sacerdos memoriam suam facere in nostra ecclesia sic presenti scripto decrevit, scilicet quod annuatim in anniversario suo dominis sive canonicis nostre ecclesie memoriam ipsius sacerdotis et parentum suorum agentibus dabuntur decem solidi preter duos denarios offerendos ad altare, quatuordecim denarii vicariis, quatuor denarii pro candela, quinque denarii campanariis et denarius pro thure. Redditi quidem decime antedictae in hiis locis consistunt, videlicet Boync XX scepel, Hebine XIII scepel, Luttikelake octo scepel, Egelinc tria molt, curia Mushem XXVI scepel, Dudinc V molt et I scepel, Ruenhof VII scepel, Egeginc unum molt, Scoppinc unum scepel, Wenekinc XV scepel, Osterwic VIII scepel, garba de domo Koten et minuta decima, de casa Knuvinc minuta decima, item garba de agro Ludolphi de Winkelhusen sito iuxta domum Scoppinc. De singulis domibus supradictis dabitur minuta decima et denarii qui varsco¹⁾ dicuntur, secundum consuetudinem decime memorate. Ut igitur supradicta rata et inconvulsa permaneant nec a nobis nec a quoquam successore nostro violari valeant vel infringi, presens scriptum nostro et ecclesie nostre sigillis fecimus roborari. Actum et datum anno Domini M^o.CC^o.LXIII^o. mense Februario.

Die Siegel des Bischofs und des Domcapitels sind an beiden Ausfertigungen ziemlich gut erhalten, und das letztere dadurch merkwürdig, dass es auf der Vorderseite das bekannte Capitelssiegel, auf der Rückseite aber ein Secret enthält. Dies stellt einen Priester vor einem Altar das Messopfer verrichtend dar und führt die Umschrift: S. FREDE-
 RICHI PPOITI ECCE SCI LUDGERI MON.²⁾

739.

* B. Gerhard bestätigt als Herr in Vechta dem Kl. Kappenberg das demselben vom Grafen Hermann von Ravensberg und dessen Söhnen früher verliehene Recht der Fischerei in der Ems³⁾. 1264 (1265) Februar.

— Abschr. aus dem Or. Msc. II. 45. p. 57.

Gerhardus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus et dominus in Vechta omnibus presens scriptum visuris notum facimus, quod nos in iure piscandi, quod dilectis in Christo preposito et conventui monasterii in Capenberg felicis memorie quondam Herimannus comes in Ravensberg et eius filii Otto Herimannus et Ludewicus in alveo Emese, ubi captura rumborum sive sturionum existat, divine remunerationis intuitu iam multis transactis annis perpetuo concesserunt et sicut per litteras eorum authenticas inde connectas et exhibitas nobis apparuit, predictos prepositum et conventum presentis scripti munimine perpetuo confirmamus. Actum anno Domini M^o.CC^o.LX^o. quarto, mense Februario.

740.

* Aleydis, Äbtissin von Vreden, überträgt einer Zahl Vreden'scher Bürger gewisse bei Borken gelegene und zu einer Besitzung ihres Klosters Namens Strothusen gehörige Äcker, welche diese Bürger ignorantes quod bona huiusmodi predicta, ad que iidem agri pertinent, ministerialibus ecclesie Vrethensis tantummodo competant, vom Ritter Thomas von Oldenthorpe gekauft hatten, unter Vorbehalt des Rückkaufsrechtes für die Äbtissin, den Ritter und ihre Nachfolger, zu erblichem Besitz. — Acta sunt hec apud Asbeke hiis presen-

¹⁾ Das Transsumpt hat: „vorescot“. — ²⁾ Die eigentliche Dompropstei war in dieser Zeit erledigt, und der Propst von Ludgeri besiegelte diese Urkunde wohl nur als Senior des Domcapitels.

³⁾ Vergl. die oben unter Nro. 119 u. 478 gegebenen Urkunden.

tibus qui sunt: Rotgerus in Metelen, Johannes in Vrethen et Alardus in Borken plebani, Lambertus sacerdos, Bernardus Werence miles Christi ¹⁾; Rembertus de Stochem, Gerhardus de Lon, Wilhelmus de Hopingen milites; Hermannus iudex in Borken, Macharius officialis in Bilrebeke, Bernardus Ebbinc, Albertus de Brincke et alii complures, anno D. MCCLXIII, mense Februario (1265). — Or. ²⁾ *Fr. Münster U.* 108 b.

Die drei früher an der Urkunde befestigten Siegel sind verloren.

741.

Gerhard, Bischof von Münster, giebt dem Abte Godfrid zu Liesborn als Archidiacon und Patron der dortigen Pfarrkirche das Recht, dieselbe vorbehaltlich der Rechte des jetzigen Pfarrers mit einem Ordensgeistlichen seines Klosters zu besetzen, und die Pfarreinkünfte für dasselbe einzuziehen. 1264 (1265) März 4. Münster. Ohne Zeugen. — Or. *Kl. Liesborn U.* 72; *Abschr. Msc. I.* 99. f. 7; *I.* 101. f. 49; *gedr. Niesert U.-S. IV.* 199.

Das Siegel ist nicht mehr vorhanden.

742.

* *Abt Godfried macht vorstehende Bestimmung bekannt, verleiht die Einkünfte der Pfarrei dem Kloster ein, behält sich deren Besetzung durch einen Mönch seines Klosters vor und verzichtet zugleich auf die aus seinem Patronatsrechte herrührende Befugniss ne nos vel aliquis successorum nostrorum sepedictam parochialem ecclesiam alicui clerico seculari contra concessionem et inhibitionem domini Monasteriensis episcopi in posterum conferre valeamus.* 1264 (1265) März 7. — Or. *Kl. Liesborn U.* 73.

Das Siegel ist nicht gut erhalten.

743.

* *Das Domcapitel zu Münster verkauft dem Kl. Marienfeld seinen Zehnten in den Marken Freckenhorst und Warendorf. Diesem fügt B. Gerhard den Zehnten in den Neubruchländern bei und verzichtet auf sein Wiederkaufsrecht.* 1265. — Or. *Kl. Marienfeld U.* 160 a. — *Abschr. Msc. I.* 106. f. 24.

In nomine Domini. Amen. Widekindus ²⁾ prepositus, Johannes decanus totumque Monasteriense capitulum etc. Noverint igitur fideles universi presentis temporis et futuri, quod nos unanimi voluntate de beneplacito et consensu venerabilis domini nostri Gerhardi episcopi vendidimus abbati et fratribus de campo saucte Marie pro centum octoginta marcis decimam ⁴⁾ nostram sitam in marcha illorum de Wrekenhorst et Warendorpe, necnon et domum eidem decime annexam, cum omnibus suis attinenciis et usu quem in silvis agris et pascuis habuimus, insuper et colonos eiusdem domus, hec inquam omnia vendidimus predicto abbati et fratribus eadem integritate et utilitate, qua fuerant a nobis hactenus habita et possessa, ab ipso abbate et fratribus libere et absolute habenda in perpetuum et possidenda, adiecta ex auctoritate domini episcopi decima novalium que a litionibus ecclesie eorundem duntaxat fratrum in predictis terminis deinceps excoluntur. Sane cum iam dictorum bonorum possessio tali condicione fuerit ad nos devoluta, ut quilibet episcopus qui ecclesie nostre pro tempore prefuisset, refusa nobis pecunie summa quam nobis eadem bona constabant, reemendi haberet liberam facultatem, dominus noster Gerhardus episcopus de consensu prelatorum et priorum suorum hanc penitus removet condicionem, inviolabili iure constituens, ut tam sibi quam omnibus successoribus suis huiusmodi reemendi copia denegetur. Ad huius igitur rei robor

¹⁾ Johanniterritter. Vgl. Nro. 719. — ²⁾ Aus Niesert's Nachlass erstanden. Es hat aber durch Feuchtigkeit so gelitten, dass einzelne Stellen völlig unlesbar waren. — ³⁾ Derselbe muss nach Ausweis der folgenden Urkunde in diesem Jahr und zwar vor dem 3. Juli gestorben sein. Sein Nachfolger Walram unterschreibt aber schon am 23. October 1265 eine Urkunde. — ⁴⁾ Das Copiar überschreibt diese Urkunde: „De decima in Scurehove“.

et firmitatem tam domini episcopi quam capituli nostri sigilli impressione presentem paginam exinde conscriptam volumus communiri. Acta sunt hec anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quinto. Huius rei testes sunt: Theodericus scolasticus, Renfridus thesaurarius, Fredericus vicedomnus, Johannes cellerarius, Bernhardus de Asbeke, Rothgerus de Didinchove, Suetherus de Asbeke, Johannes de Huvele, magister Lutbertus et magister Bertrammus et reliqui omnes concanonici nostri.

Die beiden Siegel sind beschädigt.

744.

Statut des Domkapitels zu Münster wegen des zur Vermeidung von Erpressungen von einem zeitigen Dompropst abzulegenden Eides. 1265 Juli 3. — Or. Fr. Münster U. 126; Abschr. Msc. I. A. p. 462; II. 15. p. 461; II. 87. f. 9; fehlerhaft und unvollständig gedr. Niesert U.B. I. p. 286; U.-S. VII. p. 269.

In nomine Domini. Amen. Nos Johannes decanus, totumque Monasteriensis ecclesie capitulum. Quoniam propter graves nimium et cotidianas exactionum pressuras, ad eum bona et homines ecclesie nostre statum pervenisse noscuntur, quod iam de bonis ipsis et hominibus eidem fratrum nequeunt ministrari prebende, nisi prudens et velox remedium adhibeatur, ut cultus Dei debitus et vivendi honestas in ecclesia nostra hactenus observata servari valeant in futurum, et ne prebendarum defectus utrumque, quod absit, impedire posse contingat, debito, honestati, defectuique premissis provide prospicere cupientes, accedente venerabilis in Christo patris domini nostri Gerhardi Monasteriensis episcopi consensu, communiter et concorditer duximus statuendum, quod quicumque in prepositure nostre dignitatem fuerit evocatus¹⁾, tactis sacrosanctis ewangeliiis, iuret articulos subscriptos, et quod in bona et homines ecclesie nostre ampliores non faciat exactiones, quam in expressis infra articulis continetur. Primus articulus est, quod prepositus conservabit preposituram fideliter in iure suo. Secundus est, quod amministrabit prebendas secundum consuetudinem ecclesie hactenus observatam. Tertius est, quod conservabit bona ecclesie tam in agris quam in lignis et homines ecclesie, que nunc possidet vel in posterum iusto titulo possidebit, nec ex hiis quicquam alienabit. Quartus est, quod non faciet exactiones sive petitiones, preter introitum suum et de tertio anno, duobus intermissis in tertium, secundum quod infra distinguitur. Brochove²⁾ XII marc.; Alethorpe et Dale IX m.; Nortwalde V m.; Beveren V m.; Musnen V m.; Witinchorpe III m.; Hiddinchove III m.; Bochem II m.; Bobinchof II m.; Reken III m.; Bosensele VI m.; Rinkenrothe cum tota familia et losiungheren XII m.; Ulfon V m.; Suthof villicus cum familia et losiungheren III m.; Albachten, Widelinchof nichil, familia et losiungheren II m.; Albachten, Osthof, villicus cum familia et losiungheren V m.; Oldenberg, Tileth, Overinchusen, cum tota familia et losiungheren XII m.; Puningen villicus cum tota familia

¹⁾ Der Propst Widekind muss um diese Zeit gestorben sein und sein Nachfolger Walram sein Amt noch nicht angetreten haben.

²⁾ Brochove. Ein Haupthof, auf dessen Grundstücken der südwestliche Theil der Stadt Münster erbauet ist. Die Brockhofs-Bleiche vor dem St. Ludgerithore bewahrt noch den Namen. Alethorpe et Dale. Zwei Amthöfe im Kirchspiele Greven. Kr. Münster. Nortwalde. Kirchspiel im Kreise Steinfurt. Beveren. Kirchspiel im Kreise Warendorf. Musnen. Hof (jetzt Müssen) und Bauerschaft (jetzt Müssingen) in Kirchspiele Everswinkel, K. Warendorf. Witinchorpe. Jetzt Wettendorf, Hof und Bauerschaft im Kirchspiele Alverskirchen, Kr. Münster. Hiddinchove. Hof und Bauerschaft Werse Krspls Beckum. Bochem. Jetzt Bockum, Dorf im Kr. Lüdinghausen. Bobinchof? Reken. Jetzt Dorf Gross- und Klein-Reken im Kreise Münster. Bosensele. Jetzt Dorf Bösensell im Kreise Münster. Rinkenrothe. Jetzt Dorf Binkerodde im Kreise Münster. Ulfon. Jetzt Stadt Olfen im Kreise Lüdinghausen. Suthof. Hof und Bauerschaft im Krspl. Amelsbüren, Kr. Münster. Albachten. Hof und Dorf im Kreise Münster. Widelinchof. Vielleicht die spätere Burg Schonebeck, die in einer Urk. des J. 1270 noch „castrum Wedelinc“ heisst, doch könnte man auch an den Schulzenhof Wierling, Krspl. Senden, Kreis Lüdinghausen, denken. Osthof? Oldenburg. Jetzt Altenberge, Dorf im Kr. Steinfurt. Tileth. Jetzt Hof Tertilt, Krspl Greven, Kr. Münster. Overinchusen? Puningen. Hof und Bauerschaft im Krsple. Alverskirchen, Kr. Münster.
von Hatzfeld.

et losiungheren VII m. Quintus articulus est quod villicationes, que ita vacaverint, quod filius patri non succedit, nulli porrigentur sine consilio et consensu capituli, nec villicationes conferentur in plures manus, sed in solam, nec porrigetur alicui domine usus fructus. Petitionem vero de tertio anno duobus intermissis in tertium, futuris nostris prepositis pro iure non concedimus, retinentes nobis, pro varietate temporum succedentium, addendi vel imminuendi sive penitus commutandi plenariam facultatem. In cuius rei testimonium presentem literam venerabilis in Christo patris, domini nostri Gerhardi episcopi, et ecclesie nostre sigillis fecimus roborari. Datum et actum quinto nonas Julii, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quinto.

Von den beiden angehängten Siegeln ist das des Bischofs noch vorhanden.

745.

Das Kloster Varlar kauft die Ansprüche, die Graf Friedrich von Rietberg im Namen seiner Gemahlin Beatrix von Horstmar auf die Vogtei des Klosters erhoben, mit 225 Mark ab ¹⁾, und erhält von B. Gerhard das Privileg, dass der Propst von Varlar künftig vom Bischof von Münster mit der Vogtei belehnt werden soll. 1265 Juli 17. Münster. — Nach einem Transsumpt des J. 1429 im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archive; Abschr. Msc. II. 11. p. 61; gedr. Niesert U.-B. I. 1. p. 385.

Gherardus Dei gratia episcopus Monasteriensis etc. Notum sit igitur presentibus et futuris quod sedata discordia et materia dissensionis tocus, nostro mediante adiutorio et diligencia, que fuerat inter nobilem virum Fredericum comitem de Retbergh dominum de Horstmare ex una, et prepositum conventum monasterii in Varlare Monasteriensis diocesis super advocacia in Varlare, quam idem nobilis de facto sibi usurpavit, ex altera, taliter, quod idem prepositus et conventus, pro redimenda vexacione sua atque successorum suorum et ut monasterium suum ab advocato liberum perpetuo remaneret, de consilio nostro dederunt eidem Frederico in parata pecunia ducentas et viginti quinque marcas denariorum Monasteriensis monete, quibus receptis idem Fredericus, uxor sua Beatrix, cui dominium in Horstmare, quia ab eius progenitoribus processerat, in dotem assignatum fuerat, coheredesque et liberi eorum omne ius, quod habebant vel habere poterant in dicta advocacia, in manus nostras et dicti prepositi resignarunt, libere ab illo totaliter et imperpetuum recedentes. Ne nos igitur quod absit vel aliquis successorum nostrorum sive quisquam alius in advocacia prefata de cetero aliquid iuris sibi ultra subscripta usurpet, presertim cum dictum monasterium ab antiquo fuerit per privilegia tam Romanorum pontificum quam predecessorum nostrorum episcoporum Monasteriensium ab omni advocatorum onere liberatum, decani atque capituli ecclesie nostre Monasteriensis atque prepositi et conventus predictorum expresso accedente consensu, taliter ordinandum duximus, quod idem monasterium in Varlare alium advocatum deinceps non habebit, quam prepositum suum quicumque pro tempore fuerit. Qui ²⁾ advocaciam sui monasterii a Monasteriensi episcopo, qui pro tempore fuerit, statim cum in prepositum electus fuerit et electionis sue confirmationem habuerit, cum investitura iure recipiet feudali. Advocacie tamen seu defensionis nomine duntaxat decem et octo aureos, valituros totidem solidos denariorum Monasteriensis monete, dabit prepositus dicti monasterii Monasteriensi episcopo ter in anno, videlicet sex aureos in singulis vigiliis trium festivitatum subscriptarum, hoc est natalis Domini pasche et penthecostes. Hac quidem recognitione erit contentus Monasteriensis episcopus qui pro tempore fuerit, nec quicumque aliud exactionis seu petitionis nomine tamquam advocatus requirit ab hominibus monasterii memorati. Ordinacionem itaque supradictam quilibet noster successor, sicut alia statuta et consuetudines ecclesie Monasteriensis, repromittet se inviolabiliter servaturum. In cuius rei testimonium presentem paginam nostro et ecclesie nostre sigillis fecimus communiri. Datum Monasterii anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quinto, mense Julio, decima sexta calendas Augusti.

¹⁾ Vgl. die Urk. vom 27. November 1264, oben Nro. 726. — ²⁾ „in“ das Transsumpt und die Abschrift.

746.

B. Gerhard bestätigt am 31. Juli 1265 zu Münster die Entscheidung seines Officialen vom 19. Mai desselben Jahres, wodurch die Pfarrgerechtsamkeit einer Wiese zwischen dem Magdalenen-Hospital und dem Neubrückenthor zu Münster, der Pfarrkirche zu Überwasser abgesprochen und der St. Martini-Kirche zuerkannt wird. — Abschr. Msc. I. 71. p. 60; Copie Msc. IV. 4. p. 159; hieraus die letztere Urkunde gedruckt Wilkens Gesch. d. Stadt Münster p. 128.

Gerhardus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus omnibus in perpetuum. Ea que iuxta ecclesiasticum morem et iuste et rationabiliter a nostris subditis fuerint diffinita, decens est et iuri consonum, ut ad maiorem firmitatem nostre confirmationis munimine roborentur. Notum sit igitur presentibus et futuris, quod magister Renfridus, officialis noster, thesaurarius Monasteriensis, examinata causa que vertebatur inter abbatisam, conventum et rectorem parrochie sancte Marie Monasteriensis ex una parte, et decanum et capitulum ecclesie sancti Martini Monasteriensis super quodam prato sito in loco infraposito ex altera, talem in dicta causa exigente iusticia diffinitivam sententiam promulgavit:

In nomine Domini. Amen. Nos magister Renfridus officialis domni Monasteriensis episcopi. Cum in causa, que vertebatur inter ecclesiam sancte Marie ex parte una et ecclesiam sancti Martini Monasteriensis ex altera coram nobis super quodam prato sito inter hospitale ¹⁾ et novum pontem civitatis Monasteriensis, protendente ab ipso hospitali iuxta domum que quondam fuit Martini, dehinc versus domum Theoderici militis de Sconenbeke et ulterius versus novam turrim ipsius prati, secundum demonstrationem antiqui fluxus ipsius aque A ²⁾ a quibusdam de ecclesia sancti Martini nobis presentibus factam, quod pratum utraque pars ad suam ecclesiam iure parrochiali pertinere asseruit, testes hinc inde sunt producti et diligenter examinati, quia invenimus, ecclesiam sancte Marie minime intentionem suam probavisse, de consilio iurisperitorum ecclesiam sancti Martini ab impetitione ecclesie sancte Marie super dicto prato per sententiam diffinitivam absolvendam duximus, ecclesie sancte Marie iamdicte super parrochiali iamdicti prati iure perpetuum silentium imponentes. In evidens vero testimonium premissorum presens scriptum tam sigillo officialitatis, quam sigillo nostro vicedomino, Gerharde de Lon, Brunsteno, Rotghero de Didinchoven, presentibus hiis: magistro Fretherico vicedomino, Gerharde de Lon, Brunsteno, Rotghero de Didinchoven, Gerharde de Monasterio, Burchardo et magistro Henrico canonicis Monasteriensibus, Joanne plebano sancte Marie procuratore abbatisse et conventus eiusdem ecclesie sancte Marie, magistro Mathia scolastico ecclesie sancti Martini, magistro Fretherico, Wenero et Theoderico canonicis eiusdem ecclesie sancti Martini Monasteriensis, et aliis clericis et laicis quam pluribus anno Domini M^o.CC^o.LXV^o. feria tertia ante festum pentecostes eodem die presentibus prefixo ad diffinitivam sententiam audiendam.

Quam sententiam, quia observato iuris ordine rite et rationabiliter latam invenimus, ipsam in nomine Domini auctoritate ordinaria confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Prohibemus igitur districte sub pena anathematis, ne quis hanc paginam nostre confirmationis audeat infringere vel ei ausu temerario contraire. Datum et actum Monasterii anno Domini M^o.CC^o.LXV^o, II. Kal. Augusti.

¹⁾ Dass hierbei nur an das Magdalenen-Hospital und nicht an die Hospitaliter-Commende auf der Bergstrasse gedacht werden kann, geht aus Niesert U.-S. V. p. 70 hervor.

²⁾ „aque A hoc“ d. Copiar. Ueber die Sache selbst ist unsere Zeitschrift XVIII. p. 77 zu vergleichen.

747.

Gerhards, Bischofs zu Münster, Urkunde über die Verzichtleistung der Grafen von Bentheim und Oldenburg auf die Advocatiae des Hauses Kohnhorst ¹⁾. 1265 August 2. Wolbeck. — Or. Fr. Münster U. 127; Abschr.

Msc. I. A. p. 257; Copie IV. 5. p. 113; gedr. Niesert U.-B. I. I. p. 389.

Gerhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus. Omnibus presens scriptum intuentibus notum facimus, quod nobiles viri Otto de Bentheim cum Ottone filio suo et Hinricus de Altenburg, comites, successores et heredes Ottonis quondam comitis de Tekeneburg defuncti, ad petitionem nostram totaliter et perpetuo recesserunt ab advocatia, quam de facto sibi usurpaverant minus iuste, ut creditur, in domo dicta der Codenhorst, pertinente ad dotem ecclesie in Latberge, omne ius, si quod habebant vel habere poterant in advocatia domus prefate, pro se et heredibus suis coram nobis libere resignando. In cuius rei testimonium presentem paginam nostro et predictorum comitum sigillis fecimus communiri. Actum apud Walbeke presentibus hiis: Nicolao de Beveren, Ludolpho de Brugterbeke, Suethero dicto de Monte, Volewino Latte, Bernhardo de Sebelinge, militibus; scolastico Wildeshusensi et aliis quampluribus. Anno Domini M^o.CC^o.LX^o. quinto, in crastino beati Petri ad vincula.

Das Siegel des Bischofs ist zerbrochen; das des Grafen von Oldenburg ganz verloren gegangen. Das des Grafen von Bentheim ist ein Reitersiegel, und auf der Hauptseite sehr beschädigt; es hat ein kreisförmiges Rücksiegel, worauf der Bentheimische Wappenschild mit 15 in ein Dreieck gesetzten Kugeln, und die Umschrift: SECRETUM OTTONIS COMITIS.

748.

* Das Kl. St. Ägidii kauft von Hermann von Langen einen Hof aus dem Erlöse eines ihm früher geschenkten Guts. 1265 October 23. Münster in der Jacobi-Kapelle. — Or. Kl. Ägidii U. 36; Abschr. Msc. I. 81. p. 174.

In nomine sancte et individue Trinitatis Gerhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus etc.. Notum sit igitur tam presentibus quam futuris, quod Hermannus de Langen miles et Hermannus natus eius, constituti in nostra presentia Monasterii in capella beati Jacobi, recognoverunt se de unanimitate et expresso consensu suarum uxorum Metheldis et Jutte ac ceterorum coheredum suorum curtem suam dictam Conradinchofsitam in parrochia Northwolde ²⁾, cum agris pratis et pascuis campis silvis nec non nemoribus et cum quibuscunque aliis dictis pertinentiis, legali venditionis titulo proprietatis iure dilectis in Christo venerabili domine Ode abbatisse et conventui monasterii sancti Egidii Monasteriensis sexaginta et quinque marcis nostre monete numerate et recepte pecunie vendidisse. Predicti quoque pater et filius curtem predictam cum omnibus ipsius, ut premisimus, pertinentiis in nostris manibus prefato monasterio absolute et libere contulerunt et resignaverunt, abrenunciantes simpliciter omni iuri quod ipsis competeat vel competere poterat in curte eadem, pacto huiusmodi interiecto, videlicet quod ipsi omnibus diebus vite sue veri erunt warandi memorato monasterio honorum predictorum, ipsum monasterium eorum laboribus et expensis a quacunque questione, si qua forte eidem monasterio post brevius sive longius tempus fuerit mota, imposterum exempturi. Nolumus etiam ignorari, quod bona sepedicta comparata existunt pecunia recepta de curte dicta Oldenlinge et eius pertinentiis venditis olim a predicto monasterio, cui quondam nobilis vir dominus Otto comes in Thekeneburg eandem curtem contulerat ³⁾ ob dilectionem filie eius venerabilis domine Ode nunc abbatisse loci eiusdem, cum ipsam religioni tradidit Domino in dicto monasterio servituram. Ut autem supradicta rata permaneant et inconvulsa, presens scriptum nostro ⁴⁾ et dicti Hermanni militis sigillis pariter est munitum. Acta sunt hec Monasterii in capella predicta hiis presentibus:

¹⁾ Nordöstlich von Ladbergen. — ²⁾ Nordwalde, Kr. Steinfurt. Das Haus Langen liegt im Kirchsp. Westbevern an der Eins — ³⁾ 1226. Vgl. oben Nro. 222 u. 223. — ⁴⁾ Das Siegel des Bischofs ist indessen nie an die Urkunde angeheftet worden.

Walramo preposito, Johanne decano, Theoderico scolastico, Remfrido thesaurario, Wicholdo preposito sancti Mauritii, Hermanno de Holte preposito nove ecclesie ¹⁾, Ernesto cantore, Friderico preposito sancti Ludgeri, Johanne de Retho preposito Frisie, Bernhardo cellerario, Thetmaro Norendini, Brunsteno de Bilrebeke, magistro Lutberto et magistro Hinrico canonicis Monasteriensibus. Item laicis ²⁾: Hermanno de Ludinchusen, Hinrico et Conrado de Rechgethe, Matheo de Novo Castro, Remberto de Stochem, Conrado de Stric, Wernhero de Retho, Engelberto de Westerothe, Johanne de Dorevelde, Rolando de Vechtorpe et Johanne de Deckenbroke militibus; item civibus Monasteriensibus: Gerwino Divite, Johanne Nicinc, Hermanno Kericherinc, Ecberto Biscop, Hinrico de Wolthorpe, Ludgero de Bilrebeke, Johanne et Hinrico fratribus de Beveren et aliis compluribus, a. d. i. M^o.CC^o.LXVI^o, X^o. Kalendas Novembris.

Das Siegel zeigt vier und eine halbe schräg liegende Rauten; die Umschrift ist verwischt.

749.

In dem Process zwischen dem Dom-Capitel und gewissen Münsterschen Bürgern wegen des Domgrabens wird der Termin vom 1. December 1265 auf den 15. Januar 1266 verschoben. 1265 December 1. Münster im Dom. — Or. Fr. Münster U. 110; gedr. ³⁾ Niesert U.-B. I. II. p. 456.

Decanus sancti Pauli veteris et plebanus sancte Marie ecclesiarum Monast. iudices a domino Monast. episcopo constituti. Diem iudiciallem, qui debebat esse coram nobis in crastino beati Andree apostoli inter decanum et capitulum maioris ecclesie Monast. ex una parte et cives quosdam Monasterienses manentes inter portam sancti Michaelis et portam sitam iuxta capellam sancti Nicholai super fossato urbis Monast. ex altera, propter bonum pacis et concordie, quod speramus intervenire debere, usque ad feriam sextam post octavam epiphanie Domini de consensu partium duximus prorogandum, ut illo die fiat coram nobis in ecclesia Monast. quod premissa die fuerat faciendum. Porro dicti cives preter Johaunem Wrethe ⁴⁾ promiserunt coram nobis, quod omnia edificia, qualiacunque sint, iuxta murum urbis edificata infra nativitatem Domini totaliter removebunt. Actum in ecclesia Monast. anno Domini M^o.CC^o.LXV^o, die ut supra.

750.

* In demselben Prozesse werden die Kläger von Einreichung einer Anklageschrift entbunden. 1265 December 4. — Münster im Dom. — Or. Fr. Münster U. 111.

Decanus sancti Pauli veteris et plebanus sancte Marie ecclesiarum Monasteriensium, iudices a domino Monasteriensi . . . episcopo constituti. Comparentibus coram nobis in ecclesia Monasteriensi feria sexta ante festum beati Nicolai episcopi Burchardo et Giselberto canonicis Monasteriensibus procuratoribus . . . decani et capituli ac ecclesie Monasteriensis pro eisdem ex una parte, et Johanne dicto Wrethe cive Monasteriense pro se ex altera, eodem die prefixo ad interloquendum, utrum libellus conventionalis esset porrigendus ipsi Jo. in causa que inter ipsos hincinde super fossato urbis ecclesie Monasteriensis auctoritate domini Monasteriensis . . . episcopi vertitur coram nobis, auditis et intellectis allegationibus partium hinc inde que in actis apparent, interloquendo pronuntiavimus et pronuntiamus, non deberi offerri libellum conventionalem ipsi Johanni, si ex parte capituli predicti probatum fuerit vel per confessionem domini episcopi vel per legitimos testes, litem fuisse coram eodem domino episcopo super dicta causa legitime contestatam, et processum fuisse usque ad demonstrationem edificiorum super fossato predicto positorum ⁵⁾, ad quorum alterum probandum diem prefigimus supradictis procuratoribus coram nobis in ecclesia

¹⁾ Die oben U. 524 angegebene Regierungszeit Hermann's ist nach dieser Urk. zu berichtigen. — ²⁾ „laici“ d. U. — ³⁾ Lückenhaft. — ⁴⁾ Diese Familie schrieb sich früher „Wurethe“ Vgl. oben Nro. 173. — ⁵⁾ Siehe oben U. 725.

Monasteriensi contra Johannem memoratum, videlicet sabbatum post festum beati Nicolai episcopi¹⁾, et ad faciendum quod iuris erit. Actum die et loco ut supra a. D. M^o.CC^o.LX^o. quinto.

Das Siegel des Pfarrers zu Ueberwasser ist, freilich sehr verstümmelt, noch vorhanden.

751.

Zwei Zeugenverhöre in Betreff des Grabens, welcher die Domfreiheit²⁾ von der Stadt³⁾ trennte. O. J.⁴⁾ — Or. Fr. Münster 125 u. 125a; Abschr. Msc. II. A. p. 18; hieraus gedr. Niesert U.-B. I. II. p. 459—463.

Hinricus de Emesbroke miles testis iuratus dicit, quod temporibus prepositi Volmari meminit questionem fuisse de fossato inter dominos nostros et civitatem, sed ex qua causa et per quos ortum habuerit, ignorat, dicit etiam compositam fuisse, sed formam compositionis nescit.

Item Conradus Boltensnidere testis iuratus dicit, quod tempore episcopi Thiderici⁵⁾ agitabatur questio de fossato et composita fuit. Sed tempore compositionis fuit in transmarinis partibus apud terram sanctam, unde formam eius nescit. Dicit etiam, quod meminit antequam iret ad terram sanctam, quod pater Margarete Riken ceperat edificare quoddam pirale versus murum ultra aqueductum qui fuit ibi, et prohibitus fuit et coactus destruere quod ceperat edificare, et quod tunc nulli licuit occupare ultra terminos aqueductus illius. Adhuc de spatio fossati interrogatus, ubi ceperit aqueductus, dicit quod nescit, sed quod erat contra eandem domum et defluxit descendens versus portam sancti Nicolai, ubi modo sedent fabri acuum contra macellas⁶⁾. Interrogatus, ad quot pedes aqueductus distaret a muro, dicit quod nescit.

Item Joannes Nicinc testis iuratus dicit, quod tempore episcopi Thiderici coram eo mota fuit questio de fossato et ordinata compositio per ipsum que constabat denarios, quam edixit de verbo episcopi Godefridus villicus Transaquam in antiqua portico⁷⁾, et erat talis compositio, quod quelibet domus dominorum extra muros optineret in spatio XIII pedes in fossato, in quo nichil immundum debebat fieri, set pro necessitate extra et contra habitantium poni deberent ligna et suspendi vestes siccande, et de qualibet area contra habitantium dari deberet unus denarius dominis annuatim, et quod ipse illum denarium sepe dedit, cum ibi habitabat. Interrogatus si adhuc sciret de aliquo scripto super hoc confecto, dicit quod nescit; set de prioribus dicit quod et ea vidit et audivit ab antiquioribus suis. Dicit etiam quod Robertus Leo, Bernardus Erebratinc et Godefridus Travelmanninc ceperant edificare cloacas, et compulsi sunt per iustitiam amovere.

Item Wescelus Prunheminc testis iuratus dicit, quod tempore episcopi Ludolphi Robertus Leo posuerat latrinam ad murum urbis et ex eo deturpatum fuit cellarium et cibaria intus servata, super quo querelam movit dominus tunc contra murum habitans, quem credit fuisse dominum Fredericum de Vrekenhorst, et terminata fuit questio de toto fossato a porta capelle sancti Michaelis usque ad portam capelle sancti Nicolai per episcopum Ludolphum, ut dicit, quod vacui iacere deberent XVI pedes a muro versus domos contra habitantium, ubi nihil immundum debuit superedificari vel poni, set ligna tantum vel vestes siccande.

¹⁾ December 12. An diesem Tage wurde, nachdem durch ein Schreiben des Bischofs die gesetzliche Einleitung des Processes zwischen dem Capitel einerseits und dem Bürger Johann Wrethe und seinen Genossen (Wicholdus vinitor et Godefridus Anglicus), die zwischen dem St. Michaelis- und dem St. Nicolai-Thor wohnen, anderseits, festgestellt worden, ein Termin „ad proferenda instrumenta ecclesie . . . et ad primam testium productionem faciendam super principali“ auf den 17. December (feria quinta ante festum B. Thome apostoli) gesetzt. — Or. Fr. Münster U. 112.

²⁾ urbs, burgus. — ³⁾ civitas. — ⁴⁾ Nach Maassgabe der in der Note 1. angeführten Nachricht, am 17. December dieses Jahres angestellt. — ⁵⁾ 1218—1226. Oben Nro. 136 — ⁶⁾ Fleischerscharren. — ⁷⁾ Vielleicht nahm dieser ältere Porticus die Stelle des späteren Paradieses ein, in welchem ebenfalls Gerichtsverhandlungen vorgenommen wurden.

Quesitus de censu arearum, dicit, quod quelibet area reddit episcopo pro censu feria secunda post Invocavit. Interrogatus de auditu quod nichil audivit.

Item Gerhardus Sebrach episcoporum Thiderici et Ludolphi fuit eorum . . aliqua in audivit a se dixit audivisse a patre eiusdem matris, quod b t, quod a porta sancti Michaelis usque ad pontem lapideum fuerat palus et profunditas, in qua proiciebantur canes mortui et cadavera, et illa profunditas cingebat fossatum et murum, nec stetit ibi aliqua domus. Interrogatus, si mater dixerit quo modo vel quo iure occupate fuerint ibi aree primo, dicit quod nescit, set dicit quod bene meminit questionis de latrina edificata contra murum, quam edificaverat Godefridus Travelmanninc nunc ultimo, et quod convocati fuerant scabini propter hoc et fecerunt deponi; de censu areali nichil scit.

Item Bernardus de Cosvelde testis iuratus dicit se recordari, quod dominus Ludgerus quondam canonicus Monast. habitavit in domo que nunc est thesaurarii et Robertus Leo habitavit posuerat latrinam contra murum ex at in cellarium dicti Ludgeri et corrumpebant cibaria, rumbum ¹⁾ et cetera intus servata. Exinde suscitata fuit querela per ipsum Ludgerum, et questio de fossato inter dominos et inter eos qui manserunt extra contra fossatum, et tactum fuit ex parte dominorum, quod aqueductus subterraneus divideret spatium fossati inter murum et inter contrahabitanes. Qui aqueductus fodiendo inventus continebat in spatio a muro mensuram XVI pedum vel XIII, et sedata fuit questio, ita quod Robertus amovit latrinam, et quod domini contenti deberent esse spatio illo usque ad aqueductum, nec ultra aqueductum cives deberent edificare aliquid vel ponere, nisi facerent in gratia dominorum contra habitantium. Interrogatus si scriptum aliquod confectum fuerit super compositione credit, quod Ludewicus Deres sciat. Interrogatus de censu, dicit, quod quelibet area in signum compositionis dare debuit duos denarios vel tres, ut putat, ecclesie.

Item Johannes sacerdos dictus Copele testis iuratus dicit, quod audivit sepius quod mensuratum fuit a muro urbis spatium cum virga habente in longum XVI pedes, et idem spatium vacuum iacere deberet. Quesitus ad quos usus, dicit quod nescit. Item quesitus de compositione episcopi Thiderici, dicit quod non est ei notum.

Item Engelbertus custos sancti Mauriti testis iuratus dicit, quod ipse adhuc scholaris, cum decanus sancti Mauriti avunculus suus iret ad maiorem ecclesiam, ut interesset iudicio, cui presedit in ecclesia maiore ante primum altare ad querelam domini Ludgeri canonici Monast. contra cives Otto episcopus primus ²⁾, sequebatur decanum et interfuit iudicio cum decano et vidit et audivit, quod magister Bernardus de Brema tenuit verbum domini Ludgeri et ecclesie, et quod episcopus processit ad excommunicationem civium, et meminit se audivisse ab eodem decano postea, quod sopita fuit causa cum adiudicatione spatii XVI pedum vel plus a muro versus domos contra habitantium. Interrogatus de censu arearum, dicit quod nichil inde scit.

Item Tehtmarus campanarius testis iuratus dicit, quod audivit de compositione episcopi Thiderici, sicuti alii dixerunt, set formam eius nescit, sed scit, quod cum Godefridus vicedominus edificari fecit domum inter coquinam dominorum et inter domum Lucie, obtinuit iure ecclesie spatium XVI pedum ibi extra murum ³⁾.

Nur an der ersteren Urkunde hing früher ein Siegel.

¹⁾ Stockfisch. — ²⁾ 1203—1218. — ³⁾ Die U. 125 a ist durch Mäusefrass stark beschädigt.

752.

- * Für gewisse der Johanniter-Commende zu Steinfurt abgetretene Güter erhält die Thesaurarie des Münster-schen Domcapitels ein Haus bei Hiltrup. 1265 December 21. Münster in der Domdechanei. — Or. Fr. Münster U. 128; Abschr. Msc. I. 4. p. 372.

Hermannus de Langen miles et filius suus Hermannus omnibus presens scriptum intuentibus. Notum facimus, quod proprietatem domus in Weghus cum omnibus attinentiis suis terris pratis pascuis et hominibus iuxta Hiltthorpe sitis, quam Hermannus de Mase miles a nobis tenuit in feodo, ecclesie Monasteriensi contulimus et resignavimus taliter, ut de cetero ad officium thesaurarie pertineat et a . . . thesaurario Monasteriensi quicumque pro tempore fuerit in feodo teneatur. Quod pro eo fecimus, quod magister Renfridus thesaurarius predictus de consensu . . . decani et capituli sui recessit a iure proprietatis duarum domorum in Heslete et attinentium ad ipsas, sitarum in parrochia Buren ¹⁾, quas Hinricus dictus Renche in feodo tenuerat a . . . thesaurario Monasteriensi, qui Hinricus et coheredes sui ius, quod in dictis domibus habebant, pro quadam summa pecunie vendiderunt magistro fratribus et domui in Stenvordia, . . . thesaurariusque ius proprietatis eisdem contulit et resignavit nomine Monasteriensi ecclesie supra dicte. Nosque predicti una cum Hinrico dicto Renche, Stacio et Conrado filiis Alexandri militis de Gerinchusen promisimus in solidum . . . thesaurario et ecclesie Monasteriensi, quod si a quoquam ipsos impeti vel impulsari contigerit super proprietate dicte domus Weghus et attinentium ipsius, vel super alienatione domorum in Heslete predictarum, eosdem abinde liberabimus et penitus reddemus indempnes, id presentibus protestantes. Actum Monasterii in curia Johannis dicti Werence decani Monasteriensi, presentibus hiis: Johanne decano iam dicto, Theoderico de Adenoy scolastico, magistro Renfrido thesaurario, Ernesto cantore, Johanne de Rethe preposito Frisie, Gyselberto de Warenthorpe, Luberto et Hinrico magistris, canonicis Monasteriensibus; laicis: Henrico de Bertelwic, Johanne de Darevelde, Conrado dicto Gans militibus, Conrado de Oldenberge, Ecberto dicto Bisscop, Johanne dicto Wrethe, civibus Monasteriensibus, et aliis quampluribus. Ego Hermannus de Langen miles predictus tam pro me et filio meo Hermanno, quam Hinrico dicto Renche, Stacio et Conrado filiis Alexandri militis de Gerinchusen predictis, quia iidem propria non habuerunt sigilla, presentem litteram sigilli mei munimine roboravi. Datum Monasterii anno D. millesimo ducentesimo sexagesimo quinto, XII. Kalendas Januarii.

Das Siegel ist abgefallen.

753.

- * Das Kl. Liesborn entschädigt beim Verkauf eines Guts den Edlen Bernhard von Lippe wegen seiner Vogtei-rechte. 1265. — Or. Kl. Liesborn U. 74; Abschr. Msc. I. 99. f. 34'; I. 104. f. 31.

Bernhardus de Lippia vir nobilis universis presentem litteram inspecturis salutem in auctore salutis. Cum Gerhardus dictus de Waltorpe ministerialis noster mansum in Bovinchtorpe, pertinentem advocatie nostre et curie Lysbernensi in Herinchtorpe ²⁾, ab abbate et conventu Lysbernensi pro certa pecunie summa de consensu nostro comparaverit et mansum ipsum a nobis in feodo receperit, presentium tenore et sigilli nostri impressione protestamur, quod dicti . . . abbas et conventus data nobis certa pecunie summa super recompensatione quo ad advocatiam nobis satisfecerunt. Unde sepedictos . . . abbatem et conventum a recompensatione prefati mansi tam a nobis quam a heredibus nostris perpetuo quitos esse volumus et absolutos. Testes huius rei sunt: Alradus et Siffridus milites castellani nostri, Wilhelmus villicus de Herinchtorpe officialis noster et alii quam plures. Actum anno Domni M^o.CC^o.LX^o. quinto.

Das mit einem Secret versehene Siegel Bernhards ist beschädigt.

¹⁾ Wohl Emsbüren. — ²⁾ „Waltrup, Böntrup und Hentrup“ im Kspl. Liesborn.

754.

- * *Hermann von Münster überträgt ein Grundstück auf der Beerlage dem Kl. Marienborn zu Coesfeld. 1265.*
— Abschr. in dem Copiar des Kl. p. 5.

In nomine Domini. Amen. Notum esse volumus, quod ego Hermannus dictus de Monasterio consensu uxoris mee et heredum meorum allodium meum, scilicet unum mansum super Berolve in parrochia Holthusen, quem a me Johannes dictus de Holthusen in omagio tenuit, de consensu uxoris sue et heredum suorum ecclesie dominarum in Cosvelt iure proprietatis perpetuo contuli possidendum. Acta sunt hec a. D. M^o. CC^o. LXV^o. Testes huius rei sunt: Ludolfus de Brochterbek, Hermannus ¹⁾ de Bek, Wernherus de Herde, Bernhardus Scule.

755.

- * *Austausch von Gütern in Holthausen. 1265 Juni 18.* — Orig. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archive;
Abschrift im Copiar des Kl. Marienborn p. 5.

Nos Johannes Dei gratia Monasteriensis ecclesie decanus et archidiaconus in Birebeke presenti scripto protestamur, quod Hermannus Kercherinc civis Monasteriensis et Gerardus dictus de Brincke servus conventus monialium in Cosvelde de suis areis sitis in Holthusen tale fecerunt concambium coram nobis, ut idem Gerardus pro area sua decimali a Hermanno Kercherinc predicto, mediante quadam summa pecunie, quandam aream dictam Brinke vicinam aree priori liberam a decima magna, nisi quod tantum dabit minutam decimam, recepit, ipsam per se et suos heredes perpetuo possessurus. Dum hec fierent, presentes erant: Johannes miles dictus de Holthusen, Gerhardus frater suus, Johannes Herewardinc et plures alii fide digni . . . Datum a. D. M^o. CC^o. LX^o. quinto, feria quinta post diem Viti.

Vom Siegel des Domdechanten sind nur Bruchstücke erhalten.

756.

- * *Graf Otto von Ravensberg bekundet den Verkauf zweier Häuser in Remse von Seiten des Arnold Grip an das Kl. Marienfeld. 1265.* — Or. Kl. Marienfeld U. 158; Abschr. Msc. I. 106. f. 10; II. 77. p. 163.

In nomine Domini. Amen. Otto comes in Ravenesberg universis Christi fidelibus presentium tenorem visuris vel auditoris in perpetuum. Geste rei noticia propagatur in posteros, cum venit auctoritas et robur firmitus a testimonio litterarum. Declaretur ergo presentibus et futuris, quod Arnoldus laicus cognomento Grip, de consensu et voluntate uxoris sue Agnetis et liberorum suorum et fratris sui Hermanni et coheredum suorum, vendidit abbati et fratribus de campo sancte Marie duas domos in Remese ²⁾ pro sexaginta et quinque marcis denariorum cum omni utilitate quam ipse in eisdem domibus habuerat, ab ecclesia predictorum abbatis et fratrum in perpetuum possidendas. Quarum domorum resignacionem coram nobis fecit in manus abbatis et fratrum suorum predictus Arnoldus cum omnibus personis supra memoratis. Ut igitur predicta in suo vigore in perpetuum maneant inconvulsa, nos presentem paginam sigilli nostri apensione roboratam ecclesie dedimus memorate. Acta sunt hec anno Domini millesimo ducesimo sexagesimo quinto. Huius rei testes sunt: Johannes Kersebroke dapifer, Rodolfus de Blasnen, Heinrichus de Aspelecampe, Regenbodo Top milites; item Hermannus de Widenbruge frater Arnoldi supradicti, Heinrichus

¹⁾ „Brochtenbeck u. Germannus“ d. Cop. — ²⁾ Zwischen Harsewinkel und Marienfeld.

Budel, Winandus Vulf, Heinricus Duvelescob; item Levoldus Dives, Heinricus de Spechteshart, Justacius de Ubbedessen, Hermannus de Bilevelde et alii plures ¹⁾).

Das Siegel zeigt einen Herzschild mit den Ravensbergischen Sparren und der Umschrift: S. OTTONIS COMITIS DE RAVENSBERGE, und als Secret den Helm mit Helmzier und der Umschrift: GALEA COMITIS DE RAVENSBERGH.

757.

* *Der Decan des alten Doms, als bischöflicher Richter in dem wegen des Grabens der Immunität zwischen dem Domcapitel und verschiedenen Münster'schen Bürgern anhängigen Prozesse (super fossato urbis ecclesie Monasteriensis), verlegt den auf den 15 Januar 1265 nach damaliger, oder 1266 nach jetziger Rechnung (feria sexta post octavam epiphanie), angesetzten Termin auf den 30. Januar d. J. — Fr. Münster U. 113 u. 114 — und verschiebt mit dem Pfarrer von Überwasser, dem andern vom Bischof bestellten Richter, sodann an diesem Tage «ad petitionem scabinorum Monasteriensium aliorumque virorum» die Entscheidung auf den 13 Februar (ad sabbatum ante dominicam Invocavit.) — Or. ib. U. 116 u. 115 — Die Verhandlungen müssen indessen auch an jenem Tage nicht weiter gediehen sein; denn am 18. Febr. 1266 (feria quinta post dominicam Invocavit) übergibt das Domcapitel den Bürgern die gewünschten Abschriften der Anklageschrift, aber die Schöffen erwirken eine neue Aussetzung auf den 25. Februar (ad feriam quintam post dominicam Reminiscere) — Or. ibidem U. 117 —, an welchem Tage wiederum die Sache auf den 11. März prorogirt wird. — Or. ib. U. 118 gedr. Niesert U.-B. I. II. 458. — Der Process wird aber wiederholt ausgesetzt und vom 18. März (feria quinta ante festum palmarum), wo er verhandelt werden sollte, auf den 5. April (feria secunda post dominicam Quasimodogeniti) vertagt. — Or. ib. 119. — An diesem Tage kam es insofern zur Entscheidung, als festgestellt wurde, dass eine neue Anklageschrift nicht nöthig erscheine, wie dies die folgende, bisher ungedruckte Urkunde, Or. Fr. Münster U. 120, bezeugt:*

Nos decanus sancti Pauli veteris ecclesie et . . . plebanus sancte Marie Monasteriensis iudices a domino episcopo Monasteriensi constituti. Super questione coram nobis proposita, an porrigendus sit libellus de novo, an standum sit literis domini episcopi et eius confessioni in literis suis facte super articulo de liti contestatione, quam dominus episcopus asserit coram se tanquam coram iudice ordinario factam esse in causa, quam venerabiles domini decanus et capitulum Monasteriensis ecclesie coram ipso episcopo in iudicium per querelam deduxerunt super spatio fossati olim murum urbis continentis inter portam sancti Michaelis et inter portam sancti Nicholai contra civitatenses inter memoratas portas habitantes et spacium predicti fossati occupantes, cuius spacii demonstrationem, ut dicunt, domini de mandato episcopi per inspectores ad hoc deputatos fieri procurarunt: nos interloquendo pronuntiamus, literis domini episcopi et eius confessioni utpote in figura iudicii ordinarii coram se acti standum esse, donec probetur in contrarium, et ob hoc libellum non esse de novo dandum, et ita eisdem literis stamus, salvo civitatensibus iuris beneficio ad contrarium probandum instrumentis vel testibus si possunt Datum et actum in ecclesia Monasteriensi a. D. M^o.CC^o.LXVI^o ²⁾, secunda feria post dominicam Quasi modo geniti ³⁾.

¹⁾ In demselben Jahre und mit denselben Zeugen bekundete Graf Otto auch noch, dass Arnold Grip sein Hans zu Ahmenhorst (bei Oelde), mit dem Colonen Bernhard, dessen Frau und ihren vier Kindern, und nachdem er ihn selbst wegen seines Eigenthumsrechtes genügend entschädigt, an das Kl. Marienfeld für 33 Mark Denare veräußert habe. — Or. Kl. Marienfeld U. 159; Abschr. Msc. I. 106. f. 51; II. 77. p. 161. — Das Siegel ist weniger gut erhalten.

²⁾ Ich bemerke hierbei, dass alle oben registrierten Urkunden, namentlich auch noch Nro. 119, vom J. 1265 datirt sind.

³⁾ Aus einer andern Urkunde desselben Jahres — Or. Fr. Münster U. 121 — erfahren wir dann, dass dieser Process am 13. October (feria quarta post Gereonis et Victoris) 1266 wiederum verhandelt werden sollte, aber nochmals auf den 17. November (feria quarta post festum B. Martini) desselben Jahres ausgesetzt wurde. Ueber das Weitere sind die Urkunden des J. 1270 zu vergleichen.

758.

* Graf Otto von Ravensberg gewährleistet dem Kl. Rengering das Recht der Holzlese in der Mark Glandorf. 1265 (1266) Febr. 23. — Or. Kl. Rengering U. 20; Abschr. Msc. I. 108. f. 97.

Otto comes in Ravensberg omnibus presens scriptum visuris rei geste notitiam. Tenore presencium protestamur, quod nos ad instanciam domni Hinrici de Rene clastro Regerinc in marka Glanthorpe, quantum in nobis est, firmam prestamus warandiam secandi ligna inutilia et iacentia, super hec presentes litteras sigilli nostri munimine roborantes. Datum Ravensberg anno Domini M^o.CC^o.LXV^o, VII^o. Kalendas Marcii.

An dem fragmentarisch erhaltenen Siegel sind die Verzierungen der schraffirten Sparren bemerkenswerth.

759.

* Die Pröpstin von Vreden tauscht Eigenbehörige aus. 1265 (1266) Februar 25. — Orig. im Besitze unseres Vereins.

E. Dei gratia proposita Vrethensis ecclesie omnibus presens scriptum visuris orationes in Christo. Nos Ermetrudis preposita ecclesie Vrethensis tenore presentium protestamur, quod nos Metheldim filiam Johannis Leffardinc in Vrageren quondam ecclesie nostre pertinentem manumisimus, libertati donantes eandem. Nos vero pro ipsa titulo concambii recepimus Frethericum de Vrageren et Gerthrudem sororem eius nostre ecclesie pertinentos. Huic facto presentes fuerunt: villicus de Merste et Bernardus de Hontharpe, Johannes tor Vereth, Engelbertus de Winkelhorst, Winricus Snuvere, Wolterus de Lo, iudex de Gronlo, Rotgerus de pomerio dictus Wildelewe, Rotgerus Sigechinc in Vrageren et alii quam plures. Ne igitur hec a nobis vel a nostris successoribus valeant irritari, presentes litteras eidem M. contulimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno Domini M^o.CC^o.LXV^o, V^o. Kalendas Martii.

760.

Nachdem B. Gerhard die Grut oder Brausteuer in der Stadt Münster an sich gebracht ¹⁾, überträgt er ein Drittheil derselben der Stadt Münster für 200 Mark, und überweist aus den Einkünften der übrigen zwei Drittheile dem Domcapitel eine Rente von 40 Mark zum Gedächtniss der von ihm unter Mitwirkung anderer Bischöfe vollzogenen Einweihung ²⁾ des Doms. 1265 (1266) März 4. — Or. in zwei Ausfertigungen Fr. Münster U. 129a; Abschr. Msc. I. 4. p. 94 u. 279; gedr. Niesert U.-B. I. 1. p. 284.

Gerhardus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus omnibus in perpetuum. Notum sit igitur tam presentibus quam futuris, quod cum in civitate Monasteriensis fermentum vulgariter grut dictum acquisivisse-

¹⁾ Niesert l. c. sagt: „wieder an sich gebracht“, was aber durch Nichts in der Urkunde begründet erscheint. Vielmehr hat wohl Kindlinger Beitr. II. p. 230 Recht, wenn er annimmt, dass das Brauwesen ursprünglich mit zu den Gerechtsamen der Haupthöfe gehört habe. Demnach ist zu vermuthen, dass Bischof Gerhard die Grut von den Herren von Münster, als Inhabern des Brockhofes erworben hatte; doch ist Urkundliches darüber nicht bekannt.

²⁾ Die nach der gewöhnlichen Annahme schon am 30. September 1261 stattgefunden haben soll. Vgl. Erhard G. Münsters p. 126, und Ficker M. G.-Q. I. 35. n. 4. Diese gründet sich aber meines Wissens nur auf eine Zusammenrechnung der von der Bischofschronik gegebenen Daten (Ficker l. c. p. 30 u. 35), dass Dietrich III. am 22. Juli 1225 den Grundstein beim Neubau des Doms gelegt und dass Gerhard dann denselben eingeweiht habe, nachdem „circa XXXVI anni inter primi lapidis posicionem et eius dedicationem et consecracionem“ verflossen seien. Ohne aber hier betonen zu wollen, dass die auch sonst keineswegs zuverlässige Bischofschronik hier nur von ungefähr 36 Jahren spricht, muss ich doch bemerken, dass B. Gerhard am 30. September 1261 den Dom nicht eingeweiht haben kann, da er selbst damals noch

mus ecclesie nostre, mediante consilio discretorum canonicorum ipsius ecclesie nos, receptis a civibus Monasteriensibus ducentis marcis, ipsis de consensu dicte ecclesie nostre capituli terciam tantummodo partem emolumenti ipsius fermenti contulimus, ut per promotionem ipsorum idem fermentum, cuius ipsi quantum ad dictam partem sunt participes, posset commodius incrementum recipere et plus existere fructuosum. De duabus vero partibus dicti fermenti nobis et successoribus nostris retentis, ob reverentiam et honorem matris nostre Monasteriensis ecclesie, que mediante Dei auxilio per manus nostras nostrumque ministerium cooperantibus nobis ad hoc pluribus aliis episcopis solemniter dedicata existit, decem marcarum redditus conferre decrevimus et presentium tenore conferimus predicte ecclesie, in vigilia beati Michaelis singulis annis per ministros memorati fermenti, quicumque pro tempore fuerint, expedite illi sepedicte ecclesie canonico, qui ipsos redditus ad hoc ordinatus sive deputatus a nobis et a nostris pro tempore successoribus modo inferius exprimendo distribuet, ministrandos. De dictis quidem redditibus singulis ecclesie ipsius canonicis presentibus dabuntur ad manus in primis vespere octo denarii, in matutinis duodecim, in summa vero missa octo et vespere secundis tantumdem. Singulis quoque canonicis sancti Pauli Monasteriensis similiter in ipsa ecclesia maiore presentibus dabuntur ad manus in primis vespere quatuor denarii, in matutinis VI, in summa quoque missa quatuor et in vespere secundis tantum. Singulis etiam vicariis prefate maioris ecclesie et vicario sive rectori primi altaris iam dicte ecclesie sancti Pauli in singulis horis antedictis singuli tres denarii presentibus similiter dari debent. Scolaribus quoque tres solidi ad convivium, campanariis quoque ut festive pulsant¹⁾ solidus dari debent. Datum et actum anno Domini M^o.CC^o.LXV^o. Kalendas Martii.

Das Siegel des Bischofs ist an beiden Ausfertigungen vorhanden.

761.

Indem Bischof Florenz am 9. Juni 1377 das Grut-Amt beim Dome dem Canonicus Godfried von Lüdinghausen überträgt, lässt er aus dem vorgelegten Statutenbuche des Domcapitels²⁾ diejenigen Stellen, welche die Einkünfte und Leistungen dieses Amtes betreffen, und Auszüge aus zwei Urkunden Bischof Gerhard's, der vorhergehenden und einer unbekanntenen in Betreff der Stadt Ahlen, enthalten, notariell beglaubigen und bestätigt die Abschrift durch Anhängung seines Siegels ad causas. — Or. Fr. Münster U 883; gedr. Niesert U.-S. VII. p. 579-581. — Wir heben hier die auf die Præstation der Stadt Ahlen bezügliche Stelle der Urkunde Bischof Florenz heraus und merken die abweichenden Lesarten der noch jetzt im Prov.-Archiv vorhandenen Abschriften der Statutenbücher des Doms a) Msc. I. 7. p. 48. β) I. 8. p. 37'. γ) VI. A a. p. 43³⁾ an.

Pie recordacionis et honorum memoria dignus Gerhardus Monasteriensis episcopus dedicator huius⁴⁾ ecclesie statuit et ordinavit, quod scabini et opidani in Alen ministrabunt annualim ante dominicam Letare

nicht die Bischofsweihen empfangen hatte, ja noch am 3. November 1262 sich urkundlich: „Monasteriensis ecclesie postulatus“ nennt (siehe oben Nro. 695). Vielmehr scheint die vorliegende Urkunde, die bestimmt war das Gedächtniss dieser Einweihung zu verewigen, namentlich durch den Ausdruck: „que . . . per manus nostras . . . dedicata existit“, zu der Annahme zu berechtigen, dass dieselbe wenige Zeit vor dem 1. März 1266 nach unserer Rechnung stattgefunden hat. Da aber der Tag der Einweihung zwar nicht von dem zweiten um 1423 verfassten Nekrolog, Msc. I. 10. p. 327, wohl aber von dem dritten im Anfang des 16. Jahrh. niedergeschriebenen, Msc. I. 10. p. 177, der noch heute geltenden Annahme gemäss, auf den 30. September gesetzt wird, so können wir den 30. September 1265 wohl mit einiger Wahrscheinlichkeit für den wirklichen Dedicationstag halten, was in einer bisher ungedruckten Urkunde Papst Clemens IV. vom 10. Februar 1268 seine Bestätigung zu finden scheint.

¹⁾ Hier hat in der einen Ausfertigung eine etwas spätere Hand darüber geschrieben „et organario“, was das Domcopiar I. c. p. 74 mit in den Text aufgenommen hat, während es p. 279 den reinen, nicht interpolirten Text der andern Ausfertigung wiedergibt. Auch die Statutenbücher des Doms (siehe Nro. 761) haben diese Interpolation, welche für die Feststellung des Zeitpunktes wo der Dom die Orgel bekommen nicht unwichtig ist, ihren Auszügen aus dieser Urkunde eingereibt.

²⁾ „Florencius — tenens in manibus suis quandam pergameni cuiusdam statuti et ordinacionis — Gerhardi — Monasteriensis

quinque marchas et tria molt tritici medie mesure Monasteriensis, que dicitur halvemate, ita quod de qualibet mensura tritici que scepel dicitur decem panes fiant. Hii vero panes et denarii feria secunda post Letare in synodo generali sic inter presentes distribuentur: cuilibet canonico maioris ecclesie dabuntur quatuor denarii et duo panes, decano veteris ecclesie quatuor denarii et duo panes, reliquis et singulis ibidem canonicis presentibus tres denarii et unus panis, ecclesiarum sancti Martini, sancti Lutgheri, sancti Mauricii ⁵⁾ decanis quatuor denarii et duo panes, singulis canonicis in synodo sive in suis ecclesiis presentibus duo denarii et unus panis, abbatibus prepositis prioribus abbatissis priorissis Monasteriensis dyocesis in synodo presentibus quatuor denarii et duo panes, universis vero plebanis ecclesiarum et capellarum rectoribus et vicariis Monasteriensis dyocesis in synodo presentibus duo denarii et unus panis, monachis et monialibus ordinis sanctorum Benedicti et Augustini, capellanis et clericis beneficia non habentibus nichil datur; item cuilibet campanario maioris ecclesie dabitur unus denarius et unus panis. In anniversario quoque Gerardi episcopi ponetur candela cerea de libra et duo denarii offerentur et in synodo generali tres panes ad missam animarum offerentur. Obtinebit autem ministrator quod residuum fuerit ⁶⁾.

762.

* *Der Ritter Giselbert von Bissendorf verzichtet auf sein Lehnrecht an einem Hause in der Bauerschaft Remse. 1265 (1266) März 16. Osnabrück. — Or. Kl. Marienfeld U. 160 b; Abschr. Msc. I. 160. f. 8.*

Giselbertus miles dictus de Byssendhorpe ⁷⁾ universis Christi fidelibus hanc litteram visuris vel auditoris notum esse cupimus, quod Arnoldus de Widenbrugge dictus Grip quandam domum in villa Remese sitam, quam de manu nostra in feodo tenuit, nobis libere et absolute resignavit. Nos igitur huiusmodi resignatione recepta, eandem domum domino Johanni abbati de campo sancte Marie Cysteriensis ordinis Monasteriensis dyocesis, de cuius manu eiusdem domus feodum tenuimus, de consensu uxoris nostre et heredum nostrorum resignavimus libere ac absolute et hoc pagina presenti sigillo domini Ludgeri Osnaburgensis prepositi et nostro sigillata protestamur. Acta sunt hec Osenbrugge anno Domini M^o.CC^o.LXV^o. in vigilia beate Gertrudis virginis presentibus domino Ludgero preposito Osnaburgensi, domino Gerhardo de Hulevelde nobile, Hermanno de Cappellen, Johanne camerario, Thiderico de Alen militibus et aliis quam pluribus.

Nur das Siegel des Propstes ist erhalten.

763.

* *Das Capitel des alten Doms verpachtet von seinem in sechs Wortstätte parcellirten Kirchengut in Überwasser drei Grundstücke. 1266 Juni 18. — Abschr. Msc. I. 64. f. 29⁸⁾; hieraus copirt Msc. III. 35; IV. 13. p. 38.*

In nomine Domini. Amen. Nos capitulum veteris ecclesie sancti Pauli Monasteriensis notum facimus presencia visuris, quod de sex areis, in quas divisimus aream dotis ecclesie nostre sitam Transaquam ad

ecclesie episcopi — cartam, de quodam ipsius privilegio ut dicebatur scriptam et extractam. — ⁸⁾ Alle drei sind Abschriften aus dem Ende des XIV. Jahrhunderts, die von dem sonst verlorenen und durch die notarielle Copie in U. 883 hier theilweise erhaltenen Original mannichfach differiren. Eine Vergleichung auch der die Grut der Stadt Münster betreffenden Stelle hat aber ergeben, dass Msc. I. 8. der Urschrift noch am nächsten steht. — Die hier ausgehobene Stelle hatte Nünning Mon. p. 75 aus eben dieser Handschrift schon früher abdrucken lassen; aber das Original der Schenkung B. Gerhards aus dem Archiv der Stadt Ahlen nicht herbeischaffen können. Auch die Excerpte Erhard's aus dem Repertorium dieses Archivs weisen eine solche Urkunde nicht nach. — ⁴⁾ So β . „dicte“ α . γ . — ⁵⁾ „S. Mauriti, S. Ludgheri. S. Martini“ α . β . γ . — ⁶⁾ „Q. r. f. possessor reddituum predictorum obtinebit“ α . γ . „Q. r. f. obedientarius“ (ausgestrichen s. 15, dafür „possessor) obtinebit“ β .

⁷⁾ Bissendorf östlich von Osnabrück.

⁸⁾ Mit der Ueberschrift: „Instrumentum locationis sex arearum cautelose confectum, que locatio dudum expiravit“.

occidentalem partem cimiterii ecclesie sancte Marie in eadem parrochia infra muros civitatis Monasteriensis, tres areas finitimas versum cimiterium predictum Gerhardo militi dicto de Olflen quondam iudici Monasteriensi et eius heredibus hoc ordine, ut post ipsum G. ad natum eius Conradum et post Conradum de herede ad heredem proximum successive transeant, utendas (et) fruendas perpetuo sine deterioratione locavimus hoc pacto, quod singulis annis de eisdem areis, sive sint superedificate vel non, viginti sex solidos gravium denariorum Monasteriensis monete ad terminos subscriptos, videlicet medietatem in pascha et medietatem in festo beati Michaelis, ecclesie nostre ad huram pensionis nomine persolvat ipse vel heres succedens, nec preter scientiam et licentiam capituli nostri easdem areas vel aliquam earum vendat, impignoret aut aliqua specie alienationis alienet in parte vel in toto, et si secus fecerit, ipse vel aliquis successor ius locationis in predictis areis sibi aut suis heredibus facte deperdat; edificia etiam superposita si vendere volet, fratribus de capitulo emenda exhibebit, qui ad emendum potiores erunt quam aliquis alienus. In huius igitur rei testimonium et firmitatem hanc cartam exinde confectam prenominato Gerharde dedimus sigillo ecclesie nostre communitam a. D. M^o.CC^o.LXVI^o, XIII^o. Kal. Julii, nobili viro Theoderico de Adenoys nostro existente preposito et Volcqwino decano feliciter in Domino. Amen.

764.

* *B. Gerhard tauscht mit dem Deutsch-Ordens-Hause zu Münster Güter aus. 1266 August 23. Wolbeck. — Or. St. Georgs-Comm. U. 7; Abschr. Msc. I. 74. p. 47; IV. 2. p. 201; IV. 13. p. 142.*

Gerhardus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus. Omnibus presens scriptum visuris notum facimus, quod nos proprietatem domus in Ethelincthorpe ¹⁾ site in parrochia ecclesie in Ludinchusen, que quondam fuerat nostre ecclesie, contulimus domui Theutonice sancti Georgii in Monasterio, recipientes nobis et nostre ecclesie, quam in hac parte illesam esse voluimus, in locum proprietatis eiusdem proprietatem domus ton Vorste et medietatis foresti, quod vulgus Vorst dicit, ad eandem domum Vorste spectantis. In cuius rei noticiam et perpetuam firmitatem presens scriptum sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum apud Woltbeke hiis presentibus: Walramo preposito maiore et Brunsteno canonico Monasteriensis, Heydenrico decano sancti Ludgeri Monasteriensis; Hiarico de Rechgethe, Alberto dapifero, Remberto de Stochem, Herbordo de Spredowe, Johanne de Thinclage, Israhel de Sendene, Johanne de Deckenbroke, Johanne de Dorvelde, Giselberto de Scolden et fratre Bernardo dicto Scotten militibus aliisque compluribus, anno D. M^o.CC^o.LX^o. sexto, in vigilia beati Bartholomei apostoli.

An rothen seidenen, zur Schnur geflochtenen Fäden hängt das nicht gut erhaltene Siegel B. Gerhards.

765.

B. Gerhard bezeugt, dass Engelbert von Deckinbroke, Drost des Domcapitels, mit seiner Genehmigung dem Deutsch-Ordens-Hause St. Georg zu Münster aus seinem vom Bischof lehnabhängigen Hause Sconenvelde ²⁾ eine Rente von drei Maltern Hafer überlassen und dafür sein Haus Kukinc zinspflichtig gemacht habe. 1266 Mitte Septembers. Burg Wolbeck. — Or. Georgs-Commende U. 8; Abschr. Msc. I. 76. p. 208; im Auszuge gedruckt Niesert U.-S. VII. p. 153.

Gerhardus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus omnibus presens scriptum visuris notum facimus, quod Engelbertus dictus de Deckinbroke dapifer venerabilium virorum canonicorum nostre ecclesie contulit, nostro expresso ad hoc accedente consensu, domui Theutonice fratrum sancti Georgii in Monasterio redditus trium molt avene in Monasteriensi mensura ex manso sive domo dicto Sconenvelde, quem

¹⁾ Vielleicht das heutige „Edelbusch“ nordöstlich von Lüdinghausen. — ²⁾ Im Süden von Rinkerode.

ipse feodi tytulo tenet a nobis, annuatim solvenda, versa vice pensionariam reddens dicto manso Sconenvelde mansum suum dictum Kukinc, quem ipse proprietatis iure possidet, ad redditus totidem molt avene mensure eiusdem in locum et ius prius dictorum reddituum recasuros. In cuius rei noticiam et perpetuam firmitatem presens scriptum sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum apud castrum nostrum Woltbeke anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo sexagesimo sexto circa medium mensis Septembris.

Das Siegel des Bischofs ist nur zum Theil erhalten.

766.

* Die Klöster Überwasser und Liesborn kaufen für ihren gemeinschaftlichen Hof Worme¹⁾ gewisse von demselben lehnrübrige Äcker, in Betreff welcher Ludwig von Randenrode auch seinen vogteilichen Rechten entsagt.

1266 September 30. — Notariell beglaubigte Abschrift des 15. Jahrb. Msc. III. 38.

Universis presentem litteram inspecturis Lodewicus de Randenrode iunior, vir nobilis, salutem in auctore salutis. Ne geste rei memoriam per intervalla temporum consumat oblivio, cautum est, eam perpetua litterarum soliditate roborare. Noverint igitur tam futuri quam presentis evi fideles, quod Johannes dictus Calvus quadraginta iugera agrorum et unum, quos a progenitoribus suis de curia in Worme, que est communis ecclesie Lysbornensis et sancte Marie Monasteriensis, tenuerat, ipsis ecclesiis et dicte curie in Worme pro certa pecunie summa vendidit, videlicet quadraginta octo marcarum, cum pertinentiis suis, resignans coram nobis, una cum uxore sua Jutta et heredibus suis, procuratoribus dictarum ecclesiarum et dicte curie in Worme, in qua ius advocatie possidemus, omne ius suum quod in dictis agris et pertinentiis de iure competebat. Nos igitur huiusmodi contractum ratum habentes protestamur, quod nos omni servitio, quod nobis in dictis agris et pertinentiis ratione advocatie pertinebat, intuitu superne remunerationis et ob dilectionem dictarum ecclesiarum penitus renuntiamus, volentes insuper ut dicti agri cum omnibus pertinentiis suis, sicuti ceteri agri, a prefata curia, que Gostorp dicitur, cum pertinentiis suis omnibus in perpetuum possideantur. Ut igitur hec rata et inconvulsa permancant, paginam hanc inde conscriptam sigilli nostri impressione cautum duximus roborari. Testes huius rei sunt: Joannes et Alardus fratres de Sestorp, Balduinus de Upheym et Reynboldus de Hunstorp et alii quam plures. Acta sunt hec a. D. M.CC^o.LXVI^o. in crastino beati Michaelis archangeli.

767.

B. Gerhard bestätigt einen wegen des Baus und der Unterhaltung einer Schleuse zwischen dem Kl. Varlar und der Stadt Coesfeld abgeschlossenen Vertrag. 1266 October 25. Münster. — Transsumpt d. J. 1429 im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archiv; gedr. Niesert U.-S. IV. p. 201.

Hec est amicabile compositio confirmata a domino G. Monasteriensis episcopo facta inter dominum Wilhelmum ecclesie sancte Marie in Varlar prepositum et eiusdem ecclesie capitulum ex una parte, et inter scabinos et commune opidi Coesvelde ex altera. Videlicet quod prepositus et suum capitulum slusam iuxta Valkenbrugge sitam construet et perpetuo construendam possidebit, ea scilicet conditione, quod sub iuxta Valkenbrugge sitam construet et perpetuo construendam possidebit, nec illam metam cum construenda est in altitudine excedat. Ne igitur pro tempore de certa mensura dicte sluse aberrari contingat, ordinate sunt in compositioe ista linee ferree due, quarum unam tenebit prepositus et suum capitulum, aliam vero retinebunt scabini in Cosvelde, ut iuxta illas lineas demonstrantes certam mensuram ad elevandum seu deprimendum edificium dicte sluse, cum necesse fuerit, restruatur. Preterea si dicta slusa vetustate vel

¹⁾ Im Jülilischen. Vgl. die U. zu den J. 1244 u. 1253 (1254), oben Nro. 429 und 565.

inundantia seu alio quocunque casu perierit ita ut restructione indigeat, prepositus et suum capitulum assumptis iudice et quatuor scabinis tantum, qui pro tempore fuerint, ut de ipsorum conscientia fiat, ipsis presentibus nec contradicere seu impedire debentibus dictam slusam restruere debet. Qui iudex et scabini non propterea presentes erunt, quia ad ipsos de restructione sive expensis in ipsa restructione faciendis pertineat, sed ut ipsi sub mensura prehabita, quam linee ferree ad hoc facte demonstrabunt, dictam slusam restrui videant et conservari. Insuper kataracte molendini dicte ecclesie in statu altitudinis equali, sicut ab antiquo fuerunt, remanebunt. De quibus similiter due ferree mesure ab utraque parte, ecclesie videlicet et opidi, habebuntur, et fruetur ecclesia sive molendinum, seu ipsius custos molendini, aque sue libera obstructione et libera fluxione pro sua voluntate iuxta liberum arbitrium suum. Sepe dicta igitur slusa sub custodia et clausura molendinarii, sicut semper fuit, perpetuo remanebit. Si autem aqua per inundantiam efferbuerit et custos molendini ab aliquo scabinorum monitus fuerit, ut dictam slusam aperiat, ipse sicut sibi et omnibus expediens est et utile, slusam aperiat, et aquam relaxabit. Datum et actum in civitate Monasteriensi anno Domini millesimo ducesimo sexagesimo sexto, in die sanctorum martirum Crispini et Crispiniani, presentibus: Wilhelmo prescripto preposito in Varlar, Wilhelmo priore, Rychardo cellerario, Ottone custode canonicis Varlarensibus, Bernardo de Wederden fratre Hospitalis sancti Johannis, et Gerlaco de Lon militibus, Syberto iudice de Cosvelde, Machario de Birebeke officiali domini episcopi, scabinis Cosveldiensibus et aliis quam pluribus fide dignis.

768.

* B. Gerhard bekundet, dass Pulcian genant von Cosvelde seinen Ansprüchen auf gewisse dem Hospitale zu Münster gehörende Güter und den Zehnten Sproch ¹⁾ entsagt habe. Acta . . . Monasterii in domo magistri Remfridi thesaurarii Monasteriensis, presentibus venerabilibus viris: Johanne decano, Thiderico scolastico, eodem thesaurario, Johanne preposito Frisie, preposito Friderico, Thetmaro Norendino, magistro Lutberto et quibusdam aliis ecclesie nostre canonicis, item Themone canonico sancti Pauli Monasteriensis; item laycis Hermanno et Rodolpho de Menhuvele, Hermanno de Langen, Hermanno de Monasterio et pluribus aliis militibus; item civibus Monasteriensibus Gerwino Divite, Hermanno de Ravensbergh et aliis compluribus. 1266 November 12. — Abschr. im Copiar des Magdalenen-Hospitals p. 8.

769.

* Gütertausch zwischen dem Stift Freckenhorst und dem Magdalenen-Hospital zu Münster. 1266 November 14. Freckenhorst. — Abschr. im Copiar des Hospitals p. 9.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Heylewigis Dei gracia abbatissa in Vrekenhorst etc. Noverrint ergo presentes et posteri, quod nos de communi consensu tocius nostri capituli mansum dictum in Holta ²⁾ hospitali Monasteriensis civitatis contulimus libere possidendum cum omnibus suis attinenciis lignis agris aquis pascuis et warandiis ³⁾, pro quo recepimus in restaurum adversum ecclesie nostre mansum situm in Suttorpe ⁴⁾ cum suis attinenciis scilicet lignis agris pascuis et warandiis. Acta sunt hec coram nobis Vrekenhorst anno Domini M^o.CC^o.LXVI^o, proxima dominica post festum beati Martini, presentibus hiis: Ywano plebano, Anselmo decano, Gotfrido, Gerhardo, Rotghero canonicis in Vrekenhorst; Bernardo de Warendorpe, Arnolde de Vrekenhorst, Johanne de Ruenberghe, Brunone villico, Hermanno de Ravensbergh, Johanne custode hospitalis, laycis et aliis quam pluribus.

¹⁾ „Sporrinck“ die Ueberschrift.

²⁾ Die Lage war nicht näher zu bestimmen. — ³⁾ Hier im Sinne von „wara“ wie schon oben Nro. 389. — ⁴⁾ Ob Suttorf im Kspl. Nordwald, Kr. Steinfurt?

770.

Papst Clemens (IV.) genehmigt den zwischen dem Prämonstratenserkloster zu Varlar und dem Grafen Fretherich von Rietberg, Herrn von Horstmar (dominum de Horstmare) wegen der Vogtei abgeschlossenen Vergleich ¹⁾. — Datum Viterbii X. Kalend. Decembris, pontificatus nostri anno secundo. — Viterbo 1264 November 22. — Neuere Abschriften Fr. Münster U. 6; Msc. II. 44. p. 65; III. 50. p. 7; gedr. Niesert U.-B. I. 1. p. 387.

771.

* B. Gerhard bestätigt die mit Stiftung einer neuen Präbende verbundene neue Einrichtung der Scholasterie an der St. Martini-Kirche zu Münster. 1266 December 3. — Abschr. Msc. I. 74. p. 24.

G. Dei gratia Monasteriensis episcopus. Omnibus presens scriptum intuentibus notum facimus, quod cum magister Mathias scolasticus ecclesie sancti Martini Monasteriensis et Wernerus presbyter dictus de Tremonia zelum ad pietatis opus habentes, pro cultu divini nominis ampliando affectarent scolastriam, que hactenus certis redditibus suffulta non fuerat, preterquam quod de regentis scolas labore provenire poterat, certis redditibus deinceps stabilire et prebendarum atque canonicorum numerum ibidem in una persona augere: nos consideratione premissorum et eorundem precibus inclinati, de consilio prelatorum nostre maioris ecclesie Monasteriensis, accedente nichilominus consensu magistri Alberti decani et capituli ecclesie sancti Martini predictae, taliter ordinandum duximus et provide statuendum, quod magister Mathias in ecclesia sua predicta scolasticus re et nomine ad tempora vite sue remaneat, ita tamen quod Wernerus predictus ipsius scolastici nomine scolas regat et emolumentum omne, quod de scolis sive scolaribus provenire poterit, integraliter recipiat, dummodo in signum recognitionis det singulis annis duas marchas scolastico memorato. Mortuo vero magistro Mathia scolastico iamdicto, novum ius scolastrie in ipsa ecclesia sancti Martini exnunc creamus taliter ordinando, quod Wernerus prefatus, si supervixerit, verus et legitimus sit ibidem scolasticus, scolastriam predictam cum prebenda, que eidem de novo annectitur, ut patebit inferius, cum omni emolumento quod de scolis provenire poterit, dictis duabus marchis inde non dandis, ulterius habiturus, quo iure post ipsum quilibet suus perpetuo gaudebit successor. Sicque decanus et capitulum ecclesie sancti Martini prelibate ad mandatum nostrum statim facta publicatione ordinationis presentis eundem Wernerum ad prebendam sic de novo creatam in suum receperunt canonicum et in fratrem, ad universale ius canonie et prebende, quod canonicus sacerdos in dicta habere consuevit ecclesia, admittendum. Ne vero scrupulus alicuius questionis remaneat, ius antiquarum prebendarum et scolastrie ac prebende de novo create taliter duximus declarandum. Antiqui canonici corpus antique prebende cum integritate quilibet retinebunt; communes autem distributiones, sive dentur de oblationibus, sepulturis, sive de memoriis defunctorum, cum ipso Wernero equaliter partientur. Wernerus vero de bona et libera voluntate sua dedit et assignavit scolastrie et prebende predictis triginta marchas Monasteriensis monete, quos denarios representabit decano et capitulo suo infra festum pasche reponendos in armarium ecclesie, donec de eis ad utilitatem ipsius scolastrie et prebende redditus valeant comparari. Item post mortem patris et matris ipsius Weneri quicquid de hereditate ipsorum ex successione legitima ad ipsum poterit devenire, medietatem dedit et assignavit scolastrie et prebende iam dictis; aliam vero medietatem contulit ad communes usus concanonicorum suorum, retento tamen sibi quamdiu vixerit usufructu. Item magister Mathias scolasticus antedictus post mortem suam dedit et assignavit scolastrie et prebende predictis quosdam agros suos sitos iuxta civitatem Monasteriensem extra novum pontem et annum gratie in prebenda sua et valorem omnium librorum suorum, ut ex hiis ad sustentationem scolastici atque canonici sic de novo facti, quicum-

¹⁾ Siehe die Urkunden v. 27. November 1264 und v. 17. Juli 1265, oben Nro. 726 u. 745.

que pro tempore fuerit, redditus comparentur. In cuius rei testimonium presentem paginam nostro maiorisque et sancti Martini ecclesiarum Monasteriensium sigillis fecimus communiri. Datum anno Domini M.º CC.º LXVIº, tertio Nonas Decembris.

772.

Eodem anno (MCCLXVI) dominus Geraldus episcopus Monasteriensis castrum Fretheburch edificavit contra cives de Eskethorpe ¹⁾ et eorum cómplices. — *Menconis chron. ap. Matth. II. 168.*

773.

* *Behufs Beilegung entstandener Streitigkeiten wird dem Werner von Vowinkel von dem Domcapitel ein Grundstück gegen eine jährliche Abgabe in Geld überlassen. 1266. — Or. Fr. Münster U. 129 b.*

Johannes decanus totumque Monasteriensis ecclesie capitulum omnibus in perpetuum. Sciant universi ad quos presens scriptum pervenerit, quod cum inter Lubertum concanonicum nostrum obedientiam que dicitur officium infirmorum tunc temporis habentem ex parte una, et Wernerum de Vowinkele ²⁾ super proprietate cuiusdam mansi dicti Werninch in parrochia Lare et in villa Vowinkele siti questio verteretur ex altera, tandem tocuis disceptationis materia hoc fine quievit. Wernerus predictus in nostra presencia constitutus predictum mansum recognovit esse proprietatem beati Pauli et quod ipse ac liberi ab ipso descendentes dictum mansum tenere deberent a canonico Monasteriensi, quicumque pro tempore foret obedienciaris officii infirmorum, sub pensione quatuor denariorum singulis annis dandorum in festo beati Nicholai. Memoratus itaque Lubertus nobis consencientibus et auctoritatem prestantibus pretaxatum mansum prenominato Wernero contulit, et Gertrudi uxori sue legitime, quam nunc habet, usumfructum porrexit sub tali forma, ut prefatus Wernerus et liberi ab ipso descendentes non compellantur ad ius quod vulgariter herewethe dicitur, sed sine molestatione sive qualibet exactione predictam quatuor denariorum solvant pensionem. Si vero sepedictus Wernerus sine liberis decesserit, prefatus mansus cum suis attinencis ad ecclesiam nostram in officium infirmorum sine contradictione simpliciter ac libere revertetur. In cuius rei memoriam presens scriptum confectum est et sigilli ecclesie nostre munimine roboratum. Actum in ecclesia nostra in choro et capitulo nostro anno D. M.º CC.º LXVIº. hiis presentibus: Bertrammo plebano de Rene, Roberto plebano de Lare; Johanne milite de Holthusen, Johanne gogravio de Holthusen, Wernero de Oldenbergh, Gherhardo de Holthusen, Hermanno de Busche et aliis quam pluribus.

Das domcapitularische Siegel ist erhalten.

774.

Memorienstiftung im Kl. Kappenberg. 1266. — Abschr. Msc. II. 45. p. 220; gedr. von Ledebur Archiv V. p. 168.

Notum esse volumus universis presentem paginam visuris, quod nos Burchardus dictus Mathalare cum consensu uxoris et heredum nostrorum iurisdictionem, quam in quibusdam agris in villa Horstorp iacentibus, ymo ius proprietatis habere videbamus, ecclesie Capenbergensi pro remedio animarum proavorum

¹⁾ Aschendorf an der Nieder-Ems, an der nördlichen Grenze des spätern Nieder-Stifts. Die Burg Fretheburch, die nahe dabei lag, wurde nach Gerhard's Tode 1272 zerstört. Menco l. c. p. 186.

²⁾ Bauerschaft Vowinkel, bei Laer im Kr. Steinfurt.

nostrorum libere contulimus et perhenniter possidendam. Ut igitur hanc piam dotem nullus hominum infringere presumat, quia sigillo proprio caremus, communi castellanorum nostrorum hanc paginam duximus insigniri. Datum anno Domini M^o.CC^o.LXVI^o. in castro Holte presentibus testibus quorum hec sunt nomina: Burchardus nobilis dictus Stecke, Bruno des Hasbe, Hinricus Stecke, fratres de Dinslaken Henricus Philippus Godefridus et alii quam plures.

775.

* *Das Kloster Liesborn tauscht mit dem Ritter Ecbert von Batenhorst Zehnten aus.* 1266. — *Or. Kl. Liesborn U. 75; Abschr. Msc. I. 99. f. 32'; I. 101. f. 28'; IV. 10. p. 46.*

† Ego Ecbertus de Battenhorst ¹⁾ miles presentium tenore et inpressione sigilli domini Hinrici burgravii in Stromberg protestor dedisse me cum uxore mea Jutta et legitimis heredibus meis necnon et Lutberto sacerdote fratre meo . . . abbati et conventui Lysbernensi decimam cuiusdam aree ipsorum in Holnhorst ²⁾, et recepisse ab eis in concambium decimam de terra Richardi in Linchincsele ³⁾, quam ego et dicta uxor mea necnon et L. frater meus per concambium alterius terre a prefato Richardo comparaveramus. Actum anno Domini M^o.CC^o.LXVI^o.

Das Siegel ist nicht erhalten.

776.

* *Der Anspruch eines Sohnes des Edlen Gerhard von Hulevelde auf ein dem Kl. Marienfeld überlassenes ⁴⁾ Erbe wird für unbegründet erklärt.* 1266. — *Or. Kl. Marienfeld U. 161; Abschr. Msc. II. 11. p. 97; II. 77. p. 185.*

W(edekindus) Dei gratia Osnaburgensis electus universis Christi fidelibus littere huius inspectoribus in perpetuum. Ex tenore presentium notum sit presentibus et futuris, quod dominus Heinricus dictus de Haren miles ante plures annos emit quendam mansum in villa Merle a nobili viro domino Gerhardo de Hulevelde ⁵⁾; sed filius eiusdem Ger(hardi) post annos multos litem movit prefato H(einrico) super mausiam dicti possessione. Et cum de hac re inter partes contentio frequens haberetur, per sententiam coram nobis datam et a multis honestis viris approbatam sepedicti mausi possessio domino H(einrico) est adiudicata. Et quia eundem mansum idem Heinricus sub privilegio pie memorie domini Brunonis predecessoris nostri cenobio campi Marie noscitur contulisse, nos ipsam donacionem laudabiliter factam presenti littera sigillo nostro roborata in perpetuum confirmamus. Actum anno Domini M^o.CC^o.LXVI^o. Testes sunt: Lutgerus maior prepositus, Godescalcus thesaurarius; Adolfus comes de Woldekke, Ludolfus nobilis de Stenvorde; Johannes Bare, Gerhardus de Varendorpe, Bernhardus de Beveren, Hugo Bare, Wescelus Vulf milites; Johannes iudex de Tuent, Aspelanus et alii plures.

Das Siegel zeigt in einem Medaillon einen knienden Geistlichen, über welchem der h. Petrus mit dem Schlüssel sich befindet. Von der Umschrift lässt sich noch erkennen: . . WEDEKINDI OSNABURGEN. ECCE EL . . .

¹⁾ Bauersch. Batenhorst östlich von Stromberg. — ²⁾ Südlich von Liesborn. — ³⁾ Bauersch. Linzel südöstlich von Stromberg. ⁴⁾ Siehe die Marienfeldes Urk. v. J. 1256, oben Nro. 601. — ⁵⁾ Das Necrol. eccl. cath. Osnabr. hat den Tod eines „Gerhardus miles de Hulevelde“ zum 16. September angemerkt. S. Mitth. des Osnabr. Vereins IV. p. 156.

777.

- * *B. Gerhard überträgt dem Kl. Marienfeld den Besitz eines im Kirchspiel Beckum angekauften Hauses.* 1266. — *Or. Kl. Marienfeld U. 162; Abschr. Msc. I. 106. f. 42'.*

In nomine Domini. Amen. Gerhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus etc. Noverit ergo tam presentis etas quam successiva posteritas, quod Henricus miles dictus Skredere de communi voluntate et benepiacito uxoris sue et filii sui Hermannii et aliorum coheredum suorum vendidit abbati et fratribus de campo sancte Marie domum unam in parrochia Bekehem, que appellatur Suthenvelde, cum omni utilitate et integritate quam ipse in ea habuerat, necnon et Johannem colonum eiusdem domus et uxorem suam cum tribus liberis eorum pro quadraginta marcis in liberam et perpetuam possessionem. Que sane domus cum libero et proprio iure ad predictum Henricum et ad heredes eius pertineret, idem H. cum filio suo prefato eandem domum in manus nostras dederunt et nos eam predictis abbati et fratribus statim assignavimus, ut de ea contractus firmior haberetur. Insuper et presentem paginam geste rei veritatem, ut premissum est, continentem eidem abbati et fratribus dedimus sigilli nostri appensione roboratam. Huius rei testes sunt: Heithenicus decanus sancti Lutgeri; Adolfus comes de Woldekke, Hermannus et Rodolfus nepos eius de Menhovele, Hermannus de Langen, Gerhardus iudex, Henricus de Emesbroke, Johannes dictus Clericus. Acta sunt hec anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo sexto.

Das Siegel B. Gerhard's ist sehr gut erhalten.

778.

- * *Richter und Schöffen von Warendorf bezeugen, dass das Kloster Marienfeld sein dortiges Haus einem Bürger zu lebenslänglicher Nutzniessung überlassen habe.* 1266. — *Or. Kl. Marienfeld U. 163; Abschr. Msc. II. 43. p. 172.*

Judex et scabini in Warendorp. Universis littere huius inspectoribus geste rei noticiam. Universa negocia, litteris mandata et voci testium, ab utroque trahunt immobile firmamentum. Presentium igitur tenore declaramus presentibus et futuris, quod dominus abbas de campo sancte Marie et fratres eiusdem loci dominum Henricum de Skirlo et uxorem eius Margaretam concives nostros ad hoc elegerunt, ut domum ipsorum, quam in civitate nostra habent, inhabitent quoad vixerint ipsi. Qui sane Henricus et uxor sua pro hac gratia sibi facta necnon et pro divina sibi remuneratione in futuro speranda quosdam agros, qui vulgo appellantur „tve bredden landes“, iure proprietatis ad se pertinentes predictae ecclesie contulerunt, quorum agrorum usufructum ad vitam suam sibi retinuerunt. Ut igitur hec predicta in sua stabilitate permaneant, presentem paginam civitatis nostre sigillo fecimus communiri. Huius rei testes sunt: dominus Arnoldus Negelinc, Alardus de Stenus, Hermannus Rathbrachtinc, Egbertus Wernoldinc, Volmarus de Vechta, Hermannus de Glandorpe, Hermannus de Orde, Meinhardus filius Meinhardi, Egbertus de Dote, Henricus Ilake, Johannes de Dodeslo et alii plures. Actum anno Domini M^o.CC^o.LXVI^o.

Das runde nicht sehr grosse Siegel zeigt eine Burgmauer mit Thurm und hat die Umschrift: SIGILLUM CIVIUM DE WARENTORP.

779.

- Engelbertus nobilis homo de Gemene, *seine Frau Mechteldis und ihr Sohn Vincenz schenken dem Hause des Johanniterordens in Borken die Häuser Sophjenmule und Strodric¹⁾ im Kirchspiele Lembeke.*

¹⁾ Bauersch. Stroick zwischen Lembeck und Haltern.

Scriptum sigillo nostro et sigillo domini Godefridi de Gemene filii fratris nostri roboravimus. Datum in Gemene a. D. M^o.CC^o.LXVI^o. coram testibus viris probis: Godefrido de Gemene, Bernardo Tucke, Wescelo de Caminata militibus; Bernardo Werenzone, Lamberto sacerdote, commendatore in Stenvorde, Bernardo, Bernardo . . . fratribus, Alardo plebano in Borken et Thoma in Allendorpe, Gamic et Gozwino famulis, filiis domini Godefridi et Stephano et aliis quam pluribus. — *Abschr. aus dem Or. Msc. II. 32. p. 101.*

780.

* B. Gerhard bestätigt gewisse von Heinrich von Lüdinghausen an das Kloster Essen gemachte Schenkungen. 1266. Wolbeck. — *Abschr. Msc. II. 117. p. 84.*

Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus scriptum (presens visuris), quod Henricus de Ludinchusen miles proprietatem suam ecclesie contulit in Essende, duas scilicet domos in Weydescare ¹⁾, unamque Prumhem, et quia ista proprietas in nostra dyochesi sit sita, scilicet iuxta Ludinchusen, ego Gerhardus episcopus Dei gratia Monasteriensis sigilli mei robore facio confirmari. Datum anno Domini M^o.CC^o.LXVI^o. Waltbecke.

781.

Ritter Johann von Hakenesch ²⁾ verkauft der Dompropstei den von derselben zu Lehen gehenden Amtshof Bevern, mit Ausnahme von neun eigenbehörigen Familien 1266 (1267) Febr. 18. Münster. — *Abschr. Msc. I. 4. p. 435; gedr. Niesert ³⁾ U-B. I. 1. p. 288.*

G. Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus. Omnibus presens scriptum visuris notum facimus, quod Johannes dictus de Hakenesch miles et Hermannus filius eius, nobis preposito decano et capitulo ecclesie nostre aliisque probis viris tam clericis quam laicis presentibus, officium Beveren, dictum Provestinchof, cum suis atinentiis, quod idem Johannes a dicto preposito tenuerat sub eo servitio quod inde ad prebendas canonicorum Monast. consuevit ministrari, ipsi preposito sibi in eadem prepositura succedentibus ducentis marcis nostre Monast. monete vendiderunt, ipsa pecunia infrascriptis terminis persolvenda, videlicet centum marce infra crastinum instantis festi beati Martini, relique verum centum marce a dicto termino infra annum a prefato preposito persolventur. Siquis vero defectus fuerit in memorato preposito in dicta pecunia solvenda in dictis temporibus, hunc supplere promiserunt pro ipso et cum ipso magister Remfridus thesaurarius, magister Fredericus vicedominus, Thetmarus dictus Noredyn, Bernhardus dictus de Asbeke celerarius, Gotfridus de Loen, Brunstenus, Rotgherus de Didinchove, Johannes de Hovele et magister Henricus, canonici Monast., fideiussores in solidum taliter obligati, quod ipsi defectum, si quem evenire contingeret in terminis antedictis, supplebunt sub accessione Judaicarum usurarum post octo dies a quolibet termino premissorum. A venditione tamen huiusmodi officii, de consensu prepositi decani et capituli predictorum, idem miles et eius filius retinuerunt sibi novem familias mancipiorum, qui vulgariter „hygeschen“ dicuntur, inhabitantes bona ipsorum hereditaria et domum dictam Wischus, tenendas a preposito eiusque successoribus iure homagii, de qua tamen domo antiqua pensio videlicet XII scepel ordei et octo scepel siliginis per mensuram granarii ad granarium et pistrinum canonicorum persolventur. Hiis sic actis idem Johannes et Hermannus filius eius officium supradictum in nostris prepositi decani et capituli prefatorum manibus libere resignarunt, omni iuri, quod eis vel eorum heredibus competeat vel quoquo modo de iure vel de gratia competere poterat, abrenuntiantes plenarie et absolute. In cuius rei testimo-

¹⁾ Bauersch, Weischer, Kspl. Nordkirchen. — ²⁾ Hagenesch, Kspl. Milte. — ³⁾ Der aber die Initiale G. im Namen des Ausstellers, des Bischofs Gerhard, für O gelesen und diese Urkunde daher fälschlich dem Bischof Otto zugeschrieben hat.

nium nostro prepositi ac fideiussorum predictorum sigillis presens pagina pariter est munita. Actum Monasterii in capella sancti Jacobi anno Domini M^o.CC^o.LX^o. sexto, XII^o. Kalend. Martii.

782.

* *Der Ritter Heinrich von Rechede resignirt gewisse Besitzungen zu Gunsten des Kl. Koppenberg. 1266 (1267) in der Fasten (März 2. — April 16.). — Abschr. Msc. II. 45. p. 147.*

Ego Heinricus de beneplacito Dei miles in Rechgethe universis presentibus et futuris tenore presentium innotesco, quod de libero arbitrio proprie voluntatis decimam in Alstede sitam in parochia Lünen¹⁾ vendidi et dimisi ecclesie de Capenberg cum omni usufructu, videlicet collecta manipulorum et minuta decima, et omnibus que ab ipsa poterunt derivari. Eandem etiam in presentia pie memorie domini Ottonis Monasteriensis episcopi, a quo ipsam in feodo habebam, presentibus ibidem pluribus ministerialibus resignavi, ipso domino episcopo eandem decimam prefate ecclesie porrigente. Postea vero tempore brevi evoluto mansum in eadem villa constitutum, simul etiam Radolfum carpentarium cum universis pueris suis et puellis, predictae ecclesie vendidi et coram venerabili domino meo Gerhardo Monasteriensi episcopo, a quo in feodo possederam, resignavi, ipso benivole eundem mansum prefate ecclesie porrigente. Que videlicet utraque decimam et mansum cum ceteris attinentiis et hominibus supradictis resignare feci uxorem meam Gyslam et heredes meos Godefridum, Rodolfum et Hermannum. Ne igitur posteris nostris aliquis pateat locus calumpnie contra ecclesiam supradictam, placuit hoc factum presenti cedule inscribere et sigillo cognationis nostre de Rechgethe fideliter communire, testibus conscriptis in privilegiis predictorum episcoporum sub ipso facto voluntarie constitutis. Datum anno dominice incarnationis M^o.CC^o. sexagesimo sexto in quadragesima.

783.

* *Otto, Graf von Bentheim und Tecklenburg²⁾, gewährleistet dem Kl. Rengerich das Recht der Holzlese in der Mark Glandorf³⁾. — 1266 (1267) März 6. — Or. Kl. Rengerich U. 21; Abschr. Msc. I. 108. f. 97.*

Otto comes in Benthem et in Tekeneburg omnibus presens scriptum visuris notum facimus, quod nos ad instanciam domni Henrici de Rene claustro in Regerinc in marka Glandorp, quantum in nobis est, firmam prestamus varandiam secandi ligna inutilia et iacencia colligendi. In cuius rei testimonium presentes litteras dicto cenobio nostro sigillo contulimus roboratas. Datum Tekeneburg anno Domini M^o.CC^o.LXV^o. sexto, dominica qua cantatur Invocavit.

Das Siegel ist nicht erhalten.

784.

Ritter Bernhard von Hörde verkauft zwei Häuser an die Johanniter-Commende zu Steinfurt. 1265 März 25. Dortmund. — Hier nach dem Druck bei Niesert U.-S. V. p. 44.

Ne ea que geruntur in tempore cum processu temporis dilabantur, necessarium est actus hominum dignos memoria scripti amminiculo perhennari. Notum igitur esse volumus universis tam presentibus quam futuris, quod ego Bernardus miles de Hurdien duas domos in Poppenbeke, unam iudicis, alteram que

¹⁾ Alstedde bei Altlünen westlich von Werne. — ²⁾ Letzteres durch seine Gemahlin Mechtildis, Tochter Gr. Otto's von Tecklenburg. Vgl. von Ledebur Vlotho p. 37. — ³⁾ Vgl. die U. v. 23. Febr. 1265 (1266) oben Nro. 758.

dicitur Ibinc ¹⁾, quarum proprietas ad me spectabat, viris religiosis, magistro et fratribus sancte domus hospitalis Jherosolimitane de Steinvurdia pro quadam summa pecunie, scilicet L. marcarum, inter ipsos et me conventa, cum consensu uxoris mee et puerorum meorum et fratris mei Gerhardi militis de Hurden et omnium heredum meorum vendidi, et iam dictis fratribus cum omni fructu et appendiciis et hominibus universis ad iam dicta bona pertinentibus iure proprietatis contradidi, libere et quiete ab omni impetitione iam dicta bona et homines perhenniter possidenda. Huic emptioni et donationi aderant Monasterii: Godefridus miles de Hovele, Gerewinus miles de Rinckenrode, Henricus miles de Wickede, Rembertus miles de Stochem, Godefridus de Herdhem et alii quam plures. Preterea ne aliqua fraus malignancium huic facto possit subrepere, ad habundantem cautionem uxorem meam ad iudicium in Lunen cum filiabus meis transmisi, ubi coram iudicio prefata bona in manus iam dictorum fratrum resignaverunt, presentibus viris probis et honestis: Robodo milite de Dortmunde, iudice Wernero, Gerardo de Braclo, Johanne Vundengut, Hermanno Hamingo, Everhardo Merregardeman, Henrico de Elsen, Wilhelmo supra pontem, Volguino Herwininc consulibus in Lunen, et villico Kerstiano van Gamene et aliis quam pluribus, quibus omnibus commendator in Stenvorde testimonium denariorum professionis coram iudicio donavit (*sic!*). Ut autem hoc factum firmum permaneat, presentem paginam sigillo meo feci communiri. Datum Tremonie in die annunciationis beate Marie, ubi similiter coram iudicio filius meus eadem bona resignavit. Data sunt hec anno Domini M^o.CC^o.LXVII^o. coram testibus supra memoratis.

785.

* *Ein Streit wegen der Gränzen des dem alten Dom gehörenden Kirchenguts in Überwasser wird durch schiedsrichterlichen Spruch beigelegt.* 1267 März 26. — *Abschr. Msc. I. 6A. fol. 29; copirt Msc. IV. 35.*

In nomine Domini. Amen. Nos capitulum veteris ecclesie sancti Pauli Monasteriensis omnibus in perpetuum notum facimus hoc scripto, quoniam super eo, quod Henricus dictus Ruffus civis Monasteriensis partem cuiusdam spacii atinentis ad fundum aree nostre dotalis Transaquas conterminam domui sue occupaverat minus iuste ab orto suo usque ad plateam, que dicitur Santstrate, edificiis ligneis extra fines aree sue desuper positus et sue domui coniunctis, et ex eo ipsum et reliquum spacium aree nostre iacens inter suam domum et inter domum Gerhardi ²⁾ militis quondam iudicis nobis inutile reddiderat, ymmo nobis graviter nocuerat, quia, sicut ex demonstratione et mensura patuit, alie ecclesie nostre aree, quas iudici prefato et aliis locavimus, ex occupatione eiusdem spatii continentis large quatuordecim pedes in latitudine artate et diminute fuerant, et ex eo earum census imminutus; dum coram honesto viro magistro Renfrido thesaurario ecclesie Monasteriensis venerabilis in Christo patris domini episcopi Monasteriensis officiali ex parte nostri contra eundem Henricum questio foret olim cepta, et diu ventilata, et nondum diffinitive calculo decisa, tandem tam ex parte nostri quam ex parte Henrici et uxoris sue voluntate hinc inde in sex viros providos et honestos extitit arbitratum, ut quidquid ipsi tanquam mediatores et compositores amabiles super huius questionis compositione statuerent, ipse partes inviolabiliter observarent. Mediatores isti erant ipse thesaurarius prefatus qui et officialis, Tidericus scolasticus maioris ecclesie, noster prepositus, Volcwinus noster decanus, magister Lubertus maioris ecclesie canonicus, Bertrammus miles dictus de Broke et Hartmannus de Clanctorpe, qui concordi ordinatione hoc statuerunt, ut pro restauero dampni nostri et pro eo, ut suprascriptum spacium et vacans et superedificatum atineat perpetuo ad domum Henrici memorati, possessor antedictae domus Henrici nomine perpetue pensionis solvat ecclesie sancti Pauli annuatim tres solidos Monasterienses et sex denarios, medietatem in pascha scilicet viginti unum denarios et alios viginti unum denarios Michaelis, eisdem temporibus et eodem iure, quibus alie aree nostre ibidem solvunt

¹⁾ Richters u. Ibers Erben im Kspl. Havixbeck, nach Msc. VII. 2202. f. 3^l.

²⁾ Vgl. die Urkunde v. 18. Juni 1266, oben Nro. 763.

Ut autem hec firma et inconvulsa permaneant, presentem paginam exinde confectam conscribi fecimus et sigillo nostro communiri. Datum et actum Monasterii a. D. M^o.CC^o.LX^o. septimo, in crastino annuntiationis beate Marie virginis.

786.

* *B. Gerhard entschädigt das Domcapitel für die zum Ankauf der Grafschaft Vechta über seinen Antheil hinaus vorgeschossenen 350 Mark durch Überlassung verschiedener Korn- und Geldrenten, statt des früher demselben abgetretenen jetzt mit den Tafelgütern vereinten Hofes Keppelle. 1267 April 6. — Or. Fr. Münster U. 131; Abschr. Msc. I. 1. p. 280.*

Gerardus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus. Omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Notum facimus quod cum . . . prepositus . . . decanus et capitulum Monasteriense ad emendum cometiam de Vechta cum suis attinentiis trecentas et quinquaginta marcas de bonis eorum, preter communem contributionem quam cum aliis fecerunt, specialiter addidissent, de consensu et consilio totius ecclesie nostre taliter extitit ordinatum, quod in recompensationem dicte pecunie curtis que vocatur Keppelle¹⁾ cum universis suis attinentiis, ministerialibus dumtaxat exceptis, eisdem . . . preposito . . . decano et capitulo remaneret. Nos vero considerantes una cum predictis . . . preposito . . . decano et capitulo curtem predictam nobis et successoribus nostris fructuosam magis esse quam ipsis, ita inter nos convenit hinc inde, quod curtem memoratam cum attinentiis suis nobis et successoribus nostris ad usus episcopalis mense nostre duximus reservandam, assignantes in restaurum ipsis . . . preposito . . . decano et capitulo quindecim molt siliginis et quindecim molt ordeï medie mensure de agris nostris episcopalibus in Telghet, singulis annis in festo beati Martini persolvenda, ita quod ipsi in recipiendo annonam huiusmodi erunt primi, nec aliquis de ea recipiet, priusquam ipsis fuerit persoluta. Item assignavimus eisdem annum redditum, decem marcas de fermento nostro in Monasterio, quod grut vulgariter appellatur, quarum decem marcarum quinque in vigilia natalis Domini et alie quinque in vigilia pentecostes annis singulis persolventur. Si vero quocumque casu contingente dictus redditus decem marcarum de fermento prefato solvi non posset, nos et successores nostri eisdem . . . preposito . . . decano et capitulo de aliis bonis nostris episcopalibus perpetuo tenebimur ad restaurum. In cuius rei testimonium presens pagina sigilli nostri munimine roboratur. Datum Monasterii VIII. Idus Aprilis a. D. millesimo ducentesimo sexagesimo septimo.

Das Siegel des Bischofs hängt an einem grünen leinenen Bande.

787.

* *Hermannus miles de Menhovele dictus de Daverenberg et filii nostri Bernardus et Frithericus milites, filius etiam noster iunior Hermannus bekunden, dass sie dem Kloster Kappenberg einen Zehnten in der Villa Alsteden im Kirchsp. Lünen, welchen sie von dem Bischöfe Ludolf gegen dus Haus Tuenhusen im Kirchsp. Nordkirchen eingetauscht hatten²⁾ übertragen haben. Testes Gerhardus plebanus de Hereborne, Bernhardus de Capellis, Everhardus et Godefridus fratres de Hesne milites, Wilhelmus de Ascheberge et Conradus gogravius de Tüllinchoven milites, Bruno de Velmede et Warmundus de Ternezsche famuli et alii. Actum primo in Hereborne in crastino palmarum; iterum actum et confirmatum in Capenberg feria quarta eiusdem ebdomade a. D. M^o.CC^o.LXVII^o. (1267 April 11. Herbern; u. April 13. Kappenberg). — Abschr. Msc. II 45 p. 169.*

¹⁾ Aus unsern Verzeichnissen der bischöflichen Tafelgüter, Msc. I. 16. u. VII. 457, so wie aus Kindlingers Register zu den libri feud. Msc. II. 161. p. 139. kann ich die Lage dieses Orts nicht bestimmen; vielleicht ist an Keppel in der Grafschaft Zütphen zu denken. Vergl. Ficker M. G.-Q. I. 162. — ²⁾ Im J. 1233. Vgl. oben Nro. 301.

788.

* Ritter Hermann von Davenberg verkauft ein von der Dompropstei zu Münster lehnrübriges Haus dem dortigen Magdalenen-Hospital und entschädigt jene durch Übertragung anderer Güter als Lehen. 1267 April 13. — Abschr. im Copiar des Hospitals p. 11.

In nomine Domini. Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum notum sit omnibus presentes literas inspecturis, quod ego Hermannus de Daverenberg miles domum in Haroldinbrughe ¹⁾ cum omnibus attinenciis eius agris pratis pascuis silvis pertinentem ad preposituram ecclesie Monasteriensis, quam iure homagii a preposito Monasteriensi quicunque fuit pro tempore tenuit possedi, cum consensu venerabilium virorum dominorum decani et capituli Monasteriensis datam ²⁾ michi per honorabilem virum dominum Walramum tunc maiorem prepositum, eandem domum vendidi licentia et libera facultate, ipsam consencientibus filiis et heredibus meis, cum omnibus fructibus et proventibus hospitali pauperum in Monasterio pro quinquaginta et quinque marcis iure proprietatis et titulo quiete et libere perpetue possidendam. Porro in restaurum ipsius domus dedi eisdem dominis preposito decano et capitulo Monasteriensi proprietatem bonorum meorum in Honvelde et recepi eadem bona in Honvelde a preminato domino W. preposito, iure homagii, quo bona in Haroldinbrugge possederam, hactenus possidenda. Huic venditioni et permutacioni presentes intererant in testimonium evocati: dominus Gerhardus de Loen, Bernardus de Asbeke et Brunstenus canonici Monasterienses; Rodolphus de Meynhovele, Thidericus de Schonenvlete, Fredericus de Lune et Thidericus de Lere milites. In quorum testimonium reverendi patris et domini Gerhardi episcopi, ecclesie ac domini Walrami prepositi Monasteriensis, meum quoque ac Bernardi filii mei senioris sigilla huic littere sunt appensa. Ego vero Fredericus de Daverenberg miles, quia sigillum non habeo, sigillo fratris mei Bernardi sum contentus. Datum anno D. M^o.CC^o. sexagesimo septimo, feria quarta post dominicam palmarum.

789.

* Der Edle Bernhard von Lippe überträgt gewisse, ihm von mehreren Rittern von Lippe resignirte Güter dem Kl. Marienfeld. 1267 Mai 1. — Or. Kl. Marienfeld U. 164b; Abschr. Msc. I. 106. f. 64; 11. p. 108.

Nos Bernhardus Dei gratia dominus de Lippia nobilis tenore presentium publice protestamur, quod dominus Bertoldus miles dictus de Lippia et Wernherus ipsius frater, necnon Hermannus et Conradus eorundem patruales, coram nobis ab actione cesserunt bonorum Bersen ³⁾ et Huncinctorpe et nobis bona subnotata modo voluntario sine contradictione qualibet resignarunt; cum vero bonorum sepe dictorum donatio ad nos sit devoluta, nos rigorem iusticie respicientes, bona memorata ecclesie venerabili campi sancte Marie, videlicet cui ius in eisdem bonis rite competeat, commisimus et donavimus, warandie nostre firmitate, pleno iure et quiete possessione perpetuo possidenda. In cuius rei testimonium presentem paginam sigilli nostri appensione duximus muniendam. Nos vero iudex et consules totaque universitas Horne, oppidi nobilis viri domini nostri Bernhards de Lippia, cum militibus nobiscum residentibus, videlicet domino Alberto gogravio, domino Burghardo de Holthosen et Rolando de Holthosen, Bertoldo de Lippesprigge, Vulverammo de Vreserenhosen, dicimus omnia predicta vera esse, sicut in appensione sigilli nostri veraciter protestamur. Datum et actum anno Domini M^o.CC^o.LXVII^o. in sancto die apostolorum Philippi et Jacobi.

Das Siegel der Stadt Horn ist ziemlich gut erhalten, das Bernhards von Lippe aber verloren.

¹⁾ Schulzenhof Harling am Emmerbach im Kspl. Amelsbüren. — ²⁾ „data“ d. Copiar. — ³⁾ Bauerschaft Beesen, Kirchspiel Ennigerloh.

790.

* *Dem Kl. Vinnenberg wird ein vom Bischof von Münster lehnrübriges Ministerialengut übertragen und das Hochstift von dem bisherigen Lehnsträger, dem Münsterischen Bürger Godfried Biscop, durch andere Güter entschädigt* ¹⁾. 1267 Mai 8. Münster. — *Or. Kl. Vinnenberg U. 3; Abschr. Msc. I. A. p. 80; I. 109. f. 32'*.

Gerhardus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus omnibus presens scriptum visuris notum facimus, quod nos proprietatem bonorum sic dictorum scilicet parvum Wic et magnum Wic ²⁾ iuxta Telget sitorum, que olim Godefridus dictus Biscop civis Monasteriensis a nobis loco ministerialis tenuerat, monasterio in Vinnenberg nostre dyocesis contulimus et presenti scripto conferimus mero proprietatis iure perpetuo possidendam. In hac tamen parte sic providimus indemnitati nostre ecclesie, quod idem Godefridus bona sua, que vocantur domus Wetceli de Wichthorpe sita in parrochia Greven, que ipse proprietatis iure tenuerat, contulit nobis et nostre ecclesie iure eodem in locum predictorum bonorum, eadem bona denuo a nobis recipiens feodi tytulo, vice seu loco ministerialis. In evidens igitur testimonium premissorum presens scriptum fecimus sigilli nostri munimine roborari. Actum Monasterii apud sanctum Ludgerum in domo decani presentibus ipso decano, Themone nostro notario, Hinrico dicti monasterii preposito, Everhardo de sancta Margareta sacerdote, Hinrico de Emesbroke milite, Ecberto Biscop, Hinrico Juvene, Godescalco de Beveren civibus Monasteriensibus et aliis conpluribus anno Domini M^o.CC^o.LX^o. septimo, VIII^o. Ydus Maii.

Das Siegel des Bischofs ist nebst dem Secret ziemlich gut erhalten und das letztere dadurch bemerkenswerth, dass über den geschachten Feldern ein wachsender Löwe sichtbar ist.

791.

Der Edle Bernhard von Ahaus bestätigt die Übertragung eines von ihm lehnrübrigen Erbes an das Kl. Marienborn. 1267 Juli 1. Coesfeld. — Abschr. im Marienborner Copiar p. 8; gedr. ³⁾ Niesert Marienborn p. 60.

Universis sancte matris ecclesie fidelibus presentia visuris Bernardus nobilis vir de Ahus salutem in omnium salvatore . . . duximus intimandum, quod Thidericus dictus de Gronlo mansum quendam in Wlameshem, qui speciali nomine dicitur Casa iuxta viam, quem a nobis feudali iure hereditario possederat, domina Aleyde matre nostra pro remedio anime sue fideliter cooperante, cenobio sancte Dei genitricis in Cosveldia pro prebenda Gertrudis sororis sue ibidem oblate perpetuo contulit possidendum. Nos autem ut dicti conventus suffragiis adiuvemus, proprietatem eiusdem mansi . . . de consensu matris nostre, domine Sophie, necnon et uxoris predicti Th. in manus domine Gertrudis (tercie) ⁴⁾ abbatisse totiusque conventus Cosveldensis animo obtulimus benigno Acta sunt hec a. D. M^o.CC^o.LXVII^o, Kal. Julii, in cenobio Cosveldensi. Testes sunt: milites Bernardus Blome, Gozwinus de Nutlon; famuli Libertus iudex, Macharius officialis in Birebeke et alie quam plures de conventu Cosveldensi. Preterea etiam agrum quendam de suo predio sepedictus Th. situm iuxta villam Hirdehem ecclesie contulit predictae.

¹⁾ Diese Urkunde ist insofern wichtig, als sie den Beweis führt, dass im 13. Jahrh. an die erb männlichen Familien der Stadt Münster, zu welchen die Bischoping's gehörten, ebenso wie an den landsässigen Adel, Stiftsgüter nach Dienstmannenrecht verliehen wurden.

²⁾ Jetzt Wichmanns Erbe, Kspl. Telgte, gehörte noch bis ins 18. Jahrh. dem Kl. Vinnenberg.

³⁾ Mit der falschen Jahreszahl 1268.

⁴⁾ Zusatz des Abschreibers.

792.

B. Gerhard entlässt einen Dienstmann aus der Ministerialität. 1267 Juli 26. St. Mauriz vor Münster. —
Hier nach dem Druck bei Kindlinger Hörigkeit p. 299.

G(erhardus) Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus presens scriptum visuris notum facimus, quod nos Regebodonem, filium Helmici dicti van then Husen, quondam ecclesie nostre ministerialem ab huiusmodi ministerialitate nostro et ecclesie nostre nomine absolute absolvimus, penitus libertantes eundem in scripto presenti, ita quod secundum conditionem bonorum patronorum suorum se libere divertere poterit, quorsum volet Quod protestamur presentibus literis sigilli nostri munimine roboratis. Datum apud S. Mauritium iuxta muros Monasterienses anno Domini M^o.CC^o. sexagesimo septimo, VII. Kalendas Augusti.

793.

Engelbert, Graf von der Mark, bekundet, dass Gerwin von Rinckenrode ein Haus, das zu seiner, von dem Grafen zu Lehen gehenden Freigrafschaft gehört, von derselben getrennt, und dagegen ein anderes derselben einverleibt hat. 1267 August 5. — Hier nach Erhard's Abschrift des Orig. im Gr. Archive zu Kappenberg; eine andere Msc. II. 45. p. 84; gedr. Kindl. M. B. III. U. p. 207.

In nomine Domini. Amen. Nos Engelbertus comes de Marcha universis hanc litteram intuentibus notificamus et notum esse volumus in perpetuum, quod Gerewinus de Rinckenrodhe miles, noster castellanus, nostro, puerorum nostrorum, similiter uxoris sue ac puerorum suorum accedente consensu, domum thome Broke ¹⁾ cum cespite et frondibus in liberum comitatum suum, quem ipse de manu nostra tenet, attinentem, ab omni iurisdictione et obnoxietate, qua eadem domus eidem libero comitatu fuit astricta, expediens, tytulo permutationis exemit, veram ac directam proprietatem eiusdem Johanni de Broke, civi Monasteriensi, assignando, domumque in Hokensvelde, quam Wolfhardus inhabitat, que eidem Gerwino proprietatis tytulo attinebat, eiusdem comitatus sedis liberi comitis, liberorum a scabinorum interveniente consensu, in locum et ius predicte domus subrogando. Actum in loco iudiciali, qui dicitur Berle ²⁾, presidente iudicio Bernardo de Hencdorp, presentibus vemenotis ³⁾: Godefrido de Hokerdhe, Ludolfo de Werne, Rodolfo de Capella, Rodolfo Rocken, Hartmanno de Cnelinc, Conrado de Mechelen, Frederico de Lunen, militibus: Alexandro filio Ludolfi de Wernen, Gerewino de Boynen, Erenberto de Berle, Johanne de Vorsthövele, Brunone ad tiliam, Hermanno tho Chebinc, Gerardo de Hachen, Everhardo in Sutdorpe, Ecberto in Hencdorp, Johanne tho Brocdhorpe; scabinis: Johanne de Berle, Hermanno libero viro in Bekedorp, Theoderico Ruffo, Hugone de Assceberg, Willekino apothecario, Bernardo Custorinc, Henrico Scinckel, Johanne de Darbethe, Bernardo Doyinc, Hermanno Suchere, Hermanno de Chelikinckorp; civibus Monasteriensibus et aliis quampluribus. Et dedit idem Johannes arras consuetas liberis et scabinis. Hec autem pagina nostro, eiusdem Gerewini de Rinckenrodhe, Henrici scultheti Susatiensis, et Hermanni de Menhövele, militum, sigillis est munita, ne quod continet in perpetuum possit a quoquam violari. Datum anno Domini M^o.CC^o.L^o.X^o. septimo, Non. Augusti.

Das grosse kreisförmige Siegel des Grafen von der Mark hat auf der Hauptseite einen einfachen Wappenschild mit den geschachten Balken, mit der Umschrift: SIGILLUM COMITIS ENGELBERTI D' MARCHA; auf dem Rücksiegel findet

¹⁾ Im Kirchsp. Heessen. — ²⁾ Bauersch. Berl, Kspl. Albersloh unweit Rinckenrode, gehörte zu den sieben Freistühlen der „krummen Freigrafschaft oppen Dreyne,“ die bis 1226 von dem Grafen von Isenberg und seitdem von den Grafen von der Mark lehnrührig war und bis gegen d. J. 1324 im Besitz der Herrn von Rinckenrode blieb. Vgl. Köster Dipl. Beytr. I. p. 7. sq. II. p. 179. u. Beil. p. 54. und Kindl. Volmestein II. p. 296. — ³⁾ Ich bedaure, dass ich das Or. nicht habe einsehen können, um die Interpunction, die hier Schwierigkeiten macht, festzustellen.

sich ein kleinerer Wappenschild, worin über dem Balken ein wachsender Löwe hervorragt, mit der Umschrift: SIGILLUM SECRETUM. — Die drei folgenden Siegel sind parabolisch oder schildförmig gestaltet. Von dem ersten derselben (oder im Ganzen dem zweiten), dem des Schultheissen von Soest, ist nur noch ein kleines Stück vorhanden, worauf man den oberen Theil eines mit Querbalken durchzogenen Schildes mit einem Löwen, und den Anfang und Schluss der Umschrift: SIGILLUM . . . IN SUSATO. † liest. Das dritte, beinahe vollständig erhaltene, hat ein Schildeshaupt mit drei Kugeln, und die Umschrift: SIGILLUM HERMANNI DE DAVERENB'G. Das letzte, sehr beschädigte, besteht aus einem gespaltenen Schild, worin eine Schnalle; mit der Umschrift: SIGILLUM GER . . NI DE RINK E. Die beiden ersten und das letzte Siegel sind in grünem, das dritte in rothem Wachs abgedruckt; alle mit weissen Fäden angehängt.

794.

* *Hermann von Barnsfeld entsagt seinen vogteilichen Ansprüchen auf das Erbe Holthausen zu Gunsten des Dompropstes 1267 August. Auf dem Laerbrock*¹⁾. — *Abschr. Msc. I. 1. p. 452; Copie Msc. II. 3. p. 17.*

G. Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus. Omnibus presens scriptum visuris notum facimus, quod cum Hermannus de Bermtvelde miles ius se habere in advocatia mansi in Holthusen, siti in parochia Birebeke, ad venerabilem virum Walramum prepositum Monasteriensem spectantis, diutius pertinaciter contendisset, idem tamen prepositus cupiens huiusmodi contentionem sedare et suam in hac parte vexationem redimere, cum dicto milite sic convenit, quod ipse miles receptis ab eodem preposito duodecim marcis abrenunciavit simul cum suis heredibus in nostra presentia simpliciter et absolute omni iuri, si quod sibi competeat vel quoquo modo competere poterat in advocatia predicta. Actum apud Larbroke presentibus Wescelo de Lembeke et quam pluribus aliis militibus a. D. M^o.CC^o.LXVII^o, in mense Augusto.

795.

* *B. Gerhard tauscht mit dem Kloster Essen Ministerialen aus. 1267 October 6. Münster.* — *Abschr. Msc. II. 117. p. 3.*

Gerhardus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus omnibus presens scriptum visuris notum facimus, quod nos Mechtildim filiam Hinrici de Ludinchusen militis, uxorem Hermanni de Oldenthorpe militis, quondam ecclesie nostre ministerialem, damus ecclesie Asnidensi in ministerialem, recipientes Cristinam uxorem Weneri dicti de Retho militis, olim eiusdem ecclesie Asnidensis ministerialem, in ministerialem ecclesie nostre paris permutationis tytulo pro eadem, quod presentibus munitis nostro sigillo protestamur. Actum Monasterii presentibus nobili viro fratre nostro Engelberto comite de Marcha, Johanne dicto de Retho preposito Frisie nostre dyocesis, Wenero capellano, Themone notario, dicto Wenero et Conrado dicto de Mechlin militibus et aliis compluribus anno Domini M^o.CC^o.LX^o. septimo, II. nonas Octobris.

796.

*An der zwischen dem Erzbischof Engelbert von Cöln einer- und der Stadt Cöln und dem Grafen von Jülich andererseits wegen der in Neuss neu errichteten Zölle in der zweiten Hälfte d. J. 1267*²⁾ *ausbrechenden Fehde beteiligten sich von Westfälischer Seite für den Erzbischof der Bischof Simon von Paderborn, Otto Graf von Ravensberg, Friedrich von Rietberg, Bernhard und Hermann von der Lippe, Ludolf von Steinfurt und Godfried von Arnsberg. Gegen den Erzbischof aber standen die Bischöfe Gerhard von Münster, Wede-*

¹⁾ Bei Roxel. — ²⁾ Noch am 21. Juli 1267 unterschrieben die Bischöfe von Paderborn, Münster und Osnabrück, so wie die Grafen von der Mark und Rietberg gemeinsam die Sühne Erzbischof Engelberts mit Adolf von Waldeck. Vgl. Schaten s. a. 1267.

kind von Osnabrück, so wie die Grafen Engelbert von der Mark und Adolf von Waldeck und hatten, wie es scheint, auch das Stift Herford und die Herrn von Schwalenberg auf ihrer Seite. Am 18. October 1267 kam es zwischen Zülpich und Lechenich zur Schlacht; Erzbischof Engelbert, Bischof Simon und Graf Friedrich von Rielberg geriethen in Gefangenschaft, und zwar letztere beide in die Bischof Gerhards von Münster, der persönlich zugegen war. — Lacomblet II. Nro. 601. — Vergl. Menco l. c. p. 170, welcher die Schlacht aber fälschlich ins J. 1268 setzt, was durch die von Kremer Gülch und Bergische Gesch. III. p. 47. gesammelten Stellen und vor Allem durch die Urkunde bei Lacomblet II. Nro. 573 berichtigt wird, in welcher das Cölnische Domcapitel am 23. October 1267 die kurz zuvor erfolgte Gefangennahme des Erzbischofs meldet.

797.

Ritter Godfried von Gemen bekennt zu Gemen am 20. October 1267, und der Johanniter-Ritter Engelbert von Gemen mit seinem Sohne Vincenz bei Borken am 30. October desselben Jahres, dass sie dem Kloster Burlo in der dortigen Mark eine wüste Strecke zum Anbau überlassen haben. — Hier nach einer von Sökeland gefertigten Copie einer notariellen Abschrift, so wie nach dem Copiar des Kl. Burlo; gedr. von Ledebur Archiv X. p. 54.

1. Godefridus miles de Ghemen omnibus presentem literam inspecturis salutem in Domino. Tenore presentium protestor, quod ego ex parte mea et hominum mihi subiectorum concessi priori et fratribus de Burloh desertam solitudinem, que dicitur Zwolisvenne, sitam in communi marka prope Burlo, in quantum ipsi et sequaces eorum excolere voluerint aut potuerint propriis laboribus aut expensis, perpetuo possidendam. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli mei munimine roboravi. Datum in Ghemen anno Domini M^o.CC^o.LXVII^o, in vigilia undecim millium virginum.

2. Engelbertus dictus de Ghemen miles et confrater militie hospitalis sancti Johannis ¹⁾ omnibus presentem scriptum visuris salutem in Domino. Tenore presentium protestor, quod ego et filius meus Vincentius ex parte nostra et hominum nobis subiectorum concessimus priori et fratribus de Burloh desertam solitudinem, que vulgo dicitur Zwolisvenne, sitam in communi marka prope Burloh, in quantum ipsi et sequaces eorum excolere voluerint aut potuerint propriis laboribus aut expensis, perpetuo possidendam. In cuius rei testimonium presentem paginam sigillo proprio communivi. Datum prope Borken a. D. M^o.CC^o.LXVII^o, dominica proxima ante festum omnium sanctorum.

798.

B. Gerhard gründet das Collegiatstift zu Beckum und incorporirt demselben die Kirchen zu Lippborg und Wadersloh. 1267 December 10. — Or. Coll.-Stift Beckum U. 2; gedr. Nünning Monum. I. p. 113.

Gerhardus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem sempiternam. Sicuti sanctissima et gloriosissima regis glorie mater virgo Maria, que spiritu sancto fecundata in prole mater exstitit et in partu virgo permansit, ac ipsius prolis fecunditate celorum excelsa decoravit gloria et per bone voluntatis fidelium vota laude terram implevit divina, sic sancta et illibata mater nostra universalis ecclesia, virgo sine ruga, donis sancti spiritus multipliciter dotata, dum velut prolem pariens in particulares multiplicatur ecclesias, ac dum ipse particulares ecclesie

¹⁾ Dieser Engelbert war also selbst in den Johanniterorden getreten, nicht dessen Sohn, wie Niesert U.-S. V. p. 23. will.

tanquam fecunde filie divino cultui mancipatis multiplicantur filiis et personis, ex ipsa multiplicatione prebendae virgineae gloriosissime gloria magnificatur in celis, ipsaque gloria et magnificentia ex divini cultus augmento crescit et clarescit in terris. Hinc est quod (ad) tanti prolis Domini nostri Jesu Christi filii Dei, tantarumque matrum, virginis matris Marie virginalisque matris universalis ecclesie, beati prothomartyris Stephani, Sebastiani martyris, sanctorumque omnium laudem, gloriam et honorem, ad specialis quoque matris nostre Monasteriensis ecclesie sublimationem et multiplicationem in filiis, nos de unanimi et de communi capituli nostri Monasteriensis consensu, in opido ecclesie nostre apud Bekehem, ubi unus tantum donec ad hec tempora Deo deservire consuevit vicarius, canonicorum conventum duximus instituendum. In ipsius nomine, qui fine caret et initio, institutionis initium hoc est. Ecclesia in Bekehem a priscis retroactis temporibus Monasteriensis ecclesie sive Monasteriensium episcoporum capellania exstitit, archidiaconatum ipsius ecclesie habens annexum. Hoc institutionis tempore scolasticus Monasteriensis ecclesie, nomine Th. de Adenoys, capellanie huius possessione gaudebat, vicariam vero eiusdem ecclesie quidam sacerdos Henricus nomine pro beneficio canonice ac pacifice possidebat, qui et patrimonium in Osenbrugensi civitate et locis adiacentibus situm, una cum matre sua et tribus fratribus suis clericis, iure hereditario retinebat indivisum. Inspirante siquidem eo cuius providentia in sui dispositione non fallitur, dicto vicario visum extitit, quod de fructibus vicarie sue plures quam unus ad cultum divinum ibidem ampliandum valerent sustentari, vidensque locum habilem ad ordinandum in ipso loco canonicorum conventum, cum prenominate matre sua et fratribus decrevit patrimonium ipsorum, de quo supra tactum est, vendi et in vicinis locis opido Bekehem alios emi redditus, de quibus una cum fructibus vicarie sue incipere posset ecclesia conventualis, eorum quorum intererat, nostri videlicet, archidiaconi quoque et capituli nostri Monasteriensis beneplacito conveniret. Quod factum divinitus ut credimus inspiratum, in tantum nostro sedit beneplacito, quod duas ecclesias, Lippeburg videlicet et Wardeslo, collationi nostre spectantes, ecclesie in Bekehem anneximus, sic ut quantocius ipsas vacare contigerit sive simul sive successive, de una unius prebende corpus valens V. marcarum redditus, et de alia alterius prebende corpus tantundem valens crearetur, collatione vicarie in utraque ecclesiarum predictarum penes nos et successores nostros residente, sicuti penes nos et antecessores nostros ipsarum resederat collatio ecclesiarum. Hiis omnibus taliter actis, de consensu nostro, loci archidiaconi, vicarii supradicti eiusque matris fratrumque suorum, totiusque capituli nostri Monasteriensis consilio et consensu, commissum extitit personis quatuor, decano, thesaurario, Th. dicto Norendino, magistro Luberto, canonicis Monasteriensibus, qui potestatem haberent omnium nostrum, qualiter ecclesia in Bekehem ordinaretur conventualis. De primis vero personis loci dicti ordinatores sic ordinaverunt, ut dominus Th. prememoratus, sicut rector ecclesie et archidiaconus extiterat, primus loci prepositus existeret et archidiaconus atque capellanus episcopalis maneret, dominus vero Henricus supradictus, sicuti antea vicarius extiterat, primus loci esset decanus, dominus quoque Menricus presbiter et Sifridus ac Johannes fratres ipsius vicarii, et nepos eorum, primi essent canonici loci eiusdem, mater ipsorum integram unius canonici portionem receptura esset quoad viveret, ubicunque ei morari placeret. Item ut fructus ecclesie in Bekehem, quos rector ipsius ecclesie donec ad illa tempora nomine capellanie consuevit recipere fierent et essent fructus prepositure et loci prepositi, missali annona duntaxat excepta, de qua ipsius loci decanus qui esset pro tempore prepositus, tanquam suum archidiaconum, quociens personaliter sinodo ibidem ei presidere placeret, in octo evecturis procurare deberet, et preter minuta vadimonia, pro quorum perceptione, quociens prepositus sinodo personaliter non preesse contigerit, ipse decanus sinodo presidebit; nec ipse decanus nec canonicorum aliquis deinceps ad dandas exuvias tenebuntur. Item fructus vicarie in Bekehem, deducta medietate sacrificii et duobus marcis fructus, manerent prebende decanalis quoad ipse viveret; et de redditibus precio memorati patrimonii comparatis quinque fierent portiones, que essent corpora quinque prebendarum, quarum quinque prebendarum communis distributio esset medietas sacrificii, deducta ut supra dictum est de fructibus vicarie, due vero marce duobus sacerdotibus decani adiutoribus annuatim a decano ministrande. Sicque ex spiritus sancti dono septemplici, septenarius servitorum Dei numerus sic instituti conventus felix esset exordium, per predictarum duarum annexione

ecclesiarum et honorum aliorum, que Dominus potens esset multiplicare, successu temporis accepturum maioris numeri felicius incrementum, possetque crescere in ipsa ecclesia de nostro et loci prepositi consilio usque ad numerum XII canonicorum et non ultra, nisi fieret de consensu et consilio ipsorum XII canonicorum. Hec omnia quoad vixerit decanus immutabilia permanebunt, sic ut quilibet canonicus, sive de aliqua ecclesiarum predictarum sive alio modo predicto conventui intitulandus, corpore sue prebende contentus, cottidianis careat distributionibus, que de medietate sacrificii quinque primis prebendis sunt superius deputate. Post mortem vero decani fructus omnium prebendarum equabuntur in hunc modum: totum sacrificium, redditus omnes de patrimonio prememorato provenientes, corpora omnium prebendarum de sepedictis ecclesiis seu aliunde creata, componentur in unum, et de summa totali equalis inter omnes fiet portio simplicium prebendarum, de ipsa vero totali summa, preter prebendam simplicem, decanus VI marcas recipiet titulo decanie, custos unam, scolasticus unam, eruntque contenti donec ad illa tempora custos sacrificio reliquiarum et scolasticus questu scholarum preter suas prebendas. Oblationes vero cibariorum inter decanum et duos sacerdotes ibidem canonicos distribuentur, sic ut eorum quilibet contentus maneat eo quod in sua septimana offertur, exceptis tribus diebus in quibus communis memoria fidelium fieri consuevit, in quibus inter dictos tres sacerdotes cibariorum participatio fiet equalis. Ut autem pro futuro tempore omnis scrupulus dubitationis amputetur, siquis, preter sex primas prebendas et duas a nobis specialiter ordinatas, usque ad duodenarium numerum ad honorem Dei corpus prebende alicuius creare voluerit, ad illam prebendam, si minor sex marcis fuerit, canonici alii nullum nisi motu proprio recipere tenebuntur vel compellentur. Si vero Sifridus, qui alias tenet beneficium animarum curam habens annexum, a suo archidiacono ad residentiam compelleretur, fiet ei gratia specialis, ut sequatur eundem portio de sua ipsum hereditate contingens, aliud inter presentes dividetur. De collatione beneficiorum in predicto conventu dicti ordinatores sic ordinarunt: nos et successores nostri infra capitulum ecclesie nostre Monasteriensis preposituram conferemus, et archidiaconus loci et capellanus noster et successorum nostrorum cum omni integritate manebit ut antea, preter minuta vadimonia et missalem annonam ut supra tactum est; decaniam vero et custodiam nos et successores nostri infra capitulum Bekehem conferemus, et prepositus scolastriam, prebendas vero omnes vicissim nos et prepositus conferemus, sic ut prepositus sit primus qui primam conferat vacaturam. Hec universa et singula, prout ordinata sunt in nomine sancte et individue Trinitatis, capitulo in Bekehem sic instituto in perpetuum omnium premissorum venire prefirmamus, sic ut quicumque futuris temporibus contra hanc ordinationem omnium premissorum venire prefirmamus, anathematis vinculo ex nunc a nobis sententialiter innodatus, Dei omnipotentis, beati Pauli patroni nostri, beati Stephani, beati Sebastiani, loci patronorum, ac nostram indignationem se noverit incurrisse. In cuius rei testimoniam presens scriptum nostro et capituli nostri sigillis confirmamus. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M^o.CC^o.sexagesimo VII^o, III^o. Idus Decembris. Feliciter in Domino. AMEN.

Beide Siegel sind mit rothen Fäden angehängt, aber beschädigt.

799.

* *Der Propst von Kappenberg entscheidet einen Zehntenstreit zwischen dem Kl. Marienborn in Coesfeld und Bernhard von Herne* ¹⁾. 1267. — *Or. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archiv; Abschr. im Copiar von Marienborn p. 5.*

Arnoldus Dei patiencia prepositus in Capenberg etc. Notum esse volumus universis, quod, cum esset litigium et controversia inter dominam abbatissam et conventum de Cosvelt ex una parte et Bernardum de Herne ac matrem eius Elisabeth ex altera, placuit utrisque partibus convenire coram nobis in redemptionem minute decime de domo que dicitur Bosinc in parrochia Sulkerken ²⁾ sita, ea videlicet condi-

¹⁾ Ob Herne im Vest Recklinghausen? — ²⁾ Südkirchen im Kr. Lüdinghausen.

cione, ut prefatus Bernardus et omnes posteri sui in perpetuum persolvant predicto conventui duos solidos pro maiori decima et insuper sex denarios pro minori . . . Datum a. D. M^o.CC^o.LXVII^o. Sunt autem hii testes facte compositionis: Hinricus prior, Bernardus custos, Wibertus Thomas et Heydenricus sacerdotes, Hugo plebanus ecclesie Sutkerken, Bernardus Solidus frater noster: Wolbero de Gore, Ludewicus de Ichorne ¹⁾, Bruno de Westendorpe et alii quam plures.

Das anhängende Siegel des Propstes hat gelitten.

800.

IV Arnold, Propst zu Kappenberg, bekundet, dass Methildis, Schwester des Ritters Conrad von Kukelshem, ein Gut in Dalekampe im Kirchsp. Bork an Bernhard, den custos seines Klosters, verkauft und im Gerichte zu Lünen Verzicht darauf geleistet habe. 1267. — Presente fratre Methildis Conrado milite de Kukelshem; et annuente Gorhardo Betthinc, presentibus magistro Wernhero tunc iudice et officiali venerabilis domini Gerhardi Monasteriensis episcopi et Gozwino de Helle, Johanne et Thetmaro Saleworthere fratribus, Johanne Vundengot, Wilhelmo de Ponte, Heinricho Hozinc, Gerhardo de Braclen, Alberto fabro et consulibus in Lunen. Ferner sind Zeugen: Henricus prior, Waltherus supprior, Otto cellerarius, Bernhardus custos und Wibertus infirmarius. — Abschr. Msc. II. 45. p. 213; gedr. Kindl. Volmestein II. p. 169.

801.

Gütertausch zwischen dem Grafen Otto von Ravensberg und dem Kl. Marienfeld. 1267. — Or. Kl. Marienfeld U. 164; Abschr. Msc. I. 106. f. 61^v; II. 77. p. 164; gedr. Zeitschr. IX. p. 306.

I n. D. A. Otto comes de Ravensberg etc. Cognoscant itaque presentes ac posteri, quod nos et fratres de campo sancte Marie mutuis utilitatibus consulentes possessionum nostrarum quandam ad invicem fecimus commutationem. Et ipsi quidem fratres assignaverunt nobis tres domos in villa Merle et casam unam eidem ville adiacentem. Nos vero versa vice dedimus eisdem fratribus domum unam que vocatur Overbeke ²⁾ in villa Hohorst et inquilinum eiusdem domus nomine Albertum et uxorem suam cum liberis eorum, necnon et tres casas in eadem villa, videlicet Morkote Middendorpe et casam Renfridi, insuper duas casas unam in Ostenvelde et alteram in Sutholte in perpetuam possessionem. Ut igitur iam dictarum possessionum permutatio favorabiliter acta utrique parti maneat inconvulsa, presentem paginam exinde confectam sigilli nostri appensione roboratam dedimus predictis fratribus pro se si opus habuerint exhibendam. Acta sunt hec anno Domini M^o.CC^o.LXVII^o. Huius rei testes sunt: dominus Heinrichus Vinke, Johannes de Rubo, Herbordus Vos, Bernhardus Lethebur, Regenbode Top milites; item Fredericus de Busge, Theodericus et Egbertus officiales nostri et alii plures.

Das Siegel des Grafen ist ziemlich gut erhalten.

802.

* B. Gerhard bekundet einen vom Kl. Marienfeld bewirkten Güterkauf. 1267. Stromberg. — Or. Kl. Marienfeld U. 164^v; Abschr. Msc. I. 106. f. 66^v.

I n. D. A. Gerhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus etc. Elucescat igitur tam presentibus quam futuris, quod venientes ad nos Hardwinus laicus de Wardeslo et duo fratres sui, sacerdotes, dicebant se vendidisse quendam mansum suum in villa Walegarden ³⁾ pro viginti quinque marcis abbati et fratribus de

¹⁾ Ickhorna östlich von Südkirchen. — ²⁾ Averbeck, Kspl. Ennigerloh. — ³⁾ Schulze Walgern, Kspl. Freckenhorst.

campo sancte Marie in perpetuam possessionem. Cuius mansi proprietas cum ad predictum Hardwinum et fratres suos ex paterna successione devoluta fuisset, nobis eandem proprietatem unanimi consensu dederunt et nos eam contulimus abbati et fratribus ecclesie memorate etc. Acta sunt hec anno Domini M^o.CC^o.LXVII^o. in castro Stromberg, presentibus viris honestis videlicet: Omero de Ostenvelde, Rotchero de Bokenevorde, Hermanno de Wulfhem, Frederico Hunderetmarc, Bertrammo de Walegarden, Gerharde de Quernheim, Egberto de Batenhorst et aliis multis.

Das Siegel des Bischofs ist schön erhalten.

803.

* Papst Clemens IV. bestätigt dem Münster'schen Domcapitel die ihm vom Bischof Gerhard bei Gelegenheit der Domweihe gemachten Schenkungen. 1268 Februar 10. Viterbo. — Or. Fr. Münster U. 131^b;

Abschr. Msc. I. A. p. 354.

Clemens episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis decano et capitulo Monasteriensis ecclesie salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat, quod venerabilis frater noster . . . episcopus Monasteriensis vestram ecclesiam dedicavit et vobis ac quibusdam clericis, qui singulis annis in die dedicationis huiusmodi in ecclesia ipsa divinis officiis interfuerint, decem marcas Monasteriensis monete concessit percipiendas a vobis et eisdem clericis de quodam reddito ipsius episcopi et ad ipsum ratione persone sue spectante, qui grut vulgariter appellatur, prout in litteris inde confectis ipsius episcopi sigillo munitis plenius dicitur contineri. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, quod ab eodem episcopo super hoc provide factum est ratum habentes et gratum, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Viterbii IIII. Id. Februarii, pontificatus nostri anno tercio.

Das sehr gut erhaltene Bleisiegel, mit der Inschrift CLEMENS P. P. IIII., hängt an roth- und gelbseidenen Fäden.

804.

* B. Gerhard gestattet als Besitzer des Hofes Oedingberg dem Kl. Rengerig das Recht der Holzlese in der Mark Glandorf. 1267 (1268) Febr. 29. Wolbeck. — Or. Kl. Rengerig U. 22; Abschr. Msc. I. 108. f. 96^a.

Gerhardus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus omnibus presens scriptum visuris notum facimus, quod nos pietatis intuitu monasterio sanctimonialium in Rengerine nostre dyocesis prestamus ratione curtis nostre in Odenberge, quantum in nobis est, plenam warandiam, in marka Glanhorpe secandi ligna inutilia et super terram iacentia et ad opus sui utendi eisdem, rogantes singulos ac universos ius in eadem marka habentes, ut ipsi propter Deum, salutem animarum suarum et precum nostrarum instantiam idem monasterium ad premissa benigne absque impedimento admittant, in quo utique ipsi benefaciunt gratum inde a Domino in die obitus sui premium recepturi. In testimonium igitur premissorum prefato monasterio donavimus presens scriptum sigilli nostri munimine roboratum. Actum et datum Woltbeke anno Domini M^o.CC^o.LX^o. septimo, II^o. Kalendas Martii.

Das Siegel ist erhalten.

805.

* *Die Edlen von Dolberg schenken dem Deutsch-Ordens-Hause zu Münster eine wüste Waldstelle bei Vochlinghausen* ¹⁾. 1267 (1268) März 7. — *Or. St. Georgs-Commende U. 9; Abschr. Msc. I. 74. p. 47.*

Universis Christi fidelibus presentibus et futuris dominus Waltherus de Duleberge et Yonathas filius eiusdem salutem in omnium salutari. Notum esse volumus universis presentibus et futuris, quod nos ob animarum nostrarum remedium ad Dei et beate Marie honorem fratribus de domo Theutonica in Monasterio libere contulimus proprietatem rubei ²⁾ quod situm est iuxta Vochlinghus cum pascuis iuxta situs. Acta sunt hec a. D. M^o.CC^o.LXVII^o. In die Perpetue et Felicitatis. Huius rei testes sunt: fratres predicti Go. prior, Justacius, Gerwinus,, B. commendator in Monasterio.

Das Siegel ist abgefallen.

806.

* *Das Kl. Marienborn erlässt Heinrich von Keppele, gegen Verzichtleistung auf seine Ansprüche wegen eines von dessen Grossvater geschenkten Gutes, eine Schuld von sieben Mark.* 1267 (1268) März 20. Münster. — *Or. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archiv; Abschr. im Marienborner Copiar p. 7.*

Gerhardus, Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus, omnibus presens scriptum visuris notum facimus, quod Hinricus dictus de Keppele in nostra presentia constitutus, relaxatis sibi septem marcis, quas ipse debuerat monasterio sanctimonialium in Cosveldia, abrenuntiavit plane et absolute cum consensu suorum heredum omni actioni, quam ipse aliquando movere ceperat eidem monasterio super bonis dictis Stockinc, que ipsi monasterio Hinricus de Keppele miles avus dicti Hinrici contulerat iam multis annis transactis, sicut in instrumento ²⁾ pie recordationis domini Ludolfi predecessoris nostri inde confecto apparet, item super Etzelino ac Aleyde ipsius uxore et natis eorundem necnon et super quibusdam aliis hominibus ad dictum monasterium spectantibus, omnique iuri quod ipsi Hinrico competebat vel quoquo modo competere poterat in universis et singulis supra dictis et omnibus attinentiis eorundem. In evidens igitur testimonium premissorum presens scriptum nostro et prefati Hinrici sigillis pariter est munitum. Acta sunt hec Monasterii in domo decani sancti Ludgeri Monasteriensis, presentibus: Hermanno de Langen, Hermanno de Ludinchusen, Nicolao de Beveren, Hermanno Werencen, Matheo de Novo Castro, Alberto dapifero, Herbordo de Spredowe, Alexandro de Lembeke, Gerlaco de Lon, Conrado Stric, Thiderico de Ramesberg, Nicolao Hovet et Hinrico Bever militibus et aliis compluribus. Superscriptionem etiam huius dictionis heredum duximus approbandam. A. d. i. M^o.CC^o.LX^o. septimo, XIII^o. Kalendas Aprilis.

Die beiden Siegel sind ziemlich gut erhalten; das Heinrichs von Keppele hat fünf schrägliegende Rauten.

807.

* *Das Domcapitel zu Münster verkauft seine im Kirchspiel Oelde und Geist* ⁴⁾ *belegenen Zehnten an das Kl. Marienfeld.* 1268 April 2. Münster. — *Or. Kl. Marienfeld U. 165; Abschr. Msc. I. 106. f. 53.*

In nomine Domini. Amen. Walramus Dei gratia prepositus, Fridericus decanus totumque capitulum ecclesie Monasteriensis omnibus in perpetuum. Notum facimus tam presentibus quam futuris, quod nos

¹⁾ In der Grafsch. Mark, südöstlich von Hamm, und südlich von Dolberg. — ²⁾ So die U.; „rubei“ die neuere Abschr. im Copiar I. c., deren Verfasser es durch „Busch“ übersetzen; ebenso wie oben Nro. 801 „Johannes de Rubo“ für „Johannes de Busche“ steht. Vgl. Nro. 502. — ³⁾ Vom J. 1244, oben Nro. 425. — ⁴⁾ Beide bildeten nur ein Kirchspiel.

cum unanimi voluntate et consensu, accedente expresso venerabilis in Christo patris domini nostri Gerhardi episcopi Monasteriensis assensu, decimas nostras sitas in parrochia ecclesie in Ulethe et Geestlen, colligendas in agris, nec non et minutas decimas omni eo integritatis iure, quo ipsas, cum eedem decime nostre fuerant, possedimus, dilectis in Christo religiosis viris . . . abbati et conventui monasterii campi sancte Marie Cisterciensis ordinis Monasteriensis dyocesis ducentis marcis Monasteriensis monete vendidimus venditione legali, ipsa nobis numerata pecunia et recepta ac in utilitatem ecclesie nostre conversa. Ut igitur etc. Actum sollempniter Monasterii in nostra ecclesia anno dominice incarnationis millesimo ducesimo sexagesimo octavo, IIII^o Nonas Aprilis.

Die Siegel des Bischofs und des Domcapitels hängen noch an.

808.

Ritter Hermann von Münster verpfändet den vom Dompropste zu Münster lehrnührigen Oberhof Brochhof mit den dazu gehörigen Leuten und Gütern und dem Gogericht ¹⁾ an das Domcapitel für 300 Mark und gesteht demselben das Vorkaufsrecht zu. 1268 April 4. — *Or. Fr. Münster U. 131 c; Abschr. Msc. II. 10. p. 35; gedr. Niesert U. B. I. I. p. 290; Wilkens St. Münster p. 130.*

Gerhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus omnibus presens scriptum intuentibus notum facimus, quod constitutus in presentia nostra Hermannus dictus de Monasterio, miles, de consensu filii sui Hermanni, Gerhardi canonici Monasteriensis et Ludolfi laici fratrum suorum, curiam Brochhof cum omnibus attinentiis suis, que de manu . . . prepositi Monasteriensis tenet, videlicet piscatura, decima super Geyst ²⁾, molendino et decima Gelmere ³⁾, omnibusque et singulis ad ipsam curtem pertinentibus; item homines de Smithhusen ⁴⁾ et Lengerike cum bonis, omnesque et singulos homines in bonis quibuscunque ad dictam curiam pertinentibus manentes; preterea mansionem suam Sconowe cum suis attinentiis, et iudicium quod Gogerigthe ⁵⁾ dicitur . . . preposito . . . decano et capitulo Monasteriensi pro trecentis marcis Monasteriensis monete titulo pignoris obligavit; hoc adiecto, quod si in eadem mansione aliquid dampni acciderit sive per incendium sive per invasionem vel ruinam vel alio quocunque modo, . . . prepositus . . . decanus et capitulum ad restaurum minime teneantur. Taliter enim convenit inter . . . prepositum . . . decanum et capitulum et Hermannum militem hinc et inde, quod a die Margarete virginis usque ad tres annos proxime sequentes redimere non potest nec debet supradicta. Tunc vero infra dictum diem Margarete et festum Jacobi luere sive redimere potest pro eisdem trecentis marcis. Quod si non fecerit, manebit pignoris obligatio curie et aliorum supra dictorum in perpetuum, quoad usque idem Hermannus vel filius suus Hermannus vel alius suus heres legitimus luat sive redimat predicta in quolibet anno subsequenti, non tamen nisi infra Margarete et Jacobi terminos supradictos. Quia vero fructus sive redditus anni presentis usque ad festum Jacobi de curia predicta colligi fecit idem miles, servitium pertinens ad prebendas dominorum canonicorum Monasteriensium de eadem curia usque ad idem festum Jacobi, secundum quod consuetum est, fieri procurabit. Postmodum vero quamdiu pignoris causa durat, omnis administratio curie et attinentium ad . . . prepositum . . . decanum et capitulum pertinebit, nec idem Hermannus miles vel filius eius Hermannus sive alius heres suus legitimus vel aliquis servientium sive nuntiorum alicuius eorum, interim durante causa pignoris in dictis bonis, petet herbergeriam sive hospitium, vel curruum vectiones vel quicquam aliud servitii quantumcunque minuti requirere attemptabit. Obventiones autem, si que emerint, infra dictum festum Jacobi et postmodum, quousque premissa lantur secundum ordinationem predictam, sive in locationibus bonorum, sive in hereditatibus, concambiis vel aliis quibuscunque, . . . prepositus . . . decanus et

¹⁾ Bakenfeld, wie dies die Urkunden v. J. 1324, Fr. Münst. U. 403—405 ergeben, vgl. Niesert I. c. p. 294 sq. — ²⁾ Im Kspl. Lamberti vor Münster. — ³⁾ Kspl. Mauriz. — ⁴⁾ Smithhusen, Lengerike und Sconowe lagen nach Ausweis der Güterverzeichnisse des Doms Msc. I. 7 p. 5 u. 65, verglichen mit den Angaben der U. v. 1324, Niesert U.-B. I. I. p. 299, im Kirchspiel Havixbeck. Doch sind diese Namen jetzt daselbst nicht mehr nachzuweisen. — ⁵⁾ Bakenfeld, über dessen Ausdehnung von Olfers Verfassung etc. p. 78 zu vergleichen ist.

capitulum Monasteriense integraliter percipient, ratumque habebunt dictus miles et filius suus aliusque suus heres legitimus, quicquid de huiusmodi obventionibus . . . prepositus . . . decanus et capitulum duxerint ordinandum. Expressam etiam licentiam concessit eisdem . . . preposito . . . decano et capitulo iniuste alienata de dicta curia revocare, et si aliqua bona durante obligatione ad ipsam curiam pertinentia vacaverint, de hiis sicut de aliis . . . prepositus . . . decanus et capitulum ordinabunt. Item deductum est in pactum, quod quando dictus miles vel eius filius sive alius heres suus legitimus in termino ad hoc statuto redimere voluerit supradicta, predicet et significabit hoc . . . preposito . . . decano et capitulo Monasteriensi in festo Walburgis virginis quod precedit¹⁾. Promisit etiam dictus Hermannus et Hermannus filius eius quod premissa bona nulli vendent, vel vendet alteruter eorum, nisi prius offerant vel offerat . . . preposito . . . decano et capitulo Monasteriensi pro pecunia competenti. Si vero dictum militem Hermannum mori contigerit antequam luat vel redimat supradicta, et filius eius Hermannus vel alius suus heres legitimus curiam eandem a . . . preposito Monasteriensi receperit, secundum quod moris est, non tamen idem intromittet se de aliquo ad dictam curiam pertinente, vel mansione Sconove et aliis supradictis, quousque trecente marce predictae secundum ordinationem premissam integraliter fuerint persoluto. Ne vero predicta in toto vel in parte modo aliquo infringantur a quoquam, promiserunt Hermannus miles et filius suus Hermannus fide media publice coram nobis . . . preposito . . . decano et capitulo supradictis, quod huiusmodi pignoris obligationem et ordinationem super hoc factam inviolabiliter observabunt. Promiserunt etiam pro ipsis fideiussorio nomine similiter per fidem huius, quorum nomina subsequuntur, videlicet Gerhardus canonicus Monasteriensi et Ludolfus laicus fratres ipsius H. militis, Hugo Ursus, Hugo de Stochheim, Hugo de Horne, Lubertus de Linge, Hermannus de Langen cum filio suo Hermanno, Hinricus Scrodere cum filio suo Hermanno, Bitterus de Rethe, Nicolaus de Beveren, Bernhardus Ruce, Ludolphus de Brughterbeke, milites. Qui omnes et singuli taliter in solidum coram nobis fide media promiserunt, quod si aliquis evenerit defectus sive impedimentum in premissis vel aliquo premissorum, quandocumque et quotienscumque super hoc requisiti fuerint a . . . preposito . . . decano et capitulo memoratis, a die requisitionis ad quindenam sive post quindenam intrabunt civitatem Monasteriensem, nullatenus ab inde recessuri, quousque huiusmodi defectus sive impedimentum totaliter emendetur. Acta sunt hec Monasterii coram nobis, presentibus hiis: Heydenrico decano, Johanne scolastico sancti Liutgheri Monasteriensi, Thiderico dicto Flos canonico Osnaburgensi, Wernero capellano, et Themone notario nostro, clericis; Thiderico de Sconenbeke, Hermanno de Ludinchusen, Weszelo de Lembeke, Remfrido de Stochem, Conrado Strik, Gerlaco de Lon, Conrado de Meglen, Hermanno de Bermetvelde, Alexandro, Giselberto de Scolden, Borchardo de Musna, Everhardo de Suneborne militibus et aliis quam pluribus. In evidens vero testimonium premissorum tam nostro quam nepotis nostri Widekindi Osnaburgensis electi, et ecclesie Monasteriensi ac fideiussorum predictorum sigilla habentium sigillis presens pagina communitur. Nos vero qui sigilla non habemus, sigillis confideiussorum nostrorum contenti sumus. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo octavo, II. Non. Aprilis.

Nur das beschädigte Siegel Hermanns von Münster ist von den ursprünglich angehängten fünf Siegeln noch erhalten.

809.

Graf Otto von Ravensberg eignet die von ihm zu Lehen gehenden Güter genannt Thusterbeke und die Placen-Mühle an die Stadt Beckum, welcher dieselben von Gerhard von Quernheim verkauft worden. 1268 April 12.

— *Hier nach Erhard's Abschrift des Originals im Archive der Stadt Beckum²⁾; eine andere Abschrift Msc. II. 23 p. 79; gedr. Kindl. Volmestein II. p. 172.*

Otto Dei gratia comes in Ravensberg, omnibus in perpetuum noticiam subscriptorum. Notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod cum Gerhardus dictus de Querhem miles bona dicta Thuster-

¹⁾ „predit“ d. U. — ²⁾ Die eingeschlossenen Worte sind im Original erloschen oder ausgerissen, und hier nach dem Zusammenhange ergänzt.

beke, sita iuxta oppidum Bekehem, et molendinum dictum Placemolen, que ipse in feodo a nobis olim tenuerat, oppidanis dicti oppidi simul cum hominibus ad ipsa pertinentibus, centum marcis Monasteriensis monete, vendicione legali vendiderat cum omnibus ipsorum bonorum attinentiis, sicut vulgus dicit *an torve ande an twighe*, et ipse simul cum suis uxore et liberis, ac matre sua, que habuerat usumfructum eorundem bonorum, ipsa bona cum supradietis eorum attinentiis absolute et libere nobis resignaverat, abrenunciando absolute cum predictis personis omni iuri quod in premissis eis competeat vel competere posset postmodum quoquo modo: — nos cum pleno et expresso uxoris nostre et liberorum nostrorum, fratris nostri domini Ludewici prepositi sancti Johannis in Osenbruege, ac ceterorum quorumcunque heredum sive coheredum nostrorum consensu, proprietatem dictorum bonorum et pertinencium (ad dicta ¹⁾) bona ibi sita, sicut eadem Henricus sculthetus possedit et coluit, libere et absolute contulimus venerabili patri domino nostro G. Monasteriensi episcopo et predictis oppidanis in Bekehem, proprietatis iure perpetuo possidendam, datis inde nobis similiter centum marcis eiusdem monete numerate nobis pecunie et solute, abrenunciantes simpliciter et absolute simul cum omnibus heredibus sive coheredibus nostris predictis omni iuri, quod nobis competeat vel quocunque casu seu iure competere posset postmodum in bonis prefatis. Insuper sub testimonio scripti presentis sumus arbitrati expresse, dictam collationem nostram non minus validam debere existere, quam si sollempniter facta esset in huiusmodi iudicio, quod vriethinc vulgariter appellatur. Preterea dicte proprietatis debemus prestare plenam warandiam predictis domino nostro episcopo et oppidanis, quemadmodum ius requirit. Ut autem memorata nostra collatio facta rata permaneat et inconvulsa, presens scriptum nostro fratrisque nostri predicti et oppidi nostri in Bilevelde, item prefati domini nostri episcopi, et in Stromberg castellanorum sigillis insimul est munitum. Actum thon Stepelen, presentibus Hinrico Vinken, Herbordo Vos, Hinrico de Aspelcampe, Rotgero Hathewich ²⁾, Rodolfo ³⁾ Nagel et Regenbodone Top . . . de Ostenvelde et Gerharde de Quernem, militibus; item Themone canonico sancti Pauli Monasteriensis, Ludolfo dicto de Hammone, . . . iudice in Bekehem, Ricwino de Ostenvelde, Hermanno de Walen, Johanne Scithorst, Gisekone venatore, Ecberto dincgravio, et aliis quam pluribus, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo LX^o. octavo, pridie Ydus Aprilis. Hermannus de Mervelde miles similiter fuit presens.

Das Siegel des Grafen Otto von Ravensberg ist das kleinere kreisförmige, und enthält bloss einen Helm und einen Baum mit 8 beblätterten Zweigen als Helmzierde, mit der Umschrift: GALEA COMITIS DE RAVENSBERCH. Das Siegel seines Bruders ist, so wie das der Burgleute zu Stromberg, verloren gegangen. Das Siegel der Stadt Bielefeld enthält eine Mauer mit Zinnen und zwei Thürmen, worunter, innerhalb eines Kreisbogens, ein Schild mit dem Ravensbergischen Wappen, die Umschrift heisst: SIGILLUM BURGENSIVM DE BILVELDE. Das Siegel des Bischofs von Münster ist das bekannte.

810.

* Dem Magdalenenhospital wird eine Rente aus einem Grundstück in der Stadt Münster geschenkt. 1268

Juni 1. Auf dem Rathhause zu Münster. — Abschr. im Copiar des Hospitals p. 16.

In nomine Domini. Amen. Noverint universi presentes et futuri, quod Gerhardus dictus Zebrachtinch ⁴⁾ et Elburgis uxor sua cives Monasterienses hospitali civitatis Monasteriensis novem solidos ex hereditate quadam in eadem civitate sita, Holtinch nominata, annuatim percipiendos in perpetuum assignarunt. Actum in domo civium presentibus Johanne Nycinch et Gerwino Divite scabinorum magistris, Ecberto Biscop, Henrico de Wolterp, Gotfrido Anglico, Lutberto super cimiterio, Johanne Lewe, Johanne Ore, Thethardo Parvo, Hermanno Cesare, Johanne de Cleyhorst, Johanne Wrede, Arnaldo fabro, Johanne de Lon et aliis quam pluribus scabinis et civibus Monasteriensibus. In cuius rei testimo-

Abweichungen bei Kindlinger: ¹⁾ „ubinam“. — ²⁾ „Harthewich“. — ³⁾ „Herbordo“.

⁴⁾ Vgl. Urk. Nro. 751.

nium presens pagina sigillo civitatis Monasteriensis communitur. Datum anno Domini M. CC. LX. octavo feria sexta in ebdomada penthecostes.

811.

* *Johann, Dechant von Wiedenbrück, streckt dem Kl. Liesborn zur Einlöse eines an das Kl. Cappel verpfändeten Zehnten 30 Mark vor, und bekommt dafür den Ertrag eines andern Zehnten als Leibrente.* 1268 Juni 14. — *Or. Kl. Liesborn U. 77; Abschr. Msc. I. 99 f. 119; I. 101. f. 31'; IV. 10 p. 45'.*

Gerhardus Dei gratia abbas et conventus monasterii Lysbernensis. Insinuamus universis scire volentibus, quod cum decimam nostram in Gronhorst ¹⁾, quam ab Hermanno dicto de Wardeslo centum marcas comparaveramus, a preposito et conventu Cappellensi, quibus pro certa pecunie summa media pars ipsius decime obligata fuerat, redimere intenderemus et defectum pecunie haberemus, Johannes decanus Widenbrugiensis ecclesie necessitati nostre compatiens certam pecunie summam, triginta videlicet marcas, nobis exhibuit ad redimendos predictae decime fructus, qui Cappellensibus competebant. Pro quo beneficio eidem Jo. decano concessimus et concedimus, ut fructus decime nostre in Lingensele ²⁾ cum novem solidis, minuta decima, et cum omni integritate tempore vite sue tollat, et post mortem ipsius ad ecclesiam nostram redeat, ita ut de decima in Gronhorst post mortem ipsius memoria eiusdem decani apud nos perpetuo habeatur. Concessimus etiam eidem ex gratia speciali, ut si femina quedam Cunegundis nomine, que in habitu religionis pluribus annis ei devote servierat, post mortem ipsius decani vixerit, novem solidi predictae decime in Lingensele attinentes tempore vite ipsius Cunegundis cedant eidem. Testes huius rei sunt: Ernestus plebanus in Lysbern, Godefridus rector ecclesie in Langeberg, Arnoldus dictus Credo, Jordanus filius Elize, Godefridus dictus Galea. Actum a. D. M. CC. LX. octavo, in vigilia B. Viti martiris ³⁾.

Das Siegel ist nicht mehr vorhanden.

812.

* *B. Gerhard entschädigt das Domcapitel und die St. Ludgerikirche für die Summen von beziehungsweise 350 und 70 Mark, welche sie zum Ankauf der Herrschaft Vechta vorgestreckt hatten, durch Überweisung einer jährlichen Rente von 10, beziehungsweise 6 Mark auf seine Einkünfte aus der Grut, ausser welcher das Domcapitel noch eine Kornrente enthält. Zugleich wird die Anfertigung der Grut nur auf die Städte Münster, Bocholt und Beckum beschränkt.* 1268 Juni 23. — *Or. Fr. Münster U. 131d; Abschrift im Domcopiar Msc. I. 1. p. 282; II. 3. p. 184 u. III. 12. p. 1; im Copiar von St. Ludgeri Msc. I. 70. p. 20; aus letzterer Copie Msc. II. 13. p. 103; IV. 3. p. 46'; IV. 13. p. 39.*

Gerhardus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus. Omnibus presens scriptum visuris notum facimus, quod nos decem marcas, quas ecclesie nostre contulimus ex hiis, que de duabus partibus fermenti huiusmodi, quod vulgus grut dicit, in civitate Monasteriensi obvenerint, ministrandas in festo dedicationis eiusdem ipsi et sancti Pauli ecclesiis iuxta distinctionem nostram in literis nostris specialiter inde confectis ⁴⁾ expressam, aliasque decem marcas, quas annum redditum preter quindecim molt siliginis et totidem molt ordei medie mensure, que de agris nostris in Telget (proveniunt,) assignavimus . . . preposito . . . decano et capitulo dicte ecclesie nostre in restaurum trecentarum et quinquaginta marcarum, quas ipsi in emptionem bonorum in Vechta

¹⁾ Kspl. Freckenhorst. — ²⁾ Linzel bei Stromberg. — ³⁾ Den Tag darauf bekannten Propst, Priorin und Convent des Nonnenklosters Cappel (bei Lippstadt) jene 50 Mark zurückempfangen und allen Ansprüchen auf den Ertrag des Gronhorster Zehnten entsagt zu haben. — *Or. Kl. Liesborn U. 76; Abschr. Msc. I. 99. f. 39; I. 101. f. 31'.* — ⁴⁾ Siehe oben die U. des J. 1266 Nro. 760.

specialiter de bonis suis converterant, sicut similiter in aliis literis nostris specialiter inde conceptis continetur expressius, in eandem summam videlicet viginti marcas redactas memoratis . . . preposito . . . decano et capitulo assignamus annuatim de fructibus dicti fermenti ministrandas hoc modo, quod ipsi a sabbato proximo post festum beate Margarete erunt primi in recipiendo dictam pecuniam nec quisquam alius quicumque recipiet de fructibus dicti fermenti, donec plene recepta fuerit pecunia antedicta. Hac vero recepta pecunia, . . . prepositus . . . decanus et capitulum ecclesie sancti Ludgeri Monasteriensis ex assignatione nostra facta de expresso capitulo nostri predicti consensu recipient immediate ex tunc annuatim sex marcas in restaurum septuaginta marcarum receptorum ab ipsis et in utilitatem nostre ecclesie conversarum. Si vero quocumque casu contingente dicti redditus viginti et sex marcarum de prefato fermento solvi non possent, nos nostrique successores tenebimur perpetuo antedictis . . . prepositis . . . decanis et capitulis de aliis bonis nostris episcopalibus ad restaurum. Preterea ne virtus et utilitas prefati fermenti in civitate Monasteriensis, si in aliis opidis sive locis nostri districtus permetteretur a nobis vel a nostris postmodum successoribus eius administratio sive datio, tempore forte procedente intereat, constans pactum et expressum inde fecimus sub testimonio scripti presentis, quod hoc fermentum alias in nostro districtu quam Monasterii et Bochole necnon et Bekehem, si forte ibi oportunum fuerit, non debet confici vel alias quam in dictis locis confectum ministrari. In cuius rei testimonium presentem paginam nostro sigillo fecimus communiri. Datum anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo sexagesimo octavo, in vigilia Johannis Baptiste.

Das Siegel ist abgefallen.

813.

* *B. Gerhard setzt fest, dass sowohl die sieben alten als die zwei neuen Präbenden an der Martinikirche zu Münster gleichen Antheil an allen Einkünften haben sollen. 1268 Juli 18. Münster. — Abschr.*

Msc. I. 71. f. 5.

In nomine Domini. Amen. Gerhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus. Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in Domino sempiternam. Examinata causa, que inter Albertum decanum, Mathiam scolasticum aliosque canonicos ecclesie sancti Martini Monasteriensis antiquas eiusdem ecclesie prebendas habentes ex una parte, et magistrum Wernerum et Gerwinum filium Hinrici Juvenis, canonicos de novo ibidem creatos ex altera vertebatur super eo, an dicti canonici ad participium sive equalem distributionem tam denariorum quam annone et aliorum admitti debeant, qui et que inter ipsos canonicos antiquas prebendas habentes, qui sunt septem numero, hactenus tantum equaliter et communiter distribui consueverunt, inspectisque diligenter instrumentis confectis super prebendis sic de novo creatis, taliter huiusmodi questionis dissensionem declarando duximus terminandam. Juris equitate suadente interpretamur et sententiando declaramus, quod septem canonici predicti antiquas prebendas habentes cum duobus novis canonicis iam dictis omnem pecuniam et annonam et alia, quecumque sint, equaliter partiri sive dividere debent que ipsi hactenus inter se tantum distribuere consueverunt, et hec mens et intentio nostra fuerat circa fundationem prebende magistri Weneri, similemque fuisse intencionem predecessoris nostri circa fundationem alterius prebende presentibus declaramus. Quia vero non est decens vel ratione consonum, ut inter fratres et concanonicos eiusdem ecclesie singule prebende ius singulare habeant et diverso iure censeantur, de consilio decani et capitulo nostre maioris ecclesie decrevimus ordinandum, ut postquam aliquis de quatuor canonicis, qui singuli corpus prebende sue habent in redditibus quatuor marcarum ad hoc ipsis specialiter deputatis, debitum nature persolverit, vel alio modo prebenda ipsius vacaverit, successor illius dividet dictas quatuor marcas cum aliis quinque canonicis habentibus corpora prebendarum suarum in annona, et ipsi versa vice suarum prebendarum corpora dividant cum eodem. Et idem servabitur in aliis tribus prebendis que simile ius habent in reddito quatuor marcharum, cum ipsas vacare contigerit, ut sic quatuor canonicis predictis de medio sublatis vel in vita prebendas suas derelinquentibus, ad equalitatem

status prebendarum dicte ecclesie, quemadmodum in aliis observatur ecclesiis, reducat. Que premissa omnia a decano et capitulo singulisque canonicis ecclesie beati Martini et eorum successoribus sub obtentu gratie nostre et pena anathematis precipimus inviolabiliter observari. Actum Monasterii feria quarta ante festum beate Marie Magdalene, anno Domini M^o.CC^o. sexagesimo octavo.

814.

Der päpstliche Nuntius Bernhardus a Castaneto macht allen Geistlichen in den Diöcesen Cöln, Münster, Ütrecht, Osnabrück, Minden und Paderborn d. d. Bonn den 26. August 1268 die Anzeige: quod quamvis episcopus Monasteriensis esset et fuisset iam dudum excommunicationis ligatus sententia a canone sententie promulgate propter captionem et detentionem sacrilegam venerabilis patris . . . Paderburnensis episcopi, quem detinet carcerali custodia mancipatum, in eum tamen novam excommunicationis tulimus sententiam, et terram suam nec non loca, in quibus moram traxerit, ecclesiastico supposuimus interdicto, eius exigente contumacia pertinaci; omnes illos et singulos, qui ei dabunt auxilium vel favorem, simili excommunicationis vinculo innodantes, eorum insuper terras et loca subicientes ecclesiastico interdicto . . . und befiehlt zugleich, quatinus singuli vestrum in ecclesiis vestris, clero et populo convocatis, predictas sententias sollempniter publicetis, ac denunciatis dictos excommunicatos pulsatis campanis et candelis accensis singulis diebus dominicis et festivis, donec a nobis aliud receperitis in mandatis. — Lacomblet II. Nro. 582. —

815.

Nachdem Menco in seinem Chronicon, ap. Matthæum Analecta II. p. 170, zum Jahre 1268 des vom Bischof Gerhard gegen den Erzbischof Engelbert von Cöln geführten Krieges und der hierbei erfolgten Gefangennahme Bischof Simons von Paderborn erwähnt hat, fährt er fort: Eodem anno dedicata fuit ecclesia in Campo Rosarum ¹⁾ per venerabilem virum D. Emundum episcopum Curonensem ²⁾, qui fuit de ordine militum Teutonicorum, quia d. episcopus Monasteriensis, licet esset in Frisia, tamen propter captivitatem predicti episcopi Patburnensis officio suo non fungebatur, non quod sententia iudicis in eum fuerit prolata ³⁾, sed quia omnis sacrilegium in ecclesiasticas personas committens ipso iure est excommunicatus, et maxime in episcopos et sacerdotes. Consecrata est autem ecclesia in crastino nativitatis B. Virginis ad honorem eiusdem sancte Virginis (1268 September 9). — Von diesem Curländischen Bischof Edmund mit dem Zunamen ab Insula (Werd, Insel des Rheins bei Vallendar) giebt Holzer in seiner vortrefflichen Abhandlung: De proepiscopis Trevisensibus. Coblenz 1845 p. 24 eine Urkunde aus dem J. 1267, sowie in den Addenda eine andere aus d. J. 1274, beide den Originalen entnommen, worin er sich als Curoniensis episcopus bezeichnet. In der Note zu der unten folgenden Urkunde vom 3. December 1271, werden wir es wahrscheinlich zu machen suchen, dass der oben Nro. 647 bei einer ähnlichen Veranlassung erwähnte Suffraganbischof Christian der Litthauische Bischof dieses Namens gewesen sei, und so hätten wir denn hier einen neuen Beleg für die Ansicht, dass im 13. Jahrhundert die Bischöfe der Ostseeprovinzen, wenn sie ihren Sitz verlassen mussten, in den allen Provinzen weihbischöfliche Functionen verrichteten.

¹⁾ Dem Frauenkloster in Witte-Werum; das Mannkloster hiess „Floridus hortus“.

²⁾ Matthæus liest allerdings: „Turonensem“, doch, wie sich aus dem Nachfolgenden ergibt, mit Unrecht. In seiner Handschrift scheinen e und t sich sehr ähnlich gesehen zu haben, wie dies auch aus unserer Note zur Urk. vom 3. December 1271 hervorgeht.

³⁾ Dies ist nicht ganz richtig. Nach der vorhergehenden Urkunde hatte der päpstliche Nuntius am 26. August dieses Jahrs zu Bonn den Bannspruch gegen den Bischof wiederholt ausgesprochen. Doch konnte möglicherweise diese Nachricht am 9. September noch nicht in Friesland bekannt sein.

816.

Bündniss der Städte Soest, Dortmund, Osnabrück, Lippstadt und Münster. 1268 September 10. Münster. — Gedruckt nach der Dortmunder Ausfertigung Fahne Dortmund II. A. p. 35; hier nach Erhard's Abschrift des Lippstädter Originals¹⁾, Fr. Münster U. 134.

Nach Wiederholung des oben Nro. 553 gegebenen Bündnisses v. J. 1253 folgt:

Postmodum vero nobis, videlicet Susatiensibus, Tremoniensibus, Osnaburgensibus, Lippensibus civibus, in civitate Monasteriensi anno Domini M^o.CC^o.LXVIII^o. feria secunda post nativitatem beate Marie virginis convenientibus, cum civitate Monasteriensi unanimiter decrevimus, quod compromissum et confederatio supradicta procedet hoc modo; videlicet quod domini, nobiles terre, ministeriales nostrarum civitatum et quilibet alter in iure sibi competenti ac debito permanebit. Preterea si aliquis dominorum predictarum civitatum nostrarum aliquam earundem iniuriose impugnare vel indebite opprimere voluerit, quatuor alie civitates prenotate dominum illius civitatis, oppressorem scilicet, nunciis et literis (suis ydoneis attente monebunt, ut ab indebita) molestatione (huiusmodi civitatis conquiescens) amabilia placita sive iusticiam recipiat ab eadem. Si vero idem dominus tali(ter commonitus, ab huiusmodi indebita) molestatione desistere noluerit, relique nostre civitates, pulsata ad hoc campana prout moris existit, (sub) obtentu vite et honorum talem prohibitionem publice facient, quod nullus eidem domino seu promotoribus et adiutoribus suis in hac parte nichil penitus mutuabit vel vendet, seu ipsum vel ipsos in aliqua parte promovebit. Insuper quamdiu eadem civitas domino suo supradicto in iure suo secundum aliarum nostrarum civitatum consilium obtemperare voluerit, dominusque eiusdem civitatis iure suo contentus esse noluerit, relique civitates nostre illam civitatem, omni dolo malo excluso, in quantum salvo honore suo facere poterunt fideliter promovebunt. Nec, eadem cum domino suo durante discordia, relique nostre civitates eiusdem civitatis domino et auxiliantibus suis de debitis suis, que idem dominus et auxiliares sui nobis debent, aliquas inducias dabimus ullo modo. Preterea quicumque aliquem ex nobis captivaverit seu spoliaverit, et in confinio reliquarum civitatum nostrarum se receperit, postquam illi civitati, cui huiusmodi malefactor proximior fuit, ab ea civitate, que dampnum passa est, denunciatur, extunc huiusmodi civitas, cui denunciatio facta fuerit, bona fide ad hoc quocumque modo laboravit, et etiam pecuniam, si aliter fieri vel obtineri non potuerit, pro eis promittet, quod idem malefactor seu predones captiventur, et in morte vel in vita illi civitati, cui dampnum illatum est, presententur. Et quicquid sive quantum hoc constiterit, illa civitas, occasione cuius factum sive procuratum fuit, hoc refundet sive compensabit, huiusque captivitatis civitas procuratrix captivos vivos sive mortuos tam diu detinebit, quousque alia civitas, quam specialiter tangit hoc negocium, illi civitati occurrere possit in aliquo loco, captivum vel captivos prenotatos libere receptura. Item si aliquis civium nostrarum civitatum captivatus fuerit, sive bona alicuius ablata fuerint, et super aliquod castrum adductus vel adducta fuerint, civitas illi (castro) proxima litteris suis monebit dominum illius castri vel etiam castellanos, si idem castrum dominum non habeat, quod captivus sive captivi vel etiam bona accepta super iusta placita liberentur vel restituantur, cum civitas illa parata debeat esse stare iuri, nec captivum vel bona spoliata a se dimittant, quamdiu ipsi ab ipsa civitate iusticie plenitudinem poterunt obtinere. Et si eadem civitas taliter scribendo non profecerit, cetera civitates eundem tenorem illius castri domino seu castellanis transcribere non omittent. Et si nec sic relique civitates scribendo proficient, eiusdem castri domino seu castellanis et eisdem auxiliantibus eedem civitates cuiuslibet mutui contractum et quamlibet promotionem penitus denegabunt. Insuper si omnis monitio ac prohibitio prenotata non profuerit, illa civitas, que dampnum passa est, extunc malefactores sive predones proscribet, et proscriptionem huiusmodi se fecisse ceteris civitatibus per suas patentes litteras intimabitur, iidem quoque malefacto-

¹⁾ Das Eingeklammerte ist aus Fahne's Abdruck ergänzt.

res seu predones ab eisdem civitatibus pro proscriptis et exlegibus habebuntur. Preterea si principalis actor aliquem ex malefactoribus seu predonibus in aliqua nostrarum civitatum quocunque modo arrestare vel detinere potuerit, nos ei omnem nostre civitatis iusticiam sicut uni nostrarum concivium procurabimus exhiberi. Licitumque sit cuilibet principalis actoris amico, malefactores seu predones huiusmodi in quilibet nostrarum civitatum arrestare vel detinere, quousque capitalis actor supervenire potuerit, causam ipsius prosecuturus. Item si duas ex civitatibus nostris ad invicem dissentire contigerit, relique civitates de hoc se interponent ipsamque discordiam in amicitia vel in iure concordabunt. Insuper si aliquis ex civibus unius civitatis contra civem alterius civitatis causam habuerit, actor transmittetur in civitatem aliam, in qua reus facit residentiam. Que civitas actori secundum ius suum, prout suo concivi faceret, iusticiam procurabit plenius exhiberi. Item si, quod absit, quandocunque nostre civitates ad habendum colloquium conveniunt, aliquis ex nuntiis nostrarum civitatum captivatus fuerit, hoc omnes nostre civitates sibi equaliter attrahent et unanimiter vindicabunt. Preterea si aliqua nostrarum civitatum aliquem ex prescriptis articulis violaverit, illa civitas, que aliquem premissorum articulorum violaverit, quotienscumque hoc fecerit, totiens centum marchas solvet, inter reliquas civitates nostras equaliter dividendas, confederatione ac promissione huiusmodi nichilominus in suo robore permanente. Item si civitates nostre prelibate ad habendum colloquium pro tempore aliquando convenire decreverint, et aliqua ex nobis ad diem et locum conductum non accesserit, penam predictam videlicet centum marcharum committet, nisi nuntius eiusdem civitatis cum litteris suis patentibus, habens plenum mandatum iurandi in animas scabinorum civitatis eiusdem, pro ipsa comparendo iuret, quod propter legitimum metum, qui potest cadere in constantem, (eadem civitas) nuncios suos idoneos ad diem et locum conductum observandum minime poterat destinare. In cuius testimonium presentem paginam nostrarum civitatum sigillis communivimus. Datum die et loco ut supra.

Die Siegel von Münster und Soest sind verloren, die drei übrigen sehr beschädigt.

817.

B. Gerhard überträgt einem Hause auf der Dom-Immunität die Vorrechte der domherrlichen Curien. 1268
 October 5. Münster. — *Or. in zwei Ausfertigungen Fr. Münster U. 135 u. 136; Abschr. Msc. 1 A. p. 260; gedr. Niesert U.-S. VII. p. 276.*

Gerhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus. Omnibus presens scriptum intuentibus notum facimus quod Arnoldus filius Alberti militis quondam dapiferi nostri domum suam in urbe Monasteriensi sitam iuxta coquinam nostram, quam a nobis et ecclesia nostra iure tenuit feudali, pro quadam summa pecunie vendidit Gerardo canonico ecclesie sancti Pauli Monasteriensis officiali nostro in Frisia, nostro, . . . decani et capituli nostre maioris ecclesie expresso accedente consensu, proprietatemque dicte domus eidem decano et capitulo maioris ecclesie conferendam duximus taliter ordinantes una cum ipsis, quod dicta domus cum pertinentiis suis ulterius sit et maneat claustralis sive canonici domus in perpetuum, gaudens eodem emendationis et libertatis iure, quod aliis canonicorum domibus infra urbem Monasteriensem sitis indultum noscitur ab antiquo. Porro specialiter actum est de hoc cum dicto Gerardo, quod si idem ipsam domum in vita sua vendere voluerit vel post mortem suam ipsius manufideles sive testamenti sui executores, hoc licet facere poterit vel poterunt predicti, dummodo dicta domus alicui canonico maioris ecclesie Monasteriensis predictae vendatur pretio competenti. In cuius rei testimonium nostro et ecclesie nostre Monasteriensis sigillis presens pagina communitur. Actum Monasterii anno Domini M^o.CC^o.LX^o. octavo, III^o. Nonas ¹⁾ Octobris

Nur an einer Ausfertigung sind die Siegel erhalten.

¹⁾ Nicht „III. Octobris“, wie das Copiar und Niesert's Druck haben.

818.

Der Dompropst Walram bezeugt, dass dem Kl. Vinnenberg gegen den Eigenbehörigen des Domcapitels Bernhard von Horst ¹⁾ das Recht des Fischfangs an einem Orte in der Nähe des Klosters zugesprochen sei. 1268 October 16. Münster. — Or. Kl. Vinnenberg U. 4; Abschr. Msc. I. 109. f. 1; gedr. Niesert U.-B.

I. I. p. 423.

Walramus Dei gratia ecclesie Monasteriensis prepositus omnibus presens scriptum visuris notum facimus, quod piscium capturam huiusmodi, quam vulgus *ware* appellat, sitam iuxta monasterium sanctimonialium in Winnenberge, de qua inter idem monasterium ex una parte et Bernardum dictum de Horst hominem nostrum ex altera questio aliquando mota fuerat, dictum monasterium coram nobis evicit in iure, quod protestamur presentibus sigilli nostri munimine roboratis. Acta sunt hec Monasterii in domo nostra presentibus: magistro Remfrido thesaurario et Ernesto cantore nostris concanonicis, Hinrico monasterii prefati preposito, Richardo rectore ecclesie sancti Lamberti Monasteriensis et Wernero capellano, Gerhardo plebano in Herborne, item Johanne de Rinkenrothe plebano et Everhardo de sancta Margareta, Bertoldo nostro clerico et aliis pluribus anno Domini M^o.CC^o.LX^o. octavo, ipso die beati Galli.

Das Siegel des Dompropstes hat gelitten.

819.

Dietrich von Schonenbeck erwirbt durch eine Schenkung die Genossenschaft des Kl. Marienborn. 1268 October 16. — Or. im Fürstl. Salm Horstmar'schen Archive; Abschr. im Copiar des Kl. Marienborn; daraus gedr. Niesert Marienborn p. 59.

Ego Thidericus miles dictus de Sconenbeke et uxor mea Helewigis spe retributionis eterne recepti in consortium et participationem omnium bonorum, que penes conventum Cysteriensis ordinis sanctimonialium in Cosvelde fiunt et fieri contingunt in perpetuum, de consensu Hermanni, Thiderici, Conradi et Ludolfi filiorum ceterorumque meorum heredum, proprietatem domus dicte Wetcelinc site in Suthwic in parochia scilicet ecclesie sancti Lamberti Cosveldensis contuli perpetue liberaliter et porrexi. Dum hec fierent, presentes erant Matheus de Novo Castro et Gerlacus de Stenhus milites, et plures alii fide digni etc. Datum anno Domini M^o.CC^o.LX^o. octavo in ipso die Galli.

Das Siegel ist abgefallen.

820.

B. Gerhard verkauft den Königinhof bei Bocholt an dessen Schulzen, entlässt diesen aus der Hörigkeit und verleiht ihm die Vorrechte der Münster'schen Ministerialen. 1268 November 5. — Or. Fr. Münster U. 52 ²⁾; Abschr. Msc. II. 7. p. 58; gedr. Kindl. Beitr. II. p. 271.

Gerhardus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus. Omnibus perpetuo presens scriptum visuris notum facimus, quod nos Theodericum sculthetum curtis in Coninginc site iuxta oppidum Bocholte nostre dyocesis, ipsius filios et filiam, sororem suam nomine Gelam, eiusque filios et filias ab omni obnoxietate iuris sive oneris, quo fuerant obnoxii dicte curti, quam ipsi scultheto centum et sexaginta marcis nostre monete legaliter vendidimus, accedente ad hoc capituli ecclesie nostre consensu, qui tamen in hac parte

¹⁾ Jetzt Horstmann, Kspl. Milte, in dem auch Vinnenberg liegt.

²⁾ Transfix von U. 50, oben Nro. 218; ausserdem sind noch Nro. 343 u. 707 zu vergleichen.

de necessitate requirendus non fuerat, eo quod nos curtem eandem, que ante tempora dominatus nostri de possessionibus ecclesie nostre non fuerat, propria nostra pecunia, legali emptionis titulo a monasterio dicto Coninges-Northusen, Maguntine dyocesis, comparavimus, simpliciter et absolute absolvimus, ius sive privilegium ecclesie nostre ministerialium concedentes eisdem; deinceps quod dictum sculthetum curte eadem cum suis attinenziis simpliciter et absolute iusto feodi titulo investivimus, vice sive loco ecclesie nostre ministerialium possidenda, proprietate ipsius curtis duntaxat nobis et nostre ecclesie reservata. In evidens igitur testimonium premissorum presens scriptum nunc confectum nostro et ecclesie nostre sigillis pariter est munitum. Actum anno Domini M^o.CC^o.LX^o. octavo, nonas Novenbris.

Die Siegel sind abgefallen.

821.

* Ritter Levold von Mechlen verkauft dem Kl. Marienfeld einen Kotten. 1268. — Or. Kl. Marienfeld U. 167.

Ego Levoldus miles dictus de Mechlen ¹⁾ presenti scripto publice protestor, quod de consensu uxoris mee et omnium liberorum nostrorum et insuper de beneplacito fratris mei domini Conradi et omnium liberorum ipsius, vendidi quandam casam in Clesphem ²⁾ cum agris suis et silvam ipsi case attinentem domino abbati et fratribus de campo sancte Marie, quorum monasterio dictorum honorum proprietates pertinebat, pro novem marcis et dimidia iure perpetuo possidendam. Insuper ad robur huius facti accessimus frater meus et ego cum uxoribus nostris et liberis ad presenciam iudicis Arnoldi in Alen, et coram multis honestis viris, civibus eiusdem opidi, resignavimus predicta bona in manus domini Johannis monachi et Hugonis conversi qui ad manus ecclesie sue bona eadem susceperunt. Et quia sigillum per me non habui, rogavi presentem paginam sigillo civium in Alen pro testimonio sigillari. Actum anno Domini M^o.CC^o.LXVIII^o. Huius rei testes sunt: Albero miles de Alen, Wernherus miles, Conradus miles de Mechlen, Arnoldus de Gesthuvele, Gerwinus de Foro, Livoldus de Puteo, Nicholaus, Everhardus de Puteo, Hermannus Stippe, Daniel Gesthovele, Johannes dictus Cline, Ecbertus de Asclo et alii quam plures.

Das anhängende SIGILLUM BURGENSIVM IN ALEN hat gelitten.

822.

* Bischof Gerhard überträgt dem Kl. Marienfeld ein von Conrad von Mecheln angekauftes Gut. 1268 Alen. — Or. Kl. Marienfeld U. 167 a; Abschr. Msc. I. 106. f. 52.

In nomine Domini. Amen. Gerhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus omnibus presens scriptum visuris notum facimus, quod Conradus miles dictus de Mechlen, cum uxore sua et duobus filiis Rotchero videlicet et Johanne et tribus filiabus, ad nostram accedens presentiam in opido nostro Alen, quendam mansum in Wepele ³⁾ nobis absolute et libere contulit, cum pleno consensu predictorum uxoris et liberorum in presentia nostra eodem tempore positorum, omni iuri quod in eo sibi et heredibus suis competebat vel in posterum competere posset quoquo modo plene renunciando. Nos autem, facta collacione huiusmodi nobis, deinceps predictum mansum contulimus monasterio campi sancte Marie perpetuo possidendum. Fratres enim eiusdem monasterii predicto Conrado pro emptione memorati mansi viginti et duas marcas iam ante dederant, quod et nos cum predictis presentibus protestamur. Actum in civitate Alen anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo octavo. Huius rei testes sunt: Widekindus episcopus Osnaburgensis.

¹⁾ Nach dem Lehnsbuch des Bischofs Florenz lag die curtis Mechlen im Kirchsp. Ahlen. Doch kann ich den Namen heute nicht mehr nachweisen. — ²⁾ Heute Clesmann, Bauersch, Nordhorn, Kirchsp. Gütersloh. — ³⁾ Schulze Weppel, nördlich von Oelde.

Levoldus de Mechlen, Johannes de Dekincbroke, Arnoldus iudex de Alen, Lutfridus et Johannes fratres de Stromberg et alii plures.

Angehängt das Siegel des Bischofs.

823.

* *Burggraf Conrad von Rechede bestätigt dem Kl. Cappenberg eine Memorienstiftung seines Grossvaters Godfried. 1268. — Abschr. ex copiaro sæc. XIII. Msc. II. 45. p. 209.*

Nos Conradus miles et borgravius in Rechede etc. Protestamur quod illam donacionem, quam avus meus dominus Godefridus borgravius cum consensu filiorum suorum Johannis, Hinrici et Hermanni militum in obitu et sepultura avie domina Wicburgis, ecclesie in Capenberg, domum videlicet in Hulleren cum suis incolis et eorum progenie perpetuo possidendam (tradidit), nos pro dilectione prefate ecclesie predictam legationem ratam habemus protestantes, quod nec nos nec patruales nostri Herimannus, Godefridus et Herimannus ¹⁾ vel aliquis in posterum de nostra progenie aliquid iuris vel advocatie, exactionis aut pensionis nobis usurpabimus de eadem domo vel personis ad incolas eiusdem domus pertinentibus etc. Unde et hanc prescriptam protestationem placuit nobis presenti pagine annotare et ipsam sigilli nostre cognationis munimine roborare, presentibus et consensum prebentibus de cognatione nostra Johannes ¹⁾ de Rechede et Godefridus de Richenberg; Herimannus et Bernardus fratres de Ludinchusen, Bernardus capellanus in Rechede et Johannes plebanus in Ulphen, Herimannus de Sendene, Everhardus Vriedach, Bernardus Crampe, Everhardus de Datlen, Hinricus Vridach et Bernardus Pikenbroc milites. Preterea uxor nostra Elizabeth et pueri nostri Johannes et Elizabeth heredes plenarie consenserunt. Datum a. D. M^o.CC^o.LX^o. octavo.

824.

* *B. Gerhard findet zwei über das Gut Holdewic ²⁾ bei Beckum streitende Parteien mit einer Summe Geldes ab und schenkt dies Gut dem Collegiatstift zu Beckum, nachdem zuvor der Abt von Werden sein Eigenthumsrecht daran dem Bruder des Bischofs, dem Grafen Engelbert von der Mark, übertragen und von ihm mit einer andern Besizung entschädigt worden war. 1268 (1269) Januar 30. Werden. — Or. in zwei Ausfertigungen Coll.-Stift Beckum U. 3.*

Albero Dei gratia Werdinensis ecclesie abbas omnibus presens scriptum visuris salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam scripto presenti cupimus pervenire, quod mortuo Rodolfo dicto de Mere, qui bona dicta Holdewic sita iuxta opidum Bechem ³⁾ feodi tytulo a nobis tenuerat, questio que super ipsis bonis inter eiusdem Rodolphi relictam et filium eius Gerhardum ex una parte et Wichardum dictum de Bredenole pretextu Bertradis eius uxoris et Herbordi sui filii, ipsius Wichardi privigni, ex altera suborta fuit et diucius agitata, hoc tandem modo sedata exstitit et sopita, videlicet quod eedem partes, recepta utrinque a venerabili patre domino Gerharo episcopo ecclesie Monasteriensis pecunia, ius universale, quod ipsis partibus hinc inde in bonis eisdem competeat vel quocumque modo competere poterat, liberaliter et absolute voluntate spontanea non coacte ipsi episcopo contulerunt. Nos igitur, actis hoc modo premissis partibusque antedictis accedentibus ad nostram presenciam et dicta bona absolute et libere in nostris manibus simpliciter resignantibus et abrenunciantibus absolute omni iuri, quod in ipsis bonis eisdem competeat vel competere poterat quoquo modo, eadem bona proprietatis iure nobili viro comiti Engelberto ⁴⁾ fratri predicti episcopi libere et absolute cum consensu capituli ecclesie nostre contulimus,

¹⁾ So die Abschrift Kindlingers. — ²⁾ Dessen jetzigen Namen ich nicht zu constatiren vermag. — Die zweite Ausfertigung schreibt: ³⁾ Bekehem. — ⁴⁾ Engelberto de Marca.

receptis ab ipso comite permutationis modo bonis Langvede sitis in parrochia Castorpe una cum curte in Nortdinchere, predicto proprietatis iure, in vicem seu locum prefatorum bonorum sibi collatorum a nobis, ut illesa servaretur ecclesia nostra in hac parte. Consequenter quoque comes predictus cum consensu uxoris sue, Everhardi eius filii ac ceterorum heredum et coheredum suorum bona prefata libere et absolute contulit similiter proprietatis iure fratri suo episcopo antedicto, qui deinceps ipsa bona libere et absolute contulit preposito decano et capitulo ecclesie in Bechem Monasteriensis dyocesis simili proprietatis iure perpetuo possidenda. In cuius rei noticiam presens pagina super premissis confecta nostro et ecclesie nostre, comitis prefati et episcopi predicti sigillis pariter est munita. Datum Werdine presentibus Alardo nostro confratre, Ottone capellano nostro, Lodewico de Blankenstene sacerdotibus; item Johanne de Vore, Hinrico de Ovethe, Gerardo de Altena, Hinrico de Wickede, Conrado de Diddinchoven, Lamberto de Velmede, Theoderico de Litene ¹⁾, Francone de Tremonia, Hinrico Pimone militibus, Gerardo de Litene ²⁾, Ditmaro Heket, Goswino de Velmede, Frederico de Cleve, Alberto de Ratingen, Goswino de Gole, Heverhardo de Schevene, Ludolfo filio Stephani, Wilhelmo de Ovethe, Theoderico de Ratingen, Bertrammo Malen, Petro fratre suo, Ludolfo de Cothusen, Adam kamerario nostro et aliis quampluribus, anno dominice incarnationis M^o.CC^o. sexagesimo octavo, III^o. Kalendas Februarii ³⁾.

Das Siegel der Abtei Werden hat an beiden Ausfertigungen gelitten, die übrigen sind erhalten und das des Abts von Werden durch schöne Ausführung bemerkenswerth.

825.

Urfehde des Grafen Friedrich von Rietberg, Herrn von Horstmar, bei seiner Entlassung aus der Gefangenschaft beim Bischof Gerhard von Münster ¹⁾. 1268 (1269) Januar 27. Bei Warendorf. — *Or. Fr. Münster U. 131^a; Abschr. Msc. I. 1. p. 144; gedr. Niesert U.-B. I. II. p. 13 u. 254.*

Ego Frathericus comes de Retberg omnibus presens scriptum visuris notum facio, quod tempore liberationis mee a captivitate, qua venerabilis pater dominus Gerhardus ecclesie Monasteriensis episcopus me, qui in conflictu Zulpeke captivatus fui, captivatum tenuerat, plenam atque solidam publice feci orveytham hoc modo, quod occasione molestie sive dampni, quam vel quod quocunque modo passus sum preteritu captivitatis eiusdem, nec per me nec per aliquos sive aliquem consanguineorem vel amicorum meorum nullam unquam aliquo tempore contra ipsum dominum meum G. episcopum vel quoscunque suos consanguineos vel amicos manifeste vel occulte sumam vindictam, dolo et fraude omnino exclusis. Item nulli hominum de mundo prestabo aliquo promotionis genere auxilium contra dictum dominum meum G. Monasteriensem episcopum, nullo penitus excepto, nec quenquam etiam iuvabo contra dominum Widekinnum ecclesie Osnabrucgensis electum et nobiles viros dominos Engelbertum de Marcha et Adolfum de Woltege comites, exceptis dumtaxat domino meo Symone ecclesie Paderbornensis episcopo, item consanguineis meis Bernardo et Hermanno fratribus dominis de Lippia meisque affinibus Ottone de Ravensberg et Hinrico de Hoya comitibus, dominis Ludolfo de Stenvorde et Hinrico advocato de Monte, quos tamen hoc et non alio modo iuvare mihi licebit, si guerra principaliter tangit eos. Item contra dominum Johannem ecclesie Traiectensis electum nobilesque viros . . . Gelrensem et Juliacensem comites et quoscunque alios clericos vel laycos domini mei G. episcopi Monasteriensis prefati amicos, qui conflictui apud Zulpeke interfuerunt, durante guerra huiuscemodi, nullo penitus modo serviam nec ipsos vel quenquam eorum occasione dicte guerre sive conflictus aliquo tempore molestabo. Item nullam omnino absolutionem presentis obligationis a sede

¹⁾ Letene. — ²⁾ Gerardo de Letene et Everhardo, Ditmaro etc. — ³⁾ An demselben Tage und Orte noch übertrug der Abt Albero dies Gut dem Grafen Engelbert, der dann „cum consensu Elyzabeth uxoris nostre et Everhardi filii nostri“ es seinem Bruder, dem Bischof Gerhard, am 2. Februar desselben Jahrs zu Wolbeck überliess. — Originale: Coll.-Stift Beckum U. 4 u. 5. — ⁴⁾ Siehe oben zum J. 1267 Nro. 796.

apostolica vel etiam a rege vel a quoque alio impetrabo, immo arbitratus sum expresse, quod nullus predictorum ab observatione eiusdem obligationis me poterit quoquo iuris remedio liberare. Item questionem, que est inter dominum G. Monasteriensem episcopum prelibatum et eius ecclesiam suosque homines ab una parte et dominum meum S. Paderbornensem episcopum suamque ecclesiam et me ex altera super limitatione sive iure silve dicte Wibelere, patiar cum effectu decidi in ea forma qua inter dictos dominos meos episcopos hinc inde convenit et conscriptum existit. Item si castrum meum in Horstmare, quod cum suis attinentiis a Monasteriensi ecclesia teneo in feodo, me vendere velle contigerit coniunctim vel divisim, hec domino episcopo Monasteriensi emenda offeram precio competenti. Hec igitur supradicta omnia et singula me adimplere et servare, fide data promisi et promitto ac iureiurando corporaliter prestito confirmavi et presentibus confirmo. Ad maiorem nichilominus premissorum firmitatem pro me fideiussores dedi sive statui Godefridum de Arnesberg, Ottonem de Ravensberg, Hinricum de Hoya et Ludolfum de Dasle comites, Bernardum et Hermannum fratres dominos de Lippia, Ludolfum dominum de Stenvorde, Hinricum advocatum de Monte et Conradum dominum de Sconenberg, qui fide data promiserunt me predicta inviolabiliter servaturum. In cuius rei testimonium presens scriptum est meo et predictorum pro me fideiussorum sigillis pariter communitum. Actum et datum apud Warenthorpe anno Domini M^o.CC^o.LX^o. octavo, VI^o. Kalendas Februarii.

Von den ursprünglich angehängten zehn Siegeln sind noch Bruchstücke von den Siegeln Otto's von Ravensberg, Bernard's und Hermann's von Lippe und Conrad's von Schonenberg erhalten. Dies letztere, ein getheiltes Schild, enthält im obern Feld einen springenden Löwen, im untern aber Rauten.

826.

Friedensvertrag Bischof Simon's von Paderborn und Grafen Friedrich's von Rietberg mit dem Bischof Gerhard von Münster. 1269 ¹⁾ Januar 27. Bei Warendorf. — *Or. Fr. Münster U. 140b; Abschr. Msc. I. 1. p. 112; gedr. Niesert U.-B. I. II. p. 258.*

Symon Dei gratia ecclesie Paderbornensis episcopus. Omnibus presens scriptum intuentibus notum facimus, quod forma compositionis ordinate inter nos et nobilem virum F. comitem de Retberg nepotem nostrum ex una parte, et venerabilem patrem dominum Gerhardum ecclesie Monasteriensem episcopum ex altera hec est. Videlicet quod nos de libera voluntate fidem dedimus et ad sancta Dei ewangelia publice iuravimus, quod laboribus nostris et sumptibus procurabimus eundem dominum Gerardum Monasteriensem episcopum suosque in hac parte complices et amicos absolvi ab excommunicationis et aliis quibuscunque sententiis, quas incurrerunt, ut dicitur, ex eo quod nos capi et detineri fecit in vinculis idem episcopus cum suis complicibus supradictis, nec non et ab omnibus gravaminibus tam curie Romane quam aliorum iudicum ordinariorum sive delegatorum, que ex premissis provenerunt vel poterunt provenire, liberari et eximi, cum illis pariter qui abbatem monasterii sancti Pauli Parburnensis (sic!), Lutfridum prepositum Lippensem et fratrem suum Hinricum sacerdotem eorumque socios captivos detinuerunt rebus quibusdam ablatis eisdem, infra instans festum beati Michaelis quanto citius poterimus. Si vero hoc ad effectum perducere non possemus, promisimus similiter per fidem et iuravimus, quod in crastino beati Michaelis ipsius termini cum tribus militibus, scilicet Hermanno de Braelo, Hinrico filio Amelungi de Driburg et Volmaro de Brenken intrabimus oppidum Susatiense inde non recessuri, immo ibidem ut vulgo dicitur iacebimus ²⁾ cum

¹⁾ Es ist bemerkenswerth, dass in der vorhergehenden, von einem Münster'schen Lehnsmanne ausgestellten Urkunde, der erst mit dem 25. März das neue Jahr beginnenden Cölnischen Zeitrechnung gemäss, die Jahreszahl 1268 lautet, in diesem Paderborner, wahrscheinlich nach dem Mainzer Stil abgefassten Documente aber sich das der heutigen Zeitrechnung entsprechende Jahr 1269 findet. Der Inhalt beider Urkunden, so wie die Uebereinstimmung beider Monatsdaten und des Ausstellungsortes erweisen aber wohl genügend die Gleichzeitigkeit beider Handlungen. Vgl. auch Nr. 827. — ²⁾ Einlager halten.

dictis militibus qui ad hoc se fidei datione obligarunt, donec predicta effectui mancipata fuerint, vel tria milia marcarum Monasteriensis monete nomine pene persolverimus dicto domino Monasteriensi episcopo vel illis quibus solutionem eiusdem pecunie duxerit assignandam. Quodsi nos, quod absit, fidem et iuramentum violaverimus vel dicti tres milites vel eorum aliquis fidem datam violaverint vel violaverit in premissis, promiserunt pro nobis per fidem et constituerunt se principales debitores singuli in solidum, scilicet: Otto de Ravensberg, Godefrydus (de) Czygenhagen, Frethericus de Retberg et Ludolfus de Dasle comites, item Bernhardus et Hermannus fratres domini de Lippia, Ludolfus dominus de Stenvorde, Hinricus advocatus de Monte et Conradus dominus de Sconenberg; item sex canonici ecclesie Paderbornensis videlicet: Hinricus prepositus, Thidericus prepositus sancti Petri, Otto camerarius, Wernerus de Patberg, Waltherus thesaurarius et Hermannus scolasticus; item duodecim milites ministeriales Paderbornensis et Corbeyensis ecclesiarum, scilicet: nobilis vir Bertoldus iunior filius Bertoldi de Buren, Bertoldus, Wernerus et Hermannus de Braclo, Amelungus et Hinricus de Driburg, Johannes filius Lothewici Bulemast, Florinus de Vanen, Volmarus de Brenken, Conradus de Eilen, Wernerus Crevet et Arnoldus dictus Scrape, qui cum aliis supradictis fide data similiter promiserunt, quod premissa ad effectum perducantur, alioquin intrabunt oppidum Lip-pense non abinde recessuri, donec sint consummata predicta vel tria milia marcarum prefata integraliter fuerint persoluta.

Item promisimus per fidem et iuravimus, quod infra quindenam ab eo die, quo fuerimus a captivitate liberatus ¹⁾, formam compositionis presentem nostris et capituli Paderburgensis (sic) litteris patentibus ratificabimus ²⁾ et denuo per singulos articulos innovabimus ex nostra libera voluntate. Adiectum est insuper, quodsi aliquis predictorum nobilium, clericorum vel militum moritur premissis non completis, eque ydoneus in locum eius substituetur a tempore mortis sue infra quindenam.

Item promisimus per fidem et iuravimus, quod nulli hominum de mundo in aliqua causa sive guerra aliquod auxilium prestabimus contra dominum G. episcopum Monasteriensem vel quocumque promotionis genere promovebimus, fraude et dolo exclusis. Preterea non iuvabimus quemquam contra dominum Widedkindum ecclesie Osnaburgensis electum et nobiles viros Engelbertum de Marka et Adolpum de Waltege comites, exceptis nobilibus viris Ottone de Ravensberg, Hinrico de Hoya et Fretherico de Retberg, Bernhardo et Hermanno fratribus dominis de Lippia, Ludolfo domino de Stenvorde et Hinrico advocato de Monte, quos ita nobis iuvare licebit, si guerra principaliter tangit eos.

Item promisimus³⁾ et iuravimus, quod non permittemus fieri in civitate vel diocesi nostra Paderbornensi aliquas denuntiationes, vel executiones sententiarum a quocumque iudice procedant contra dictum dominum Monasteriensem episcopum vel eius complices quoscumque, ortum ex causis premissis habentes, in quantum prohibere poterimus bona fide.

Predictae etiam compositioni simul cum domino G. Monasteriensi episcopo plena compositione et orveyda hocmodo sunt inclusi venerabilis dominus Johannes Traiectensis electus, Gelrensis et Juliacensis comites et quicumque alii clerici et layci qui conflictui interfuerunt apud Zulpik, quod durante guerra huiusmodi non serviemus contra aliquem de predictis nec aliquem ex eis molestabimus occasione dicte guerre sive conflictus.

Item promisimus fide data et iuravimus, quod in recompensationem dampnorum, que nos cum nostris intulimus domino episcopo et ecclesie Monasteriensi quibuscumque temporibus, et pro liberatione nobilis viri Fretherici comitis de Retberg nepotis nostri predicti a captivitate, qua tenebatur, dabimus eidem domino G. Monasteriensi episcopo vel illis quos ipse ad hoc deputaverit mille et quingentas marcas monete Monasteriensis terminis infra scriptis. Hoc est infra sex septimanas ab eo die quo liberati fuerimus a vinculis sexcentas marcas, item infra decem septimanas extunc immediate subsequentes quadringentas et quinquaginta marcas, deinde infra alias decem septimanas subsequentes residuas quadringentas et quinquaginta marcas integraliter persolvemus. Alioquin si pecunia supradicta in toto vel in parte soluta non fuerit modo

¹⁾ So das Original. — ²⁾ Vgl. d. U. Nro. 827.

premisso, civitatem Monasteriensem intrabimus una cum nobilibus viris comitibus Godefrido de Arnesberg, et intrabunt cum eo Hermannus de Nehem et Rocherus de Elvere; item cum Ottone de Ravensberg, cum quo intrabunt Regenbodo Top et Otto de Haren; item ¹⁾ cum Hinrico de Hoya, Ludolfus de Dalbern et Rudolfus de Horne; et cum Fretherico de Retberg et cum ipso Hinricus de Walde et Rocherus de Sendene; item cum domino Bernhardo maiore de Lippia, et cum ipso Hinricus Wenet et Hinricus de Gummere; item cum domino Hermanno de Lippia, Thidericus de Scorlemere et Goscalcus de Walde; item cum domino Ludolfo de Stenvorde et cum eo Ecgehardus de Metlen et Gerhardus Wullen milites intrabunt, qui omnes et singuli ad hoc fidei datione obligati existunt; item Ludolfus comes de Dasle, Hinricus advocatus de Monte, Hinricus de Honburg et Conradus de Sconenberg nobiles; item sex canonici predictae ecclesie Paderbornensis prefati; item Hinricus scultetus et Bertoldus fratres de Susato, Heydenricus et Hunoldus fratres de Plettenbrag cum aliis viginti militibus ministerialibus Paderbornensis et Corbeyensis ecclesiarum, scilicet: Herboldo, Alberto et Conrado de Amelungeshem, Udone de Weten, Volperto de Eysnen, Fretherico de Horehusen, Olrico de Westhem, Conrado de Elen, Gerharde de Sunnichusen, item nobili viro Hermanno de Holthusen, Eleya de Aslen, Frederico longo de Ystinthorpe, Johanne de Nethere, Gotscalco Wenet, Bertoldo iunior Sommerkalf, Meinrico Budel, Wilharde de Drevere, Wilhelmo de Vernethe, Udone et Olrico dictis Sommerkalf militibus. Qui omnes et singuli fide data similiter promiserunt pro suis tantum personis, constituentes nichilominus se simul cum predictis principales debitores in solidum, quod intrabunt civitatem Monasteriensem abinde non recessuri, donec predicta pecunia integraliter fuerit persoluta, nec aliquis eorum liberabitur vel recedet si pro rata suam solverit portionem quam vulgus *antal* dicit. Insuper fide data promissimus et iuravimus omnesque et singuli supradicti fide data similiter promiserunt, quod nullam absolutionem dicte obligationis a sede apostolica vel etiam a rege vel quoquam alio impetrabimus vel impetrari faciemus vel predictorum aliquis impetrabit, vel forte iam impetrata utemur vel utetur, immo arbitrati sumus et sunt omnes et singuli supradicti sub predictis pactionum obligationibus, quod nec dominus papa nec predictorum aliquis nos vel eos possit quoquo iuris remedio canonici seu civilis aequaliter liberare.

Item promissimus per fidem, quod sine omni iniurioso gravamine dimitemus dominam abbatissam Hervordensem et suam ecclesiam, quousque questio, que inter Paderbornensem et Hervordensem ecclesias hinc inde vertitur super exemptione ipsius ecclesie Hervordensis, per sedem apostolicam decidatur, sicut inter ipsas ecclesias conductum et conscriptum existit.

Item questio, que est inter dominum Monasteriensem episcopum et suam ecclesiam suosque homines ex una parte, et nos nostramque ecclesiam Paderbornensem et dominum F. comitem de Retberg ex altera super limitatione sive iure silve que vocatur Wibelere, decidatur ante instans festum beati Jacobi per sex viros fide dignos hinc inde ad hoc a partibus deputatos, qui assumptis vicinis et notis perquisita veritate huiusmodi questionem iuramentis super hoc prestitis terminabunt.

Item nec nos nec nostra ecclesia nec nostri consanguinei vel amici super captivitate nostra et super quocumque gravamine ex ea nobis et eidem ecclesie nostre proveniente contra ipsum dominum G. Monasteriensem episcopum vel eius quoscumque amicos nullo umquam tempore aliquam prosequemur iustitiam, nec etiam post mortem nostram nostra ecclesia prosequetur, nec nostri amici vel consanguinei prosequentur. Tamen pacto tali adiecto, quod si nos mori contigerit ante impetratam absolutionem domini G. Monasteriensis episcopi et suorum a sententiis et gravaminibus antedictis, fideiussores nostri tantum ad illum articulum liberati erunt, ecclesia tamen nostra Paderbornensis nullo unquam tempore ante mortem nostram vel post, sicut scriptum est, super premissis iustitiam prosequetur.

Item ratam habebimus et habemus collationem sive restitutionem ville dicte Rischenowe factam a preposito et capitulo Parbornensi domino Widekindo de Sualenberg. Et ad maiorem firmitatem nos eadem

¹⁾ Die Worte „item — Sendene“ waren beim Niederschreiben des Originals ausgelassen, wurden aber noch am Tage der Ausfertigung der Urkunde unten am Rande hinzugefügt.

bona de novo ipsius heredibus liberaliter conferemus. Super decima vero et bonis predicto W. quondam pignori pro salario obligatis a nobis ex ordinatione super hoc facta, stabitur sententie nobilis viri domini Hermanni de Lippia, qui talem super hoc coram nobis dictavit sententiam ab astantibus approbatam, quod heredes ipsius W. prefatam decimam cum bonis predictis tytulo pignoris, sicut eadem memoratus W. tenuerat, optinebunt.

Deductum est etiam in expressum pactum, quod quotiescunque satisfactum fuerit de aliquo articulo- rum supradictorum, super eo dictus dominus G. episcopus Monasteriensis suis patentibus literis satisfactum protestabitur requisitus.

In evidens testimonium premissorum presens pagina nostro, ecclesie nostre Paderbornensis ac eius prelatorum sive canonicorum, comitum, nobilium et ministerialium prefatorum sigilla habentium communitur. Reliqui vero sigilla propria non habentes aliorum confideiussorum suorum sigillis contenti existunt. Actum apud Warenthorpe anno nativitatis Domini M^o.CC^o. sexagesimo nono, VI^o. Kalendas Februarii.

Von den ursprünglich angehängten 22 Siegeln sind noch in grössern oder kleinern Bruchstücken erhalten und zu erkennen die Siegel 1) des Paderborner Domcapitels, 2) Grafen Otto's von Ravensberg, 3) Friedrich's von Ritberg, 4) Ludolf's von Dassel, 5) Bernhard's von Lippe, 6) Ludolf's von Steinfurt, 7) Hermann's von Lippe, 8) Conrad's von Schonenberg, 9) Bertold's von Brakel, 10) Bertold's von Büren.

827.

* *Bischof Simon von Paderborn verpflichtet sich nach der Rückkehr in sein Bisthum zur unverbrüchlichen Beobachtung des in seiner Gefangenschaft mit Bischof Gerhard von Münster eingegangenen Vertrages.* 1269. Februar 11. Paderborn. — Abschr. Msc. I. A. p. 145; hieraus Copie Msc. II. 45. p. 150.

Symon Dei gratia ecclesie Paderburnensis episcopus. Omnibus presens scriptum visuris notum facimus, quod nos liberatus a captivitate, qua tenebamur a domino Gerardo ecclesie Monasteriensis episcopo et suis in hac parte complicibus, libertatique pristinae plenarie restitutus formam et ordinationem compositionis, quam pro nobis et quibusdam nostris consanguineis et amicis cum eodem domino G. Monasteriensis ecclesie episcopo et cum quibusdam suis consanguineis et amicis apud Warendorpe sexto Kalendas Februarii probis viris mediantibus ordinavimus, sicut in instrumento super hoc confecto plenius continetur, nunc ratam et gratam habemus, ipsam in omnibus et singulis articulis de nostra voluntate libera innovantes, promittentes nichilominus per fidem et ad sancta Dei ewangelia iurantes, quod dictam compositionis formam, sicut in ipso instrumento de verbo ad verbum exprimitur, studebimus pro totis nostris adimplere viribus ac inviolabiliter observare. In cuius rei testimonium nostro et ecclesie nostre sigillis pariter presens pagina communitur. Datum Paderborne a. D. M^o.CC^o. sexagesimo nono, tertio Ydus Februarii.

828.

* *Bei der im J. 1362 vorgenommenen Ordnung des Münster'schen Domcapitel-Archivs fanden sich in Bezug auf die Verhältnisse zwischen den Bischöfen Gerhard von Münster und Simon von Paderborn noch anderé Urkunden vor, die damals aber im Dom-Copiar nicht abgeschrieben wurden. Denn in der Registratio vacantium et inutilium literarum tangentium episcopum et ecclesiam Monasteriensem, Msc. I. A. p. 209 werden zuerst aufgeführt: N. XII. Est quedam stipulatio facta per . . decanum et capitulum Coloniense super captivitate Symonis episcopi Paderburnensis per Gerardum episcopum Monasteriensem; und N. XXVIII Est quedam renunciatio ecclesie et capituli Paderbornensis super omni infestatione seu vexatione facienda contra Gerardum episcopum Monasteriensem super captivitate Symonis episcopi Paderbornensis. Ausserdem aber noch ibidem p. 351 N. IV. Absolutio apostolica data clero Monasteriensi super eo, quod Gerhardus Monasteriensis episcopus detinuit in vinculis Symonem episcopum Paderbornensem et adhesit comiti Julia-*

censi tenenti episcopum Coloniensem in vinculis, woraus sich ergibt, dass Simon von Paderborn dem im Vertrage vom 27. Januar 1269 gegebenen Versprechen nachgekommen ist, und Gerhard's Lossprechung vom Banne beim Papste erwirkt hat. Da aber damals der päpstliche Stuhl unbesetzt war, denn Clemens IV. starb am 29. November 1268 und erst am 1. September 1271 folgte ihm Gregor X. auf demselben nach, auch spricht Bischof Simon im Vertrage vom 27. Januar 1269 nur von den gravaminibus curie Romane, so kann auch diese päpstliche Lossprechung erst nach dem 1. September 1271 erfolgt sein.

829.

* B. Gerhard überträgt dem Kl. Gravenhorst das Eigenthumsrecht eines dem Edlen Bernhard von Ahaus abgekauften ¹⁾, von ihm lehnrübrigen Zehnten und wird von diesem durch ein anderes Gut entschädigt.

1268 (1269) Februar 17. Wolbeck. — Or. Fr. Münster U. 132; Abschr. Msc. I. A. p. 80.

G. Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus. Omnibus presens scriptum visuris notum facimus, quod nos cum expresso capituli ecclesie nostre consensu decimam quinque mansorum sitorum Rothe ²⁾ in parrochia ecclesie in Rene, quorum tres solvunt redemptionem sive lose cum minuta decima, reliqui vero duo lose tantum, quam quondam nobilis vir Bernardus de Ahus a nobis tenuerat in feodo, contulimus monasterio in Gravenhorst, Osnaburgensis dyocesis, proprietatis iure tenendam. Indempnitati tamen nostre ecclesie in hac parte caventes, a nobili viro predicto mansum dictum Merste ³⁾ cum suis attinentiis, situm iuxta opidum Vrethen, quem ipse in locum dicte decime nobis et ecclesie nostre proprietatis iure versa vice dedit cum consensu suorum coheredum, recepimus ab eodem. In cuius rei testimonium scriptum presens nostro ecclesie nostre et nobilis viri antedicti sigillis pariter est munitum. Actum apud castrum Woltbeke a. D. M. CC. LX. octavo, XIII. Kalendas Martii.

Das Siegel des Bischofs ist abgefallen, die Siegel des Domcapitels und Bernhard's von Ahaus, letzteres ein quadrirter Schild, sind in rothem Wachse abgedruckt und ziemlich gut erhalten.

830.

* Ludolf und Erpo von Rene belehnen einen Lippstädtischen Bürger mit dem Gut Oberhagen ⁴⁾, auf welches der bisherige Lehnsträger zugleich verzichtet. 1268 (1269) März 3. Münster. — Or. Kl. Marienfeld

U. 166; Abschr. Msc. II. 11. p. 136.

Nos Ludolfus et Baldewinus nobiles fratres et domini de Steinvorde scire cupimus universos tenorem presencium intuentes et publice protestamur, quod Albero de Hüffa et sui heredes Monasterii in generali synodo coram nobis omni iuri, quod in bonis Overhagen habuerunt, mera voluntate et spontanea renunciarunt, et eadem bona Ludolfus miles et Erpo consanguinei de Rene Hermanno dicto Wanbaistickere civi Lippensi et suis heredibus cum omnibus attinentiis et iuribus in feodum porrexerunt perpetuo possidenda. Ut igitur hic contractus effectu vigeat firmitatis, presens scriptum nostro sigillo una cum sigillo sepedicti militis Ludolfi de Rene apercius est munitum. Nos vero Hermannus nobilis dominus de Lipa ad maiorem huius facti evidenciam hec nostro sigillo duximus roboranda, et nos civitas Lippensis ad utriusque partis instanciam et petitionis affectum omnia supradicta nostri sigilli appensione demonstravimus esse vera. Actum et datum Monasterii anno Domini M. CC. LXVIII. in dominica qua cantatur Letare, coram testibus infra-

¹⁾ Am 14. Febr. desselben Jahres. Vgl. Niesert U.-B. I. n. p. 367. — ²⁾ Br. Rodde, östlich von Rheine. — ³⁾ Master Feld, westlich von Vreden? — ⁴⁾ Südlich von Lippstadt. Dasselbe kam aber erst 1455 in den Besitz des Klosters Marienfeld, das damit zugleich die frühern darauf bezüglichen Urkunden erhielt.

scriptis: Ecberto nobili domicello de Bentheim, Johanne de Rechgede, Ecberto de Metelen, Henrico Palstero, Winando Dancevoit et Johanne de Boclo militibus, Lamberto capellano, Godefrido de Hirte dapifero, Hadeverko de Boclo, Ludolfo de Bructerbecke, Hugone de Horne, Hermanno de Bramiz et Arnolde dicto Crede militibus, Henrico Crede cive Lippensi, Rudolfo Palstero, Gerardo de Engede, Ludolfo de Monasterio famulis et aliis fide dignis.

Nur die Siegel des Edlen von Lippe und der Stadt Lippstadt sind ganz, von den zwei andern aber nur Bruchstücke erhalten, auf dessen einem aber der Steinfurter Schwan sich befindet.

831.

* B. Gerhard erlaubt den Wilhelmiten zu Burlo den Anbau einer Heide und bestätigt ihnen das früher erhaltene Recht, Marken und Weiden zu benutzen. 1268 (1269) März 3. Münster. — Nach einer Abschr., Msc. II. A. p. 84, und nach einer Copie Sökeland's.

G. Dei gratia Monasteriensis episcopus universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum visuris salutem in Domino. Cum piis locis et personis divino cultui mancipatis intuitu Dei specialis favor et benevolentia debeatur, nos ad petitionem prioris et fratrum de Burlo ordinis sancti Wilhelmi, ipsis et eorum successoribus desertam solitudinem sive paludem que vulgo dicitur Zvolisvenne¹⁾ prope Burlo sitam propriis laboribus aut sumptibus excolendi, ubi voluerint quantumque potuerint, ad fruendum sive utendum liberam in perpetuum concedimus facultatem. Testamur etiam nos vidisse cum sigillis apensis litteras nobilium virorum, scilicet domini Godefridi de Gemen et Hermanni de Loen necnon et domini Engelberti de Gemen et filii sui Vincentii²⁾ et domini Bitteri de Rhede militum et nostrorum fidelium, pro se et pro suis subditis protestantium, quod eandem paludem similiter donaverint fratribus supradictis ad colendum et perpetuo possidendum. Preterea sicut a predecessoribus nostris episcopis sepedictis fratribus usus mericarum³⁾ et alia pascua pro suis animalibus nutriendis in communitatibus eis circum adiacentibus concessa noscuntur, et nos concedimus cum predictis omnibus confirmando. Quod etiam presentis scripti patrocinio et sigillo proprio communivimus. Datum Monasterii a. D. M^o.CC^o.LXVIII^o. in dominica qua cantatur Letare Jerusalem.

832.

* Gerhard, Bischof von Münster, giebt seinen Ministerialen Thomas von Tilbeke, dessen Frau Aleydis und Kinder Hermann und Aleydis tauschweise an die Äbtissin zu Essen für Johann, genannt von Hove, Johann von Spodinctorpe, des letzteren Schwester Gertrudis und deren Sohn Johann. — Actum a. D. MCCLX octavo (1269) circa initium mensis Martii. — Abschr. Msc. II. 117. p. 159.

833.

* Walramus Dei gratia prepositus, magister Renfridus thesaurarius, Thetmarus dictus Norendin, Johannes dictus de Rethe, Frisie archydiaconus, Bernardus dictus de Asbeke et magister Lutbertus canonici Monasteriensis *entscheiden*, dass die vom Dechanten Friedrich verliehene prebendula, que Alfwines provende dicitur officio custodie predictae est annexa et apud illud officium sine divisione aliqua debet perpetuo permanere. Quod idem nostrum capitulum partibus presentibus aprobavit etc. Actum in ecclesia

¹⁾ „Swollsche Veene“ und „Buhrlöh“ in der Kindlinger'schen Abschrift l. c. — ²⁾ Cfr. die Urk. v. J. 1267, Octbr. 20. u. 30., oben Nr. 797. — ³⁾ Ohne Zweifel ein Schreibfehler für „marcarum“.

Monasteriensi a. D. millesimo ducentesimo sexagesimo octavo VII. Idus Martii (März 9.) — *Or. Fr. Münster U. 133; Abschr. Msc. I. 4. p. 351.*

Die anhangenden sieben Siegel, in grünem Wachs abgedruckt, sind ziemlich gut erhalten.

834.

* *Der Dechant Heinrich von Mariengraden in Cöln excommunicirt als Dortmunder Archidiacon den Conrad Franzoys, welcher von Eberhard, dem Sohne des Grafen Engelbert von der Mark, widerrechtlich als Pfarrer zu Mark und Hamm berufen, ihn bei der Messfeier zu Hamm gestört habe, und befiehlt den vom gesetzlichen Patron, dem Propste zu Kappenberg, eingesetzten Pfarrer in seinem Amte zu schützen. 1269 April 11.*

Dortmund. — Or. Fr. Münster U. 137.

Hinricus Dei gratia decanus ecclesie sancte Marie ad gradus Colonienses et archidiaconus Tremoniensis dilectis in Christo Tremoniensis capituli¹⁾ fratribus volumus esse notum, quod religiosus vir dominus Arnoldus prepositus ecclesie Capenbergensis, Premonstratensis ordinis Monasteriensis diocesis, ad nos accedens ostendit nobis litteras²⁾ virorum nobilium Engelberti de Marca, Ottonis de Altena comitum et venerabilis patris domini Gerhardi nunc Monasteriensis episcopi tunc prepositi ecclesie sancte Marie in Traiecto superiori non cancellatas non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas, cum sigillis eorumdem notis et certis, integris, quibus debet fides merito adhiberi, in quibus litteris continebatur expresse, quod idem comes de Marca de mera liberalitate sua, dictorum fratrum suorum et coheredum suorum consensu, ius patronatus, quod progenitores sui et ipse habuerunt in matrici ecclesia de Marca et in capellis de castro et Hammone, contulit ecclesie Capenbergensi prefate in perpetuum possidenda, accedente ad hoc consensu et confirmatione inclite memorie venerabilis patris et domini nostri karissimi Conradi quondam Coloniensis archiepiscopi. Nos igitur visis instrumentis predictis et examinatis diligenter, de consilio prudentum virorum Bernardum custodem dicte ecclesie presentatum nobis ab eodem preposito et conventu investivimus de eadem ecclesia et capellis, eidem curam animarum et reliquiarum custodiam committendo. Preterea personaliter accessimus ad oppidum de Hammone volentes habere verbum ipsius comitis, cum vox viva plus valeat quam scriptura, et non inveniētes eundem, dum officium divinum audire vellemus, ibidem induto presbitero sacerdotalibus indumentis, confessione facta et posito calice in altari, ecce quidam Conradus nomine Franzoys laicus, nec habitum, tonsuram, nec rasuram habens aliquam clericalem, cum mitra sua laycali, debitam non habens considerationem ad Deum, sed sequens impetum proprie voluntatis ipsum calicem rapuit de altari et nobis fieri divina inhibuit ibidem in sui proprii detrimentum et scandalum plurimorum, licet archidiaconus loci eiusdem simul et cuilibet fidei Christiano audire missam liceat in ecclesia ad quam venit, asserens se presentatum esse ad dictam ecclesiam et capellas ab Everhardo filio comitis memorati, qui adhuc est in patria potestate et ad actus legitimos non admittitur, ut multa iura dicunt legum et canonum, ut patet cuilibet ea intuenti diligenter. Ad hec autem nichil fecimus contra eum debitam patientiam et mansuetudinem pretendentes, cum ipsum incontinenti punire potuissemus et animadversione condigna, excommunicationis sententia, innodare. Nunc hac sexta feria ante dominicam, qua misericordia domini cantabatur³⁾, accessimus personaliter ad ipsum comitem de Marca apud Camene cum ipso custode et aliis fratribus ipsius ecclesie, firmum suum propositum audivimus et voluntatem cum sollicitudine diligenti, quod ratum gratum et firmum habet quicquid fecit Capenbergensi ecclesie de collatione dicte ecclesie de Marca et capellis, pro nichilo reputans, quod a filio suo circa dictum Conradum dicitur esse factum, dans nobis liberam facultatem, licet hoc possimus ordinaria auctoritate facere, suspendendi excommunicandi ac interdictum ponendi in omnes rebelles et contradictores investiture nostre facte prefato custodi

¹⁾ Zu St. Reinald. — ²⁾ Siehe die Urkunde vom 6. Juni 1254, oben Nro. 571. — ³⁾ Am 5. April 1269.

aut eis quos ipse prefecerit de consilio prepositi sui in ecclesia de Marca et capellis sibi annexis, sine sua offensa libere valeamus ¹⁾ in toto suo districtu et eciam dominatu. Nos igitur visis et auditis premissis, decernimus ipsum custodem et eos, quos ipse prefecerit dictis ecclesie et capellis, in ipsis ius plenum habere et a nobis merito defendendos. Unde universis vobis et singulis in virtute sancte obedientie et sub pena suspensionis ab officio et excommunicationis late sententie, quam nunc in vos ferimus, si mandati nostri transgressores fueritis, precipiendo mandamus, quatinus dictum custodem incontinenti in fratrem recipiatis vestri capituli et eum pro rectore et pastore ecclesie de Marca et capellarum sibi annexarum de cetero habeatis. Et quoniam impunita temeritas temeritates cumulat puniendas, nisi eam exsurgens iusticia preveniat et subvertat, vos singuli pro contemptu nobis illato a dicto Conrado, quem in hiis scriptis excommunicamus, et pro manifesta offensa, quam nobis intulit presentibus priore, custode de Capenberg, plebanis de Metlere, de Boyne, de Berge, de Vlederike et multis oppidanis de Hammone, in vestris ecclesiis singulis diebus dominicis et festivis ipsum excommunicatum lecto evangelio publice nunciatis et faciatis eum ab omnibus arcius evitari. Alioquin sententiam premissam a nobis editam vos noveritis incurrisse. Datum Tremonie, anno gracie M^o.CC^o.LX^o. nono, tercio Idus Aprilis.

Auf dem Siegel ist oben die Jungfrau Maria mit dem Kinde, unten der Dechant in betender Stellung abgebildet; zu beiden Seiten der letzteren Figur steht: HENRICUS DE LECKENHC.

835.

* Gütertausch zwischen dem Domcapitel und der Johanniter-Commende zu Steinfurt. 1269 Juli 2. Münster.
— Abschrift Msc. II 43 p. 231.

Walamus Dei gratia prepositus ecclesie Monasteriensis. Universis presentem litteram visuris notum facimus, quod cum Hermannus filius Johannis de Holthusen militis domum Willinc²⁾ sitam in parochia Lare, quam idem Hermannus a nobis iure homagii tenuerat, in manus nostras libere resignasset, nos eandem domum fratribus hospitalis in Stenvordia, capituli nostri accedente consensu, presente venerabili patri domino nostro Gerardo ecclesie Monasteriensis episcopo, donavimus ab eisdem fratribus in perpetuum possidendam, in recompensationemque proprietatis, quam in domo habuimus memorata, idem dominus noster Gerhardus episcopus decimam Wiscing in parochia Lare valentem annuatim unum moltium tritici medie mensure, quam Hermannus de Monasterio miles de manu sepedicti domini episcopi tenuit et una cum filio suo in manus ipsius libere resignavit, nostre ac successorum nostrorum mense liberaliter assignavit. Ut autem etc. Actum Monasterii feria tertia post festum apostolorum Petri et Pauli, anno Domini M^o.CC^o.LXIX^o.

836.

* Gütertausch zwischen dem Grafen Engelbert von der Mark und dem Kl. Marienfeld. 1269 August 15.
Ahlen. — Or. Kl. Marienfeld U. 468; Abschr. Msc. I. 406. f. 52'; II 43. p. 134.

Nos Engelbertus comes de Marcha notum facimus, quod cum venerabili domino abbate de campo sancte Marie et ecclesia sua talem fecimus commutationem bonorum, dantes eis pratum nostrum Wepele³⁾, recipientes ab ipsis pratum in Holthus in iustum concambium pro eodem etc. Presentes erant: Godefridus de Hûvele, Wischelus de Galen milites, castellani nostri in Marcha et alii quam plures. Actum et datum apud Alen anno Domini M^o.CC^o.LX^o. nono, in die assumptionis beate Marie.

Das Siegel ist zum Theil zerstört, auf dem Secret aber über dem geschachten Balken noch der wachsende Löwe zu erkennen.

¹⁾ So die Urk. — ²⁾ Noch heute Colonat Willing zwischen Laer und Borghorst. — ³⁾ Schulze Weppel Kspl. Oelde. Vgl. oben Nro. 665.

837.

B. Gerhard befreit gegen Zahlung von 150 Mark die Stadt Beckum von der Gerichtsbarkeit des bischöflichen Vogtes, giebt ihr dieselben Rechte wie die Stadt Münster besitzt und überlässt ihr eine Abgabe von den Fleischerscharren. 1269 October 20. Münster. — Orig. Fr. Münster U. 138, und im Archiv der Stadt Beckum; Abschr. Msc. I. A. p. 83; II. 23. p. 82; gedr. Wigand's Archiv VI. 266.

Gerhardus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus etc. Oppidi nostri in Becheim¹⁾ ac omnium ibidem degencium incrementum cupientes, de consensu et consilio nostri capituli maioris, iudicio quod *vogetdinc*²⁾ dicitur, quo tam nos quam nostri predecessores in ipso oppido predicto presidere consueveramus, plenarie renunciamus, ac in perpetuum omnibus inhabitatoribus relaxamus, eandem quam civitas Monasteriensis optinet eidem oppido per omnia concedentes libertatem. Insuper sedecim denarios de macellis ibidem qui *halleepninge* dicuntur, quos nostri predecessores receperunt hactenus ad necessitates ipsius oppidi, perpetuo recipiendos ipsis oppidanis indulgemus. Ad huius eciam facti robor (et) firmitatem inconvulse per eum conservandam, ab inhabitatoribus oppidi sepius prelibati centum et quinquaginta marcas legalis monete Monasteriensis in restaurum recepimus, quas ad utilitatem ecclesie nostre, videlicet ad comparationem castri ac bonorum in Horstmar, de consilio nostrorum duximus convertendas. Actum et datum apud Monasterium a. D. M.^oCC.^oLX.^o nono, XIII.^o Kalendas Novembris, presentibus: W. preposito, F. decano, Th. dicto Norandino, R. thesaurario ac capitulo nostro generali, H. decano S. Ludgeri Monasteriensis, H. decano in Beckenheim, Matheo de Novo Castro, C. dicto Stric, Omero de Ostenvelde, Al. dapifero, Gerungo et Machario nostris officialibus et quampluribus aliis. In cuius rei evidenciam presentes litteras nostro et ecclesie nostre sigillis fecimus communiri.

Die Siegel fehlen.

838.

B. Gerhard veräußert gewisse zu den bischöflichen Tafelgütern bei Telgte gehörige Kornrenten und verwendet den Kaufschilling zum Ankauf der Herrschaft Horstmar. 1269 October 26. Münster. — Or. in zwei Ausfertigungen Fr. Münster U. 139 u. 140; Abschr. Msc. I. A. p. 279; aus letzterer gedr. Niesert U.-S. VII. 278.

Gerhardus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus. Omnibus presens scriptum intuentibus notum facimus, quod pensionem annualem quadraginta molt annone, cuius medietas est siligo et medietas ordeum, debitam et attinentem episcopali nostre mense de agris episcopatus nostri situs iuxta Telget, qui agri olim ad duas curias episcopales ibidem pertinebant, magistro Henrico canonico atque subcustodi Monasteriensi ad officium subcustodie sue, quod *shutamm* vulgariter dicitur, et Conrado presbytero vicario eiusdem ecclesie ad vicariam suam ibidem de novo creatam ecclesie sue nomine, prepositi, decani et totius capituli Monasteriensis accedente consensu, legaliter cum omni iuris plenitudine pro centum et quadraginta marcis Monasteriensis monete vendidimus, recognoscentes presenti scripto, nos dictos recepisse denarios ab eisdem totaliter ac eosdem cum aliis, maiori ecclesie utilitate prospecta, in emptionem castri atque pensionis annue habeat tres partes subcustos quolibet eius in perpetuum successor, quartam partem prelibato vicario ipsiusque successore quolibet in vicaria prefata perpetuo obtinente. Porro annonam predictam colligent et recipient subcustos et vicarius prefati termino ad hoc statuto, videlicet in crastino beati Martini episcopi. Nec de cetero nos nec aliquis nuntiorum vel officialium nostrorum sive successo-

Die Beckumer Ausfertigung hat: ¹⁾ Bekeheim — ²⁾ Vogedinc.

rum nostrorum de huiusmodi intromitemus seu aequaliter intromittet annona vel agris de quibus eadem debetur, abrenuntiantes omni iuri quod in ipsis nobis et successoribus nostris competere poterat quoquomodo. Ne autem premissa imposterum a quoquam infringi valeant, nostro . . . prepositi . . . decani et capituli nostri predictorum sigillis presentem fecimus paginam in evidens testimonium communiri. Actum Monasterii in domo prepositure Monasteriensis, presentibus hiis: Walramo preposito, Fretherico decano, magistro Renfrido thesaurario, Ernesto cantore, Thitmaro dicto Norendin, Bernharo dicto de Asbeke, Brunsteno, magistro Luberto, Gerharo dicto de Lon, Burchardo et aliis pluribus canonicis Monasteriensibus; item Heythenrico sancti Lutgeri et Wernero sancti Martini decanis, Themone canonico sancti Pauli Monasteriensis notario nostro; Thiderico dicto de Sconenbeke, Alberto dapifero, Omero de Ostenvelde militibus et Geruncho officiali nostro et aliis quam pluribus clericis et laicis. Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo nono, VII^o. Kalend. Novembris.

An beiden Ausfertigungen waren ursprünglich sechs Siegel; vorhanden sind noch die des Bischofs, des Domcapitels und des Dompropstes.

839.

* *Das Decanat zu St. Ludgeri in Münster erhält das Gnadenjahr. 1269 November 1. Münster Abschr. Msc. I. 70. p. 15; hieraus Copie Msc. II. 13. p. 104; IV. 6. p. 1; VII. 1003. f. 28.*

Gerhardus ¹⁾ Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus omnibus presens scriptum intuentibus noticiam rei geste. Quoniam secundum apostolum bonum ad omnes debemus operari, maxime tamen cordi nobis est, statum personarum et ecclesiarum nobis domesticarum ubicumque possumus in melius reformare. Cum igitur decanus ecclesie sancti Ludgeri Monasteriensis, quicumque pro tempore fuit, hactenus non consuevit habere post mortem suam annum gratie nec in decanatu nec in prebenda eiusdem ecclesie, aliis concanonicis suis huiusmodi gratiam in suis prebendis secundum preteriti temporis morem ibidem optinentibus inconvulse, ne deterioris condicionis existat decanus suis canonicis in premissis, de consensu et consilio nostri capituli maioris, accedente eciam consensu et voluntate ipsius capituli beati Ludgeri predicti, taliter ut subsequitur duximus ordinandum. Heydenrico decano, qui nunc est, pro anno gratie cedent post mortem suam duodecim marce de prebenda, decanatu et domo ad decanatum pertinente, quam quidem domum dictus decanus gravibus suis sumptibus erexit; quas eciam duodecim marcas solvet successor ipsius decani manufidelibus sive executoribus testamenti eiusdem decani. De quibus denariis dabuntur sex marce suo capitulo ecclesie sancti Ludgeri Monasteriensis pro memoria ipsius decani facienda et in perpetuum observanda, de reliquis sex marcis disponet decanus vel sui manufideles in solvendis debitis, prout ei vel ipsis videbitur expedire. Nec permittetur idem successor redditus prebende et decanatus vel possessiones domus aequaliter adipisci, nisi prius dicte duodecim marce integraliter fuerint persolite. Quam ordinationem deinceps de successore ad successorem districte precipiendo decrevimus sub pena excommunicationis inviolabiliter observari. Preterea cum prebende subdyaconorum, dyaconorum et sacerdotum in dicta ecclesia sint distincte et multociens contingat, quod prebenda dyaconi vel sacerdotis puero vel alicui constituto infra sacros ordines in dicta ecclesia conferatur, taliter in posterum in eadem ecclesia decrevimus observandum, quod si prebenda vacans, que fuerat dyaconi sive sacerdotis, in ipsa ecclesia dyacono vel sacerdoti conferatur, illam cum onere et emolumento annexo habeat dyaconus vel sacerdos. Si autem prebenda, que fuerat dyaconi vel sacerdotis, puero vel infra sacros ordines constituto conferatur, idem subdyaconus efficiatur et prebendam subdyaconi habeat nec ad superiores ordines ascendat, nisi

¹⁾ Beide Copiare, Msc. I. 70 u. VII. 1003, haben auffallender Weise: „Everhardus“, doch ist dies in Msc. I. 70. p. 15. noch von einer Hand des 14. Jahrhunderts in „Gherhardus“ corrigirt.

gradatim, prioribus et antiquioribus canonicis eiusdem ecclesie secundum ordinem introitus sui prius ad superiores ordines admittendis. Ne autem premissa in posterum a quoquam infringi valeant vel aliquid premissorum, presentem paginam nostro, ecclesie maioris, ac ipsius ecclesie beati Ludgeri sigillis fecimus communiri. Datum Monasterii anno Domini M^o.CC^o.LX^o. nono, Kal. Novembrium.

840.

Graf Friedrich von Rietberg und dessen Gemahlin Beatrix von Horstmar verkaufen ihre Herrschaft Horstmar für 1150 Mark an Bischof Gerhard und die Münstersche Kirche, an welche zu gleicher Zeit die vom Grafen Otto von Benheim relevirenden Erblehngüter der Gräfin Beatrix für 1000 Mark verpfändet werden. 1269 November 3. u. 11. Diestedde. — Or. Fr. Münster U. 140 a; Abschr. Msc. I. A. p. 37; II. 15. p. 1. gedr. Kindl. Beitr. II. p. 273.

Nos Fridericus, comes de Reideberge, una cum Beatrice uxore nostra ac omnibus liberis et hereditibus nostris, universis hoc scriptum visuris notum facimus et publice protestamur, quod venerabili patri nostro ac domino Gerardo Dei gratia Monasteriensi episcopo ac ipsius ecclesie Monasteriensi vendidimus et tradidimus pro mille centum et quinquaginta marcis Monasteriensium denariorum castrum Horstemere, quod ad uxorem nostram Beatricem predictam a suis parentibus iure hereditario est devolutum et nos nomine dotis quiete possessione hactenus possedimus, cum nemoribus, pratis, graminibus, pascuis, agris, cultis et incultis, vassallis, ministerialibus, aliis omnibus hominibus, iuribus universis, redditibus, pensionibus, obventionibus ac omnibus quibuscunque ad idem castrum pertinentibus, nunc vacantibus vel impostorum vacaturis ad predicti castri dominium iure devoluturis. Predictis etiam universis et singulis cum B. uxore nostra predicta ac liberis nostris omnibus effestucando libere renunciavimus presentibus domino G. Monasteriensi episcopo prefato ac aliis testibus subnotatis. Nos vero Beatrix iam dicta bona illa, que hactenus a domino Ottone comite de Bintheim iure hereditario in feodo tenuimus, Hermannus de Langene et Wetzelo de Lembecke ecclesie Monasteriensi ministerialibus ad opus ipsius ecclesie Monasteriensi in feodo porreximus, quibus defunctis, vel nos vel heredes nostri aliis duobus, et aliis deinceps pro beneplacito episcopi, qui fuerit pro tempore, et ecclesie Monasteriensi sine omni difficultate et herwadio porrigemus. Recognoscimus etiam, quod Hermannus et Wetzelus iam dicti eadem bona de nostro consensu et voluntate pro mille marcis Monasteriensium denariorum domino G. sepedicto episcopo Monasteriensi et ipsius ecclesie titulo ypotece sive pignoris obligarunt. A predicta vero venditione exempti sunt Ludekinus de Buderike cum bonis suis, que a castro predicto tenebat iure ministeriali, Godekinus cocus et Bertoldus, quos nobis retinuimus pleno iure. Acta sunt hec apud Disteden anno Domini M^o.CC^o.LXIX^o, dominica proxima post festum omnium Sanctorum. Et aderant testes: Walramus prepositus Monasteriensi, Norandinus, Tydmarus, Johannes de Reide prepositus Frisie, Conradus frater noster prepositus in Wiltzhusen, Adolfus Norendin et magister Th. de Blankenstein canonici Monasterienses, Heidenricus et Wernerus sancti Ludgeri et sancti Martini Monasteriensi decani; de Ravensberg Ot. et de Dassele comites, dominus Hermannus de Lyppia, dominus de Buren senior, Hermannus de Daverenberg, Hermannus de Langene, Wetzelus de Lembecke, Th. de Schonenbeke, Rodolfus de Menhovele, Matheus de Novo Castro, Conradus Stric, Nicolaus de Beveren, Albertus dapifer, duo Henrici Norandini, Johannes de Reghede ministeriales ecclesie Monasteriensi; Henricus de Woltdorpe et Jo. Pallidus cives Monasterienses, Th. prepositus sancti Petri Paderburnensis, Ludewicus prepositus sancti Johannis Osnabrugensis, Omerus de Ostenvelde et Ruttergerus de Buckenvorde castellani in Stromberge et ministeriales Monasterienses, et quamplures alii tam clerici quam laici Monasteriensi et Paderburnensis dyocesis. Et ut hec robur et evidentiam in perpetuum obtineant, presentes litteras nostro, B. uxoris nostre, et Conradi fratris nostri prepositi sancti Martini Mona-

steriensis ¹⁾ prefati, sigillis fecimus communiri. Datum ipso die beati Martini episcopi apud Reideberge, anno incarnationis Domini ut supra.

Das grosse herzförmige an rothen und gelben seidnen Fäden befestigte Siegel zeigt den Arnsberger Adler und hat die Umschrift: S. FREDERICI COMITIS DE RETHBERG. Auch auf dem Secret findet sich dasselbe Wappenbild. Die andern drei Siegel sind verloren.

841.

B. Gerhard verpfändet dem Gr. Friedrich von Rietberg für den Rest des rückständigen Kaufschillings, im Betrage von 750 Mark, die bischöflichen Güter in Isselhorst ²⁾, Beelen ³⁾, Oedingberg ⁴⁾, nebst den freien Gütern bei Beelen. 1269 November 3. u. 11. Diestedde. — Or. Fr. Münster U. 142; Abschr. Msc. I. 4. p. 37; II. 3. p. 24; gedr. Kindl. Beitr. II. p. 279.

Gerhardus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus. Universis presentes litteras visuris notum facimus et publice protestamur, quod nos ex consilio, consensu et voluntate nostri capituli et ecclesie nostre ministerialium dilecto consanguineo nostro Friderico comiti in Redeberge, Beatrici uxori ipsius ac ipsorum heredibus bona nostra in Iselhorst, in Belen et in Odenberge cum liberis bonis iuxta Belen sitis, cum omnibus pertinentiis suis, pro septingentis et quinquaginta marcis Monasteriensium denariorum, in quibus ipsis ratione emptionis castri in Horstemere ac omnium honorum et iurium singulorum et universorum ad idem castrum pertinentium, Ludekino de Boudenrike cum bonis suis, Godekino coco et Bertoldo exceptis, quos dictus comes sibi retinuit, sicut in litteris super hoc confectis plenius continetur, teneri recognoscimus, titulo ypotece sive pignoris obligavimus sub hac forma. Videlicet, quod idem comes, sive illi, quos idem ad hoc deputaverit, singulis annis, terminis certis, videlicet in purificatione et in festo beati Michaelis, centum marcas Monasteriensium denariorum recipient talibus in locis et hominibus, sicut in cedula huic littere appensa est conscriptum. Preterea permutationibus hominum, institutionibus et destitutionibus bonorum predictorum, *bedemundis* et omnibus obventionibus in eisdem bonis contingentibus tempore obligationis bona fide gaudebit ita videlicet, quod neque permutationes, institutiones sive destitutiones faciet vel complebit, nisi vocatis et presentibus hominibus nostris, qui *Thegeder* et *Hygen* vocantur; quorum iudicio, utrum bona fide fiant, fideliter discernatur. Item nullas penitus vastationes, que *wostinge* vocantur in ipsis bonis sive hominibus faciet, vel a suis fieri sustinebit. Solutionem vero pecunie predictae ac bonorum ipsorum redemptionem in media quadragesima, vel octo diebus ante vel octo diebus post, faciemus, nisi alio tempore fiat de predicti comitis voluntate. Officialem etiam ipsius comitis sepedicti, predicta recipientem et colligentem, sub protectione et conductu nostro per nostre dyocesis districtum recipientes conducemus, ipsa bona sepe dicta sicut alia bona nostra ab omni perturbatione defendentes bona fide. Acta sunt hec in villa Disteden, anno Domini M^o.CC^o.LXIX^o. proxima dominica post festum omnium Sanctorum. Et testes aderant subnotati: Walramus prepositus Monasteriensis, Thitmarus Norandinus, Johannes de Reide prepositus Frisie, Conradus frater predicti comitis ⁵⁾ prepositus sancti Martini Monasteriensis, Ludewicus prepositus sancti Johannis Osnabrugensis ⁶⁾, Th. prepositus sancti Petri Paderburnensis, Otto camerarius ibidem, Adolfus Norandinus, et magister Th. de Blanckenstein canonici Monasterienses; Heydenricus et Wernerus sancti Ludgeri, et sancti Martini Monasteriensis decani; Ot. de Ravensberg et Lu. de Dassele comites, dominus Hermannus de Lippia, dominus Ber. de Buren senior, Hermannus de Daverenberg, Hermanus de Langene, Wetzelus de Lembecke, Th. de Schonenbecke, Rodolfus de Menhovele, Bitterus de Reide, Matheus de

¹⁾ So die Urk., offenbar aber nur ein Versehen statt „prepositi in Wiltzhusen“, wie oben. — ²⁾ Gr. Ravensberg zwischen Bielefeld und Gütersloh. — ³⁾ Oestlich von Warendorf. — ⁴⁾ Bei Glandorf im Bisthum Osnabrück. — ⁵⁾ „fr. pr. com.“ später überschrieben statt des ursprünglichen „frater noster“. Vgl. auch die Note 1. — ⁶⁾ „L. pr. S. J. Osn.“ später überschrieben.

Novo Castro, Conradus Stric, Nicholaus de Beveren, Albertus dapifer, Omerus de Ostenfelde, Rutgerus de Bukenvorde, duo Hinrici Norandini, Johannes de Reghede ministeriales ecclesie Monasteriensis, Gerungus officiatu noster ¹⁾, Henricus de Woltdorpe, et Johannes Pallidus cives Monasterienses et quam plures alii clerici et laici Monasteriensis et Padeburnensis diocesum. In cuius rei et facti robur et firmitatem presentes litteras nostro et ecclesie nostre sigillis fecimus communiri. Datum in die beati Martini episcopi anno Domini ut supra.

* *Das oben erwähnte Transfix lautet:*

Ab hiis in locis et hominibus centum marce recipientur. In Iselhorst scoltetus II marcas, Langenhart XVIII sol. In Vorde XIII sol. In Koldenvelde V sol. In Barkeis III^{or} sol. In Ramsle II sol. In Holnho VI sol. In Ebdislo IX sol. Duttinchusen I marca. In Segtinheim VIII sol. In Schonenbeke VI sol. In Uphoven I marca, Horst VI sol. In Hallenbure VIII sol. In Strotheim VI sol. In Vuctlo VI sol. In Horne V sol. In Kodincdorpe VI sol. In Likenbroke XIII sol. In Vosheim XIII sol. In Budelincdorpe VI sol. In Tutheim VI sol. In Vrilingdorpe I marca. In Schadhe VI sol. In Thonlo VI sol. In Geist XIII sol. In Sutherhesche X sol. In Dale III sol. In Slade XVIII sol. In Tuenhusen X sol. In Hameke III^{or} sol. In Lohus VI sol. Hinricus Gropelingen XI sol. Arnoldus ibidem manens XI sol. Ebertus ibidem VII sol. Henricus Hemmine VII sol. Giselbertus in Voogdorpe VIII sol. Elhardus ibidem manens VI sol. Osterwide VI sol. Glandorpe curia X marce. In festo beati Mathei Engelbertus ibidem VII sol. Thetmarus ibidem VII sol. Biscop II sol. Brinchusen III sol. Rencinc III sol. Scholtetus de Belen XVIII sol. Liberi manentes in parrochia Belen: Wolfardus in Westemarke VIII sol. Puella Volkerinc VI sol. Hinricus de Belen XVIII denarii. Giseke campanarius III sol. Lenoldus in fabrica XII den. Gerardus de Ostorpe III sol. Gerardus Vetzeline III sol. Hermannus de Belen IX sol. VI den. minus. Johannes de Boke VI sol. duo fratres in Uphoven et Horst I marca et III den. Domus Hallenburen VII sol. III^{or} den. Mansus desertus XXX den. Lenoldus Clekinc III^{or} sol. In bonis supradictis invenientur XVIII marce pro anuone redemptione.

Die Siegel sind abgefallen.

842.

Quittung Friedrichs, Grafen von Rietberg, über erhaltene 400 Mark von dem Kaufschilling der Herrschaft Horstmar zum Betrage von 1150 Mark. 1269 November 11. Rietberg. — Or. Fr. Münster U. 144; Abschr. Msc. I. A. p. 145; II. 15. p. 1; gedr. Niesert U.-B. I. II. p. 257.

Nos Fridericus comes de Redeberge, una cum Beatrice uxore nostra ac liberis et heredibus nostris universis, recognoscimus et publice protestamur de mille centum et quinquaginta marcis, pro quibus castrum in Horstemere cum omnibus suis pertinentiis domino nostro G. Monasteriensi episcopo et ipsius ecclesie vendidimus et renuntiavimus, quadringentas marcas Monasteriensium denariorum numerate pecunie apud Warendorp a suis officialibus Gerungo et Machario nos recepisse et per nostros nuntios numerasse et nobis eosdem denarios apud Redeberge per ipsos officiales predictos esse presentatos. In cuius rei testimonium et recognitionem presentes litteras sigillo nostro fecimus communiri. Datum apud Redeberge anno Domini M^o.CC^o.LXIX^o, in festo beati Martini.

Das grosse herzförmige Siegel zeigt den Arnberger Adler sowohl auf der Vorderseite als im Secret.

¹⁾ Der ganze Satz lautete ursprünglich: „Ludewicus camerarius ibidem, Otto frater noster prepositus sancti . . . Paderbornensis“ und hat erst durch spätere Correctur die im Text gegebene Form erhalten.

843.

- * *B. Gerhard befreit ein Haus des Kl. Marienborn von einer Synodalverpflichtung* 1269 November 21. Coesfeld.
— *Or. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archiv; Abschr. im Marienborner Copiar p. 7.*

G. Dei gratia Monasteriensis episcopus. Omnibus presens scriptum visuris notum facimus, quod nos domum dictam Stokinc ¹⁾ sitam iuxta Cosvelde in parrochia sancti Lamberti, que pertinet monasterio sanctimonialium loci eiusdem et propriis sumptibus monasterii eiusdem excolitur, ab onere testimonii synodalis, quod vulgariter *Ethspil* ²⁾ dicitur, deinceps exemptam esse volumus et immunem, quod presentibus protestamur. Datum Cosvelde a. D. M^o.CC^o.LX^o. nono, XI^o. Kalendas Decembris.

Das Siegel ist verloren.

844.

- * *B. Gerhard verpfündet das Gut zur Hellen* ³⁾ dem Deutsch-Ordenshause zu Münster. 1269 December 12.
— *Or. St. Georgs-Commende U. 10; Abschr. Msc. I. 74. p. 49; IV. 2. p. 301.*

G. Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus omnibus presens scriptum visuris notum facimus, quod Johannes dictus de Lunen opidanus in Cosvelia, in presentia nostra constitutus ibidem, bona sita in Hellen, que inhabitat Albertus dictus Ovelcam, que idem Johannes tenuerat a nobis in feodo, libere et absolute in nostris manibus resignavit. Nos quoque consequenter eadem bona domui Theutonice sancti Georgii in Monasterio contulimus, donec ipsa bona decem et octo marcis nostre monete possimus redimere, quod quandocumque poterimus nobis licebit. Acta sunt hec presentibus: Walramo preposito Monasteriensi et Johanne de Retho preposito Frisie, Wetcelo de Lembeke et Nicolao de Beveren militibus et aliis compluribus. A. D. M^o.CC^o.LXIX^o, II. Ydus Decembris.

Das Siegel des Bischofs ist erhalten.

845.

- * *Arnold, Propst in Capenberg, bekundet, dass Johann Herth den Johann von Wirincdorpe* — in quo ius proprietatis habere videbatur — *als Wachszihsigen an sein Kloster gegeben habe.* Testes Hugo plebanus in Suthkerken, Heribordus Cule, Herimannus dictus Vūs, Widekindus et Lubertus de Unnahe, Bernhardus Scillinc et Bertoldus camerarius ecclesie nostre, Hinricus de Wirincdorpe, Gerhardus de Horstdorpe, Bernhardus de Evekinchove et alii. Datum a. D. 1269. — *Abschr. aus dem Or. Msc. II. 45. p. 93.*

846.

- * *Arnold, Propst zu Kapenberg, nimmt den von Christina, der Witwe des Ritters Theoderich von Lenclere, und deren Tochter Elisabeth, der Frau des Arnold Mule, aus der Hörigkeit entlassenen Johann von Lenclere mit dessen Zustimmung zum Wachszihsigen seines Klosters an.* Als Bürgen erscheinen: Elmericus villicus, Godefridus u. Gerhardus de Lenclere; als Zeugen: Bertoldus de Cohus u. Everhardus de Nette. Datum a. 1269. — *Abschr. aus d. Or. Msc. II. 45. p. 93.*

¹⁾ Jetzt wohl „Steckingshof“ westlich von Coesfeld. — ²⁾ Im Copiar ist „Etspel“ geschrieben. Das Wort selbst kann ich nicht deuten. — ³⁾ Bauerschaften Ost- und West-Hellen bei Billerbeck. Vgl. das Copiar p. 50 u. d. U. v. 7. Juii 1270.

847.

* *Freibrief des Propstes von Rees für einen Hörigen.* 1269. — *Abschr. im Copiar des Kl. Marienborn p. 8.*

Johannes Dei gratia decanus totumque capitulum ecclesie Recessensis matrone religiose domine Gertrudi (tertie) ¹⁾ abbatisse in Cosvelde, (que conventum primo misit ad Rubum sancti Georgii ab ista parte civitatis Aquensis in episcopatu Coloniensi) ¹⁾ salutem et orationes in Christo. Significamus vobis, nos Wernherum de Sutwic et Aleydam uxorem suam manumisisse, dantes liberam potestatem, quocunque se voluerint conferendi, et hoc presentibus protestamur. Datum a. D. M^o.CC^o.LXIX^o.

848.

* *Burggraf Heinrich von Stromberg überträgt dem Kl. Rengering ein angekauftes, von ihm lehnrübriges Haus.* 1269. — *Or. Kl. Rengering U. 23; Abschr. Msc. I. 108. f. 21'.*

Nobilis vir Hinricus ²⁾ burgravius in Stromberg omnibus presentia visuris salutem. Ne ea que geruntur in tempore, simul cum processu temporis in oblivionem mentis recidunt, poni solent in linguis testium vel scripturarum testimonio eternari. Igitur notum facimus, quod cum Bernhardus de Vinnenberg miles domum dictam Gansepol ³⁾ sitam in parrochia Millethe ⁴⁾, quam a fratre suo Johanne milite tenebat in feodo, abbatisse et conventui monasterii in Renggerinc Monasteriensis diocesis in agris pratis pascuis nemoribus et aliis omnibus suis attinenciis vendidisset pro quadam pecunie, scilicet XL marcarum, quantitate, facta resignatione eorundem bonorum coram iudice seculari in Warenthorpe ab ipso Bernhardo et filiis suis sive heredibus, qui eadem bona a dicto Johanne milite receperant in feodo, facta eciam resignatione usufructus ab uxore sua, presentibus preposito de Vinnenberg domno Jordarno (*sic!*), domno Johanne de Vinnenberg et Petro filio suo, domno Everhardo de Busche, domno Arnolde de Repenhorst, domno Borchardo de Humebove, domno Brunone de Wrekenhorst, domno Wenero de Homulen, Bernardo de Renggerinc iudice de Warendorpe, Henrico Balenhorn, Hermannno de Arnheim, Heinricho de Henge, Johanne Scule, Sifrido Vogedinc, Bernhardo de Soneborne, Hermannno de Grupelen, Henrico de Retho, Everhardo willico de Rotwinkele, Godefrido de Gosepole tunc in figura iudicii constitutis, in manus Johannis militis predicti a quo eadem tenebant, accessit ad nos idem Johannes miles et filii sui ac eadem bona Gansepol, que de manu nostra immediate iure tenuerant feodali, in nostris manibus resignarunt, uxore dicti Johannis militis ab usufructu totaliter recedente. Nos vero ad petitionem abbatisse et conventus predictarum, considerata egestate earundem, quibus sua non possunt aliquantulum necessaria ministrare ⁵⁾, ob remedium anime nostre ac parentum nostrorum, bona sepedicta ac proprietatem earundem cum omnibus attinenciis, de consensu heredum nostrorum, eidem abbatisse et conventui monasterii in Renggerinc libere et absolute contulimus perpetuo possidenda. Ut autem premissa rata permaneant et inconvulsa, presens scriptum nostro et castellanorum ⁶⁾ in Stromberg sigillis ipsis dedimus consignatum in evidens testimonium premissorum. Actum Stromberg presentibus hiis: domno Bertrammo ⁷⁾ de Walengarde, domno Homero de Hostenvele, domno Frederico Hunderetmaric, domno Fretherico de Bokenevorthe et frater ⁸⁾ eius domnus Rotgerus, Lutbertus de Beveren et alii plures. Anno Domini M^o.CC^o.LXIX^o.

Die Siegel des Burggrafen ⁸⁾ und der Burgmänner zu Stromberg sind ziemlich wohl erhalten, ihre Umschriften aber verwischt.

¹⁾ Das Eingeklammerte hat wohl der Schreiber des Copiars hinzugefügt. — ²⁾ Aus dem Rügenberg'schen Geschlechte. Vgl. Seibertz Dynasten p. 216. — ³⁾ Jetzt nicht mehr zu constatiren. — ⁴⁾ Kspl. Milte, nördlich von Warendorf. — ⁵⁾ So die Urk. — ⁶⁾ „castellorum“ die U. — ⁷⁾ „Bertrammo“ die U. — ⁸⁾ Es entspricht dem Siegel seines Vaters, Conrad's II., abgebildet bei Seibertz U.-B. I. Tafel III. Nro. 1.

849.

* *B. Gerhard überträgt dem Kl. Marienfeld zwei Zehnten und gestattet ihm die Anlage einer Mühle an der Ems. 1269 (1270) Januar 15. — Or. Kl. Marienfeld U. 169; Abschr. Msc. I. 106. p. 14'.*

Gerhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus omnibus presens scriptum visuris notum esse cupimus, quod nos decimam de novalibus que sunt iam et futura forte postmodum in villa Mattenheim¹⁾ sita in parochia ecclesie in Hoswinkele, simul cum minuta decima cuiusdam domuncule, quam olim in eadem villa inhabitaverat quidam Bernhardus Pricke vocatus, concessimus sive contulimus dilectis in Christo . . . abbati et conventui monasterii campi sancte Marie Cysterciensis ordinis nostre diocesis perpetuo possidenda. Supradictos insuper . . . abbatem et conventum licenciamus ad reparandum apud Thorphorne in fluvio Emese in eo loco, ubi ab antiquo fuerat, molendinum, exactionibus dictarum decimarum olim ex parte nostra factis per nostros prohibitionique similiter ex parte nostra facte, ne in dicto loco molendinum fieret, abrenunciantes perpetuo absolute. Actum Monasterii anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo nono, XVIII. Kalendas Februarii.

Das Siegel mit dem Secret ist gut erhalten.

850.

* *Das Kl. Hohenholte erhält von gewissen neuangelegten Kotten den kleinen Zehnten. 1270 März 31. — Or. Kl. Hohenholte U. 13.*

Ego Macharius presbiter constitutus archidiaconus in ecclesia sancte Marie civitatis Monasteriensis duco tenore presentium protestandum, quod in facie sancte synodi quadragesimalis, cui presedi, Wenemarus villicus curtis Koldenhof²⁾ recognovit se de tribus casis fundatis de curti predicta et de aliis, si plures fundaret in futuro, soluturum minutas decimas ecclesie et conventui in Honholte ad manum priorisse et nuntiorum suorum, quos ad dictas minutas decimas mitteret colligendas, in perpetuum contradictionibus amputatis. Acta sunt hec presentibus hiis: domino Everardo eiusdem ecclesie plebano, Rothardo presbitero, Giselberto plebano ecclesie in Nienberge, Bernardo dicto Together, Hinrico presbitero et pluribus aliis fide dignis a. D. M^o.CC^o. septuagesimo, feria secunda proxima post dominicam qua cantatur Judica. In cuius rei testimonium meum sigillum presentibus est appensum.

Das Siegel ist verloren.

851.

Der Pfarrer zu St. Lamberti in Münster erwirbt für den Neubau seiner Kirche einen Steinbruch in Stevern³⁾. 1270 April 16. Münster. — Gedr. bei Kock Series episc. Monast II. p. 15.

Noverint universi tam presentes quam poster, quod ego Richardus plebanus ecclesie S. Lamberti Monasteriensis una cum Theoderico Rufo, provisore fabrice ecclesie predictae a parochianis ad hoc ordinato sive constituto, quarta feria proxima post pascha anno Domini M^o.CC^o.LXX^o. emi erga villicum de Steveren quandam speluncam in monte qui dicitur Steverenberch, ad fodiendos sive frangendos lapides, quam diu necesse habet de lapidibus fabrica ecclesie memorate, pro sex ulnis panni qui dicitur Moritur⁴⁾ ad faciendam pallium uxori villici supradicti. Acta sunt hec anno et die predictis ante forum et ante domum Friderici Parvi, presentibus Johanne Leone, Godefrido Anglico, Friderico Parvo, Johanne dicto de

¹⁾ Der Name ist wohl jetzt noch in dem Hof „Mattelmann“ auf dem linken Emsufer im Kspl. Harsewinkel erhalten. —

²⁾ Später Schulte „Kalthof“ zu Nienberge. — ³⁾ Bauerschaft bei Nottuln. — ⁴⁾ Kock vermuthet „Modetours“.

Ahlen, Luberto super cemeterium, Hinrico qui habet filiam suam, Ludolpho et reliquis servis ecclesie, Arnoldo et presentibus aliis.

852.

* *Der Ritter Hermann von Neheim verzichtet auf einen vom Kl. Herzebrock lehrührigen Zehnten.* 1270
April 24. — Or. Kl. Marienfeld U. 172; Abschr. Msc. I. 106. f. 9.

Honorabili domine . . . abbatisse in Hersebroke et eius conventui Hermannus miles de Nihem ac filii eius Johannes miles et Hermannus paratam ad obsequia voluntatem. Vobis et omnibus hoc scriptum visuris notum facimus, quod decimam in Remesede ¹⁾, quam de vestra ecclesia iure feudali tenuimus, vobis libere resignamus. In cuius rei testimonium presens scriptum illustris domini G. comitis Arnesbergensis sigillo petivimus roborari. Datum anno Domini M^o. CC^o. septuagesimo, VIII^o. Kalendas Maii.

Die Umschrift am Siegel des Grafen Godfried's von Arnsberg (Seibertz U.-B. I. Tab. I. Nr. 8) ist zum Theil zerstört.

853.

* *Die Äbtissin Cunegundis von Herzebrock genehmigt obige Resignation und tauscht gegen jenes Gut in Remse von Marienfeld ein anderes bei Wiedenbrück ein.* 1270. — Or. Kl. Marienfeld U. 173; Abschr. Msc. I. 106. f. 9^o.

Cunegundis abbatissa in Hersebroke etc. Notum esse cupimus presentibus et futuris, quod Hermannus miles dictus de Nehem cum duobus filiis suis Johanne et Hermanno venit ad nos in Langenberg ²⁾ et ibi nobis resignavit quandam decimam, quam feudali iure de manu nostra tenuerat, filiis suis predictis ad hanc resignacionem plenum favorem adhibentibus et consensum. Nos vero habita deliberacione et pleno consensu capituli nostri ad hoc accedente proprietatem eiusdem decime contulimus ecclesie campi sancte Marie, cui decima ipsa in proximo adiacebat, facta tamen prius nobis recompensacione ab eadem ecclesia per proprietatem cuiusdam mansi qui appellatur Emeshus in parrochia Widenbrugge, ut sic inter utramque ecclesiam nostram videlicet et campum sancte Marie vicaria proprietatum collacio stabilis in perpetuum permaneret. Preterea presentem paginam exinde conscriptam sigillo ecclesie nostre cautum duximus roborare. Huius rei testes sunt: ex parte ecclesie nostre dominus Arnoldus plebanus noster et Everhardus capellanus noster sacerdotes, Herenbertus et Hermannus conversi nostri; ex parte vero altera dominus Johannes abbas campi sancte Marie, Giselbertus sacerdos et monachus, magister hospitum Everhardus et Anshelmus conversi, porro mediatores utriusque partis; dominus Regenbodo Top miles et frater suus Henricus, Hermannus de Nehem et Hermannus Grip et alii plures. Acta sunt hec anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo.

Das Siegel des Klosters hat gelitten; von der Umschrift lässt sich noch erkennen: SIGILLUM SANCTE P . . . RNELLE IN HERSEBR.

854.

* *Bernhard von Lippe resignirt einen Zehnten in die Hände B. Gerhards.* 1270 Mai 15. Beckum. — Or. Coll.-Stift von Beckum U. 6.

Nos Bernardus dominus de Lippia omnibus presens scriptum visuris notum facimus, quod nos decimam ³⁾ sitam in parrochia ecclesie in Bekehem, tredecim solidos et quatuor denarios annuatim solventem,

¹⁾ Bauersch. Remse zwischen Harsewinkel und Marienfeld. — ²⁾ Südlich von Wiedenbrück im Amt Reckenberg. — ³⁾ „in Holthem“ nach einer Bemerkung auf der Rückseite der Urk.

quam nos olim cum fratre nostro domino Hermanno de Lippia communiter a domino Gerharde ecclesie Monasteriensis episcopo tenueramus et deinceps Rodolfus de Hornen miles a nostra et dicti fratris nostri manibus tenerat in feodo, dicto domino Monasteriensi episcopo per presens scriptum, sicut antea dictus frater noster manualiter fecerat, libere et absolute resignamus, omni iuri, quod in eadem decima nobis competeat vel postmodum posset competere, abrenuntiantes omnino. In cuius rei noticiam presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum et datum apud Bekehem anno Domini M^o.CC^o. septuagesimo, Ydus Maii.

Das Siegel ist nicht erhalten.

855.

* B. Gerhard lässt die zwischen dem Michaelis- und Nicolai-Thore wohnenden Münster'schen Bürger zur Verhandlung in dem Processe wegen des Grabens um die Domfreiheit vorladen. 1270 Mai 17. — Or. Fr. Münster U. 122.

G. Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus. Ecclesie sancti Lamberti Monasteriensis plebano salutem in Domino. Auctoritate presentium tibi districte precipiendo mandamus, quatinus preemporie cites omnes manentes et quorum sunt domus inter capellam sancti Michaelis et portam sitam iuxta capellam sancti Nicolai versus urbem ecclesie Monasteriensis, parrochianos tuos, quibuscumque censeantur nominibus, ut compareant coram nobis vel illo, cui in hac parte vices nostras committendum duxerimus, Monasterii feria secunda proxima post octavam pentecostes¹⁾, ad aperienda dicta testium in causa iam dudum ventilata inter decanum et capitulum ecclesie Monasteriensis ex una parte et dictos parrochianos tuos super fossato urbis Monasteriensis ex altera coram nobis et ad procedendum ulterius in causa in quantum de iure fuerit procedendum. Redde litteras expleto mandato cum appensione tui sigilli in signum executionis facte. Datum anno D. M^o.CC^o.LXX^o. XVI^o. Kal. Junii²⁾.

Die beiden Siegel sind abgefallen.

856.

Entscheidung des Bischofs (Gerhard) von Münster in dem Processe wegen des Grabens um die Domfreiheit. Ohne Jahr und Tag, aber vermuthlich v. J. 1270³⁾. — Or. Fr. Münster U. 124; Abschr. Msc. I. 1. p. 355; IV. 13. p. 40; gedr. Niesert U.-B. I. II. p. 449.

Hec est forma quam arbitratus est dominus episcopus inter canonicos maioris ecclesie et burgenses de fossato. Burgenses auferent omnem structuram et omne impedimentum a muro ad XVI pedes⁴⁾. De

¹⁾ Juni 9.

²⁾ Auch dieser Termin scheint, wie so viele frühere, erfolglos geblieben zu sein. Wenigstens liegt uns Fr. Münster U. 123 ein fast gleichlautendes Mandat vom 8. Juli d. J. an denselben Pfarrer vor, die betreffenden Bürger, namentlich Joannes Wrethe und die Brüder Johann und Heinrich von Beveren, auf den 21. Juli desselben Jahrs vor den Bischof zu laden; gedr. Niesert U.-B. I. II. p. 457.

³⁾ Niesert l. c. meint, diese Urk. beziehe sich wahrscheinlich auf die 1183 in diesem Processe gefällte Entscheidung. Dieser Annahme stellt sich aber die Erwähnung des Dompropstes W. entgegen, indem vor dem J. 1241 kein solcher urkundlich genannt wird, dessen Namen mit W. anfinde. Wahrscheinlich ist hiermit aber der Dompropst Wilhelm von Holte 1241—1256, möglicherweise aber auch Widekind, der 1265 erscheint, oder Walram gemeint, der letzterem am 23. October 1265 im Amte nachfolgte. Da die letzte datirte Urkunde in diesem Processe die oben erwähnte vom 8. Juli 1270 ist, so möchte die Vermuthung begründet sein, dass in dem festgesetzten Termin, 21. Juli 1270, die Sache zum definitiven, hier vorliegenden Austrag gekommen ist.

⁴⁾ Ganz übereinstimmend mit der oben U. Nr. 136 aus Msc. I. 1. p. 355 angeführten Entscheidung Bischof Dietrichs.

residuo solvet quisque denarium unum annuatim in recognitionem ecclesie eo tempore, quo solventur denarii domini episcopi qui dicuntur Worthpennincke. Et canonici habebunt portas per murum, nisi maneat in gratia dominorum et illos XVI pedes habebunt omnimodis ad usus suos. Sepibus munire possunt, sed gravem structuram non facient. Quicquid contra domum prepositi W. suo tempore extra domos lapideas edificatum est, auferendum est. Et idem fiet de domo, que fuit Theoderici Diaboli. Ista omnia auferenda sunt abhinc usque ad festum Martini. Quicumque civium huic arbitrio non steterit, emolumentum quod de arbitrio consecutus est, videlicet residuum a XVI pedibus, et gratiam domini episcopi perdet. Insuper in pristinam recidet excommunicationem, nec proderit ei absolutio quoad excommunicationis interruptionem.

Das Siegel ist nicht mehr vorhanden.

857.

Die Johanniter-Commende zu Steinfurt erhält bei der Aufnahme des Edlen Johann von Steinfurt in den Orden, von dessen Brüdern das Patronatsrecht über die Kirche zu Steinfurt nebst mehreren andern Rechten und Gütern. 1270 Juni 4. Steinfurt. — Transsumpt des J. 1591 Fr. Münster U. 143a; nach einer Abschrift des Orig. gedruckt 1) Niesert U.-S. V. p. 47.

Omnibus Christi fidelibus presentium inspecturis Ludolfus, Baldwinus et Otto fratres domini de Stenvorde rei geste notitiam cum salute. Labilis est hominum memoria, et ea que fiunt ab hominibus in oblivionem defluunt ex facili, nisi scripture testimonio perhennentur. Eapropter tenore presentium innotescere volumus universis, quod cum Johannes frater noster carissimus ex instinctu spiritus, a quo bona cuncta procedunt, sano proposito conceperit, sub observantia regulari in ordine hospitalis Jherosolimitani Domino famulari, sicque in manus reverendi viri fratris Burgardi de Loshem 2) sacre domus hospitalis eiusdem per Alemaniam vicepreceptoris professionem solemnem faciens crucem dominicam et habitum professorum susceperit publice et solempniter de manu vicepreceptoris eiusdem, nos in terre sancte subsidium, et ut idem frater noster dicte sacre domui et fratribus minus existeret onerosus, ius, quod nobis aut aliis coheredibus heredibus quibuscunque aut successoribus nostris ad presens forte competit vel posset competere in futurum, in ecclesia vel in iure patronatus ecclesie in Stenvorde, item in domibus que vulgo sic appellantur scilicet *in der Aa, to der Smitten, tzu der Mothelebeke, tzu der Weyne, tzu der Hagenburk, tzu Wiveldorp et Henricus de Huones* cum omnibus appendiciis quoad possessionem seu proprietatem, dominium utile vel directum, aut ius advocacie, aut quomodolibet aliter, predictę sacre domui hospitalis et fratribus conferimus et in eos transferimus sponte, libere et ex toto renunciantes eidem iuri et omni actioni exceptioni defensionis seu beneficio restitutionis in integrum, literis inpetratis aut inpetrandis, ius aut gratiam continentibus, et generaliter omnibus rebus quibus collatio seu translatio huiusmodi viciari aut impugnari posset, aut dictis fratribus in eisdem bonis et iuribus cum suis appendiciis aliquod preiudicium posset in posterum generari. In cuius rei evidentiam presens desuper conscribi fecimus instrumentum et ipsum predictis fratribus tradidimus sigilli nostri videlicet L. et B. munimine roboratum. Acta sunt hec publice in Stenvorde in domo fratrum predictorum in die sancte Penthecostes anno Domini M^o.CC^o.LXX^o, presentibus et consentientibus nobilibus feminis: reverenda videlicet Elisabeth matre nostra, sorore nostra de Wickerodde, et Jutta et Elisabeth uxoris nostris videlicet L. et B.; item presentibus: Ludolpho milite de Rene, Theoderico et Erpone fratribus militibus de Rene, Luberto de Langen, Joanne de Boelo, Winando Danzevot, Godfrido dapifero de Herden, Egberto de Metelen militibus; Ludolpho de Monasterio famulo, Reinero de Legden, Hermanno de Wullen, Johanne de Wullen, Waltero de Herden famulis, et presentibus fratribus domus predictę, videlicet fratre Bernhardo commendatore, fratre Godfrido, Bernhardo, Frederico sacerdotibus, fratre Johanne de Holthusen et aliis pluribus fide dignis

1) Dem Transsumpte konnten wir indessen mehrere Verbesserungen entlehnen. — 2) „Beringeri de Loffen“ d. Transsumpt.

858.

* *Der Official der Münsterischen Curie bekundet die Schlichtung einer Streitsache zwischen dem Pfarrer Richard zum h. Lambertus und dem Bürger Gerhard Flowe zu Münster wegen eines vor dem Marienthore gelegenen Grundstückes. Actum feria tertia infra octavas S. Trinitatis a. D. M^o.CC^o.LXX^o. (Juni 10.) — Abschr. im Copiar des Magdalenenhospitals zu Münster p. 28.*

859.

* *Statut für das Collegiatstift zu Beckum, dass die Einkünfte der erledigten Präbenden, nach Ablauf des Gnadenjahres, noch ein zweites Jahr dem Stift zu Gute kommen sollen. 1270 Juni 11. Beckum. — Or. Coll.-Stift Beckum U. 7.*

Gerhardus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus, et Thidericus ecclesie eiusdem scolasticus idemque ecclesie in Bekehem prepositus omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit noticiam subscriptorum. Incremento prebendarum dicte ecclesie in Bekehem, quas in ipsa noviter instituimus, ea qua possumus diligentia, cum earum adhuc redditus sint valde exiles et tenues, intendentes, id nos de consensu unanimi ecclesie predictae canonicis presentibus et futuris perpetuo concessimus, quod prebenda confratris eorum defuncti, post primum annum gratie competentem defuncto, cedat eisdem anno secundo in augmentum suarum communium prebendarum, ut sic tandem successive eedem prebende crescant paulatim aliquantulo incremento. Ut autem supradicta rata permaneant et inconvulsa, presentes litteras sigillorum nostrorum munimine duximus roborandas. Acta sunt hec apud Bekehem anno Domini M^o.CC^o. septuagesimo, III^o. Ydus Junii.

Beide Siegel sind abgefallen.

860.

* *Gütertausch zwischen Bischof Gerhard und der Deutsch-Ordens-Commende zu Münster. 1270 Juli 1. Münster. — Or. St. Georgs-Comm. U. 11; Abschr. Msc. I. 74. p. 50; IV. 2. p. 302.*

G. Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus. Omnibus presens scriptum visuris notum esse cupimus, quod nos accedente ad hoc capituli ecclesie nostre Monasteriensis consensu proprietatem mansi dicti ton Velthus siti iuxta Sendene, mansi quoque dicti Hellen siti iuxta Bilrebeke et eius decime libere et absolute contulimus domui Theutonice sancti Georgii in Monasterio perpetuo possidendam; recepta a fratribus domus eiusdem nobis et nostre ecclesie, ut in premissis illesam servaremus eandem, proprietate curtis in Weslo site iuxta opidum Bocholte et pertinencium ad curtem prefatam, que bona in feodo tenuerat Gerhardus dictus Judex opidanus ipsius opidi a fratribus antedictis. Ut autem predicta inter nos et memorate domus fratres hinc inde facta proprietatum collatio sive permutatio rata permaneant et inconvulsa, nostrum et ecclesie nostre prefate sigilla presentibus litteris sunt appensa. Acta sunt hec Monasterii in domo decani sancti Martini multis probis viris presentibus a. D. M^o.CC^o.LXX^o. Kalendis Julii.

Nur das Siegel des Domcapitels ist erhalten.

861.

* B. Gerhard bezeugt, dass das Kl. Marienborn von Gozwin von Nottuln ein Erbe im Kirchspiel Billerbeck gekauft habe. 1270 Juli 7. Coesfeld. — Orig. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archive; Abschrift im Copiar des Klosters p. 7.

Gerhardus etc. notum facimus, quod Gozwinus dictus de Notlon miles, Margareta uxor eius et Hinricus filius eorundem constituti in nostra presentia mansum situm Hellen¹⁾ in parrochia Birebeke, dictam Bernolfin, quem idem miles cum quinque hominibus pertinentibus ad mansum eundem abbatise et conventui monasterii sanctimonialium in Cosvelde decem et novem marcis numerate sibi pecunie, cum consensu predictorum, venditione legali vendiderat, libere et absolute insimul resignarunt etc. Acta sunt hec Cosvelde presentibus Arnolde et Adolfo ipsius loci plebanis, Richardo in Varlare cellerario; item Wetcelo de Lembeke, Johanne pincerna, Hinrico de Keppelle, Thiderico et Gotscalco de Hec et Johanne dicto Bever militibus, Arnolde Sculinc iudice et pluribus scabinis Cosveldensibus, Hermanno de Mervelde et aliis conpluribus a. D. M^o.CC^o. septuagesimo, nonas Julii.

Das Siegel ist nicht erhalten.

862.

Der Graf²⁾ von Arnsberg gibt dem Ritter H. von Hovete das Eigenthum des bei Derne gelegenen Hofes Cumpe. Acta sunt ista coram Godefrido milite dicto de Husen, qui illo tempore sedem et locum dingravii tenebat. Presentes erant Ghodefridus miles de Werne, Randolfus miles dictus Hake, Meinricus de Bruchusen, Lubertus de Haghen, Hinricus de Werne, Ghiselerus de Wichlo, Gervasius Pogth, Hinricus Sprege et suus frater etc. Datum apud Unna feria sexta in divisione apostolorum MCCLXX. (Juli 18.) — Abschr. Msc. II. 45. p. 262; gedr. Kindlinger Beitr. III. U. p. 210.

863.

Indem der päpstliche Nuntius Bernardus de Castaneto am 23. August 1270 gegen die Grafen von Jülich und Geldern wegen der fortdauernden Gefangenhaltung des Erzbischofs Engelbert von Cöln einen geschärften Bannspruch erlässt, verhängt er auch über Bischof Gerhard von Münster geistliche Strafen. Er sagt: Monasteriensem quoque episcopum, qui sub iuramenti prestiti debito a nobis receperat in mandatis, ut toto posse suo et bona fide faceret et curaret, quod dictus Coloniensis archiepiscopus, cuius captioni interfuit, liberaretur, cum in hoc procurando negligentiam suam deprehenderimus manifeste, excommunicationis sententia scriptis presentibus innodamus, terram suam supponentes ecclesiastico interdicto. — Lacomblet II. Nro. 604. — Am 16. April 1271 war der Erzbischof seiner Haft entlassen. Lacomblet II. Nro. 607.

864.

* Ritter Bernard von Daverenberg bekundet, dass der Ritter Conrad von Tullinchove und seine Söhne Conrad, Jacob und Gerhard den Bruno von Immecampe als Wachszinsigen an das Kloster Kappenberg zu Händen des Cellerars Conrad gegeben und sich für die Zustimmung ihres Sohnes resp. Bruders Gotscalc zu dieser Handlung verbürgt haben. Testes: Gotscalcus de Ascheberg et Fredericus de Lire. Datum a. D. MCCLXX, quarta feria ante Michaelis. (Septemb. 24.) — Abschr. Msc. II. 45. p. 171.

¹⁾ Bauerschaften Ost- und West-Hellen. — ²⁾ „Ludwig“ nach dem in Kindl. Handschriften l. c. abgezeichneten Siegel.
Westfäl. Urk.-Buch. III. A.

865.

* *Sühne zwischen Bischof Gerhard und Hermann von Schonebeck. 1270 October 28. Münster. — Abschr. Msc. I. 4. p. 51; Copie nach dem Original* ¹⁾ *Msc. IV. 5. p. 164.*

Noverint universi presens scriptum inspecturi, quod huiusmodi discordia, que olim inter venerabilem dominum Gerardum episcopum et eius ecclesiam Monasteriensem ex una parte, et Hermannum dictum de Sconenbeke ex altera orta fuerat, per compositionem solidam taliter est sedata. Videlicet quod idem Hermannus ad redditus quatuor marcarum, quibus ipsum nomine castrensis feodi ipse dominus episcopus iure investivit hereditario, redditus comparabit marcis quadraginta in prediis de propria sua pecunia; quos redditus simul cum molendino in Wedelinc de ipsius domini episcopi manibus nomine feodi castrensis recepit. De quo quidem feodo ipse Her. et sui postmodum successive heredes facient in castro Dulmene residentiam personalem. Dictos tamen quatuor marcarum redditus liberum erit ipsi domino episcopo vel cuilibet eius successori redimere XL marcis in predictum castrense feodum convertendis. Item aream quondam castelli in Wedelinc, in quocunque consistit spatio, dictus Her. seu Thidericus miles pater eius vel quicunque eorundem heres nullo umquam tempore quovis edificio occupabunt, sed ipsa area, spatio molendini excepto, libera debet manere perpetuo domino episcopo Monasteriensi et sue ecclesie, nichilque fiet in ea omnino sine speciali et expressa licentia eorundem. Item prefatus Hermannus nulli ecclesie Monasteriensi prelado seu canonico vel cuicunque alii clerico sive laico Monasteriensi civitatis aut diocesis debet inferre molestiam vel gravamen, nisi ad hoc deveniat in forma iuris, eius ordine coram dicto domino episcopo observato. Item prefati Thidericus et Hermannus eius filius perpetuo permanebunt in obsequio domini G. Monasteriensi episcopi contra quemlibet et quoslibet, excepto solo domino Engelberto ecclesie Coloniensis archiepiscopo quantum ad ipsum militem super pacto, quod ipse ad certos annos ante hec tempora fecisse dicitur domino archiepiscopo antedicto. Formam igitur compositionis premissa, tam in presenti scripto contentam, quam etiam in pluribus aliis non scriptis articulis sed tamen verbotenus recitata, nos prefati videlicet Hermannus principaliter iuramento et fide et Thidericus fide tantum corporaliter prestitis constanter servare promisimus in eius articulis universis. Consequenter quoque post nos de ipsa compositionis forma inviolabiliter servanda dedimus ad manus predicti domini nostri episcopi et eius ecclesie fideiussores subscriptos, videlicet Hermannum de Langen, Rembertum de Stochem, Albertum dapiferum, Suetherum de Monasterio, Nycolaum de Ryst, Wolterum de Buustorpe et Hinricum dictum Vlome milites, item Hermannum de Arnhem, Godfridum de Kothen, Florentium, Wichboldum et Hermannum de Lare et Adolfum de Wyk. Qui omnes et singuli fideiubentes in solidum fide data promiserunt, quod nos formam compositionis predictae in omnibus observare efficient, alioquin ipsi civitatem Monasteriensem ad iacendum, ut vulgus dicit, intrabunt non inde recessuri, donec formam compositionis servemus in omnibus cum effectu. In evidens igitur testimonium premissorum presens pagina nostrum, predictorum Hermanni de Langen, Thiderici de Sconenbeke, Remberti de Stochem et Alberti dapiferi militum sigillis pariter est munita. Ego insuper Thidericus sepedictus miles profiteor me fideiussorem existere pro prefato filio meo Hermanno in eo quod ipse formam memorate compositionis observet. Acta sunt hec sollempniter Monasterii in domo prepositi Monasteriensi multis probis viris ibidem presentibus, anno D. M^o. CC^o. septuagesimo in die Symonis et Jude apostolorum.

¹⁾ Dasselbe wurde 1811 beim Verkauf des Amtes Schonebeck ausgeliefert und befindet sich jetzt wohl im Besitz Sr. Durchlaucht des Herrn Fürsten von Croy.

866.

* *Dietrich von Elen verkauft ein Erbe an das Ägidii-kloster zu Münster. 1270 December 14. Billerbeck. — Or. Kl. Ägidii U. 38; Abschr. Msc. I. 81 p. 182.*

G. Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus. Omnibus presens scriptum visuris notum esse cupimus, quod constitutus in nostra presencia Thidericus de Elen publice confessus extitit, quod ipse mansum quendam situm Buckestorpe ¹⁾ in parrochia Notlon, qui olim Godefridi de Elen nuper absque herede defuncti fuerat, legaliter vendidit monasterio sancti Egidii Monasteriensis quadraginta marci numerate sibi pecunie. Mansum quoque eundem cum universis eius attinentiis simpliciter et absolute resignavit, ad id se nichilominus obligans per fideiussores subscriptos, videlicet Ludewicum de Woltthorpe, Hermannum et Gerhardum fratres de Bermetvelde et Fredericum de Witherden milites, quod Ludolfum dictum Vinke et quoscunque alios, si qui sunt in ipso manso coheredes, ad nostram infra annum et diem efficiet venire presentiam, et abrenuntiare ibidem simpliciter omni iuri, siquid ipsis vel alicui ipsorum competebat, vel quoquo modo competere poterat in manso prefato. Alioquin fideiussores predicti, quemadmodum ipsi in nostris, Thiderici de Sconenbeke et Alberti dapiferi militum et Gerungi officialis nostri simul manibus fide data promiserunt, intrabunt Monasterium, et inde non recedent, donec dicto monasterio plene satisfactum fuerit de premissis. Acta sunt hec apud Bilrebeke a. D. M.^oCC^o. septuagesimo, die dominica adventus Domini qua cantatur Gaudete.

Das Siegel ist abgefallen.

867.

* *Nähere Bestimmungen in Betreff mehrerer im Kl. Kappenberg gegründeter Memorienstiftungen. 1270. — Or. Fr. Münster U. 143.*

Arnoldus Dei patientia prepositus in Capenberg, Ericus prior, Albertus supprior, Bernhardus custos, Otto cellerarius totusque conventus Capenbergensis ecclesie. Omnibus hoc scriptum intuentibus tam presentibus quam futuris fratribus et officialibus in ecclesia nostra Deo imperpetuum famulantibus notum esse volumus et tenore presentium firmiter protestamur cum iureiurando et anathemate tam in presentes quam in posteros nostros devolvendo, quod Johannes et Theodericus fideles ecclesie nostre amici, pro remedio animarum suarum, predia quedam specialia per manus Bernhardi custodis ad usus suos pro beneplacito eorundem, quoad viverent, sub tytulo ecclesie nostre sibi comparari fecerunt, que videlicet predia in presenti pagina placuit nominari, videlicet: maiorem decimam in Alsteden excepta illa parte medietatis que spectat specialiter ad conventum, preterea aliam decimam ibidem de tribus domibus, mansum in Horstmere, duas domos in Ederinchusen ²⁾ cum suis colonis et attinentiis universis, curtim Brewinchof, duas domos in Evelincampe cum colonis curtis et domorum earundem cum universis suis attinentiis in villa Werne et extra constitutis. Cum igitur tam religiose voluntati omni beneficio spirituali ac temporali nos deceat obviare et ipsorum constitutionem firmiter observare, placuit universitati nostre presentibus litteris annotare, quid de bonis istis et prediis predictis post obitum ipsorum pro memoria perpetuali animarum eorundem agere debeamus. Constitutum est itaque et firmiter observandum, ut ipsis a vita decedentibus prefata bona, prout nominatim expressa sunt, in officium cellerarii omnimodis redigantur et idem cellerarius tempore constituto conventui et communioni ad communem refectioem specialiter istud addat, videlicet in natali domini in emptionem piscium quatuor solidos, similiter in purificatione et annuntiatione beate Marie, in die palmarum, in die pasche, in die penthecostes, in assumptione beate Marie et in festo omnium sanctorum quatuor solidos singulis festis predictis in emptionem

¹⁾ Bauerschaft Bukstrupp im Süden des Kspls. Nottula. — ²⁾ Vgl. U. Nro. 868—870.

piscium. Item in aliis festis, videlicet in die beati Christofori martiris, qui agetur in crastino beati Jacobi apostoli cum missa sollempni in conventu, in festo undecim milium virginum, in festo beate Katherine virginis et martiris, in festo beati Nycholai episcopi et in dedicatione altaris, quod dedicatum est in honore beati Nycholai, Christofori et Katherine, in hiis quinque festis fiet emptio piscium trium solidorum et dimidia mensura vini melioris dabitur communioni. Item in transfiguratione Domini nostri Jesu Christi, que celebrabitur sexto Kalendas (*sic!*) Augusti, celebrabit conventus missam sollempniter, que continetur specialiter in missali, unde habebit duos solidos ad emptionem piscium et sex sextaria vini. Item placuit sepepredictis amicis nostris et nobis, ut de sepepredictis prediis semel in anno videlicet in crastino Marci evangeliste memoria omnium fidelium defunctorum cum vigiliis novem lectionum et maiori commendatione fideliter peragatur. Ipso die procurabitur communioni emptio piscium decem et octo solidorum cum plena mensura vini melioris et pane triticeo. Item pro memoria cuiusdam Lüdewici et Gerthrudis ac parentum ipsorum amministrabit cellerarius in vigilia omnium sanctorum emptionem piscium quatuor solidorum et dimidiam mensuram melioris vini de manso Radolfi in Alsteden. Item in memoria cuiusdam ¹⁾ quando occurrerit dabitur communioni ama vini melioris. Item de bonis Scmikencdorpe et Coten dabitur communioni in memoria Lüdolfi militis de Boyne et uxoris sue Methildis et parentele eorundem primo die anniversarii ipsorum emptio piscium decem et octo solidorum cum plena mensura vini melioris et pane triticeo, in septimo vero et tricenario eiusdem memorie dabitur communioni plena tantummodo mensura vini melioris. Item in vigilia beati Thome apostoli de predictis bonis dabitur communioni plena mensura vini melioris pro memoria Alexandri militis de Sendene et uxorum suarum Hereburgis et Hathewigis. Item de bonis Johannis et Theoderici predictorum ad tres minutiones conventus ad primam refectionem cuilibet choro dabuntur duodecim denarii et tria sextaria vini melioris. Si quis vero officialis istam universalem constitutionem ex negligentia et tepore minuere, vel omittere hanc amministrationem presumpserit ex aliqua parte, sciat se sententiam excommunicationis iam latam a prelato et ecclesie nostre sacerdotibus universis omnimodis incurrisse, et nomen eius de libro fraternitatis nostre nec non etiam de libro vite penitus abolendum. Datum a. D. M. CC^o. septuagesimo. Ut autem hec rata et inconvulsa permaneant, presentem paginam sigillis, nostro speciali et communi conventus, duximus roborandam. Huius rei testes sunt: Herimannus, Wichbertus, Rembodo, Godefridus, Dethardus, Gerhardus, Heindenricus (*sic*), Giselerus, Drubertus, Thomas, Heinricus, Lambertus, Bruno, Herimannus, Hartlevus et Hugo sacerdotes et alii quamplures.

Bruchstücke von den Siegeln des Propstes und des Convents sind noch vorhanden.

868.

Rudolf von Meinhövel verkauft dem Stifte Kappenberg verschiedene Güter und Eigenbehörige. 1270. — Hier nach Erhard's Abschrift des Or. im Gr. Archive zu Kappenberg; Copie Msc. II. 45. p. 165; gedr. Niesert U.-S. II. p. 449.

Nos Rodolfus miles de Menhovele tenore presentium protestamur coram universis presentibus et futuris presentem litteram inspecturis, quod nos, accepta summa denariorum centum et LXX^a marcarum ab ecclesia Capenbergensi, curtem que vocatur Brewinchof²⁾ et duas domos in Evelincampe cum adiunctis casis et areas in Werne speciale et proprium iudicium habentes de testamento vel hereditate relicta defuncti alicuius in eisdem areis, sicut ad nos a progenitoribus nostris est devolutum, insuper et agros in Smikincdorpe et homines proprios in Bochem commorantes, colonum unum cum uxore et filiis, et quicquid in parochia Werne bone memorie Fridericus miles frater noster vel etiam in ipsa villa ratione predictae curtis possederat, quod ad nos post decessum ipsius specialiter pertinebat, cum consensu et manuali resignatione uxoris mee domine Berthe, que tunc sine liberis fuit, ac fratrum nostrorum Herimanni canonici Monaste-

¹⁾ So die Urkunde. — ²⁾ Schulze Breving, Bauersch. Evencamp, Kspl. Werne.

riensis et Godefridi laici, resignavimus in manus Ottonis cellerarii et Bernardi custodis ad perpetuam Capenbergensis ecclesie possessionem, sub testimonio proborum virorum, quorum nomina sunt subscripta: Wicholdus prepositus sancti Mauritii Monasterii, Drubertus plebanus in Werne et Thomas capellanus ibidem, Herimannus patruus noster de Daverenberg, Theodericus de Borc, Fridericus de Lunen, milites; Ludolfus et Conradus fratres de Metlere, Fridericus Rulle, Christianus de Wischelo, Heinricus Horic et alii quamplures. Postea brevi tempore revoluto, personaliter venientes ad ecclesiam Capenbergensem, et coram nobili viro domino Engelberto comite de Marcha comparentes, prefatam curtim cum attinentiis nominatis ibidem resignavimus iterato, presentibus et nostram resignationem recipientibus prefato comite domino Engelberto et preposito eiusdem loci domino Arnolde et universo conventu. Item in synodo generali de proximo tunc instanti, ad ecclesiam Monasteriensem occurrentes, sepedictam curtim Brewinchof cum attinentiis suis universis, tam in hominibus propriis quam in censu et omnibus que supra exposuimus, presentibus iterum patruo nostro predicto et fratribus nostris iam prescriptis, resignavimus ius feudale, quod hactenus habuimus a prefato domino comite de Marcha, in manus ipsius et unici filii sui Everhardi, ea prescriptione, ut ibidem ecclesie Capenbergensi in liberam possessionem perpetuo conferretur, quod et factum est, presentibus viris pluribus discretis et honestis, quorum hec sunt nomina: Herimannus decanus, Godefridus custos, canonici Sosatienses; Theodericus de Sconebeke, Everhardus de Wittene, Bernardus de Capellis, Fridericus de Daverenberg, Godefridus de Hovele, Theodericus Volenspit, Albertus Clot, Everhardus de Hesne, Wescelus de Galen, Conradus de Mechlen, Gerlacus Ruphus, Sibertus Norendin, Otto Alant, Engelbertus de Lon, milites; Everhardus de Lon, Arnoldus de Althena, Gerlacus de Harpen, Lambertus Foyge, Theodericus de Endeke, Johannes Brumerinc, Lambertus gogravius in Unnha, Heinricus Honesben, et alii quamplures. Ut igitur in posterum omnis calumpnia devitetur, et nullus de heredibus in Meinhovele ecclesiam Capenbergensem impetat in hoc facto, protestationem presentem sigilli nostri munimine duximus roborandam. Acta sunt hec anno Domini M^o.CC^o. septuagesimo.

Das mit weissen Fäden angehängte parabolische Siegel, einen leeren Schild mit einem Schildeshaupte darstellend, ist zerbrochen.

869.

* Der Graf Engelbert von der Mark überweist dem Stift Kappenberg die von Rudolf von Meinhövel und Adolf von Westwic verkauften Güter. 1270. — Hier nach Erhard's Abschrift der vollständigern Original-Ausfertigung im Gr. Kappenberger Archive; Abschr. der minder vollständigen ¹⁾ Msc. II. 45. p. 110; letztere gedr. Niesert U.-S. II. p. 463.

Nos Engelbertus de beneplacito Dei comes in Marcha omnibus hoc scriptum intuentibus salutem et cognoscere veritatem. Notum esse volumus presentibus et futuris, quod ad nos veniens Rodolfus miles de Meinhovele cum consensu uxoris sue domine Berthe, que tunc sine herede fuit, adiuncta sibi ²⁾ manu et voluntate fratrum suorum Herimanni canonici Monasteriensis et Godefridi layci, ac patruum eorumdem Herimanni militis de Daverenberg, accepta summa denariorum centum et LXX^a marcarum ab ecclesia Capenbergensi, curtim Brewinchof quam hactenus a nobis iure possederat feudali, cum universis attinentiis curtis eiusdem, videlicet duabus domibus in Evelincampe, et colonis prefate curtis ac domorum earundem et omni usufructu tam in casis quam in areis in villa Werne sitis, vel nemoribus, agris, pascuis, et quibusdam specialibus agris in Smikinchorpe constitutis, adiuncto quodam colono in Bochem cum uxore et filiis ac filiabus eiusdem, adiunctis etiam aliis hominibus qui dicuntur *Einlucke lude* in parrochia Werne constitutis, in manus nostras voluntarie ac benivole resignavit, ea prehabita ordinatione, ut nos prefatam cur-

¹⁾ Sie bezieht sich bloss auf die von Rudolf von Meinhövel verkauften Güter, und hat die unten angegebenen Abweichungen:
— ²⁾ „sibi“ fehlt.

tim cum omni usufructu predicto et hominibus, predictae ecclesie conferremus. Preterea ¹⁾ Adolphus miles de Westwic, acceptis centum et XXX^a marcis denariorum ab ecclesia Capenbergensi, venit ad nos, et adiuncta sibi voluntate et manu uxoris sue domine Ermendrudis ac universorum heredum suorum, domum in Ederinchusen, quam hactenus in beneficio feudali a nobis tenuerat, cum colonis et omnibus attinentiis et usufructu eiusdem domus, videlicet in casis, agris, nemoribus, pratis et pascuis, benivole in manus nostras resignavit, ea conditione, ut ipsam domum cum omnibus predictis memorate ecclesie conferremus. Cum igitur ad nos speciali sit gratia a progenitoribus nostris devolutum ²⁾, quod predictam ecclesiam pro ceteris ecclesiis diligamus et maiori diligentia ³⁾ promoveamus, de bona voluntate et mera liberalitate, cum consensu unici heredis nostri Everhardi et uxoris nostre domine Elisabeth comitisse, predictas possessiones ⁴⁾, videlicet curtim Brewinchof, duas domos in Evelinampe, domum etiam in Ederinchusen, cum colonis prefate curtis ac domorum earumdem, et universis attinentiis que suprascripta sunt, eidem ecclesie contulimus tytulo proprietatis perpetuo possidendas, quarum omnium proprietates ⁵⁾ ad nos iure hereditario pertinebat. Ne quis ergo in posterum super hac nostra donatione sepredictae ecclesie calumpniam audeat irrogare, placuit nobis presentem paginam bulle nostre munimine roborare, et ⁶⁾ subscriptionem proborum virorum et testimonium singulis partibus annotare. Hec sunt nomina testium de curti Brewinchof: Herimannus decanus, Godefridus custos, canonici Sosatienses; Herimannus de Daverenberg et Fridericus filius suus, Theodericus de Sconenbeke, Everhardus de Wittene, Bernhardus de Capellis, Godefridus de Hovele, Theodericus Volenspit, Albertus Clot, Everhardus de Hesne, Wescelus de Galen, Conradus de Mechlen, Gerlacus Ruphus, Sibertus Norendin, Otto Alant, Engelbertus de Lon, milites; Everhardus frater Engelberti militis de Lon, Arnoldus de Altena, Gerlacus de Harpen, Lambertus Foyge ⁷⁾. De domo in Ederinchusen testes sunt: Wilhelmus plebanus in Camene, Albertus notarius, Dethhardus capellanus abbatisse in Vrendeberg, Otto Alant et Engelbertus de Lon milites, Everhardus frater suus, Arnoldus de Altena, Henricus Franzois, Gerlacus de Harpen, Lambertus Foyge, Theodericus de Endeke, Lambertus gogravius in Unnha, Henricus Honesben, et alii quamplures. Acta sunt hec anno Domini M^o.CC^o. septuagesimo ⁸⁾.

Das mit weissen Fäden angehängte grosse kreisförmige mit einem Secret versehene Siegel des Grafen hat auf der Vorderseite einen einfachen Wappenschild mit dem geschachten Balken; in dem kleineren Rücksiegel einen ähnlichen Schild, worin aber über dem Balken ein wachsender Löwe hervorrägt.

870.

* Graf Engelbert von der Mark, de consensu domine Elizabet comitisse uxoris nostre et filiorum nostrorum Everhardi et Gerhardi ⁹⁾ *ignet dem Kloster Kappenberg ein Haus zu Thudinchusen und ein anderes zu Berchamene auf Resignation des Ministerialen Everhard von Heringe*. Testes: Bernhardus custos, Otto cellerarius eiusdem ecclesie fratres, Godefridus de Hovele, Gerhardus de Althena, Theodericus Volenspit, Adolphus de Weistwic, Randolphus dapifer milites; Lambertus gogravius, Henricus iudex, Lambertus Foye, Erenbertus frater suus, Lambertus de Velmede, Gerhardus de Barchusen et alii. 1270. — *Hier nach Erhard's Abschr. des Or. im Gr. Archive zu Kappenberg.*

¹⁾ Die ganze hier folgende Stelle, von „Preterea“ bis „conferremus“ ist weggelassen. — ²⁾ „Cum ig. ad nos a progenit. nostr. spec. sit gratia devol.“ — ³⁾ „et cum dilig.“ — ⁴⁾ Anstatt der hier folg. Stelle, von „videlicet“ bis „suprascripta sunt“ heisst es bloss: „cum universis que suprascripta sunt“. — ⁵⁾ „Que videlicet proprietates“. — ⁶⁾ Anstatt des Folgenden: „et — Brewinchof“ heisst es: „; cum subscriptione prob. vir. et testimonio eorundem, quorum hec sunt nomina“. — ⁷⁾ Hier folgen nun noch: „Theodericus de Endeke, Johannes Brumerinc, Lambertus gogravius in Unnha, Henricus Honesben, et alii quam plures“; dagegen das Folgende, von: „De domo“ bis „quamplures“ fehlt. — ⁸⁾ Ausserdem findet sich im Kappenger Archiv noch eine besondere Eignungsurkunde des Gr. Engelbert über die in der Bauerschaft Ehringhausen, Kspl. Werne, von Adolf von Westwic angekauften Güter. — Abschrift Msc. II. 45. p. 109. — ⁹⁾ Die Erwähnung Gerhard's ist um so auffallender, als Everhard in der vorhergehenden U. als „unicus heres“ bezeichnet wird. Vgl. Knapp Reg. Gesch. I. 356.

871.

Rodolphus de beneplacito Dei miles de Bozlar überträgt mit Zustimmung seiner Gemahlin Bertha seinen Hörigen Rutger von Bruchseterhusen dem Kloster Kappenberg als Wachszinsigen. Testes: Herimannus patruus noster de Daverenberg et Fridericus filius suus, Everhardus de Wittene, Theodericus de Sconenbeke, Bernhardus custos, Otto cellerarius canonici eiusdem ecclesie, Johannes villicus in Corede et Heinricus Horinch ¹⁾. Datum a. D. MCCLXX. — Abschr. Msc. II. 45. p. 166; gedr. Niesert U.-S. II. p. 470.

872.

Graf Otto von Ravensberg überlässt die Vogtei über das Stift Borchorst auf so lange den Burgmännern zu Steinfurt, bis dass der Erzbischof von Magdeburg die Edlen zu Steinfurt damit belehnt haben werde. 1270. — Gedruckt nach einer Abschrift des (im Fürstl. Bentheim-Steinfurt'schen Archive beruhenden) Originals bei Niesert U.-S. V. p. 51 ²⁾.

Otto comes in Ravensberg universis presentia visuris notum esse cupimus, (quod), quia nos ex maturo consilio amicorum nostrorum et animo voluimus, advocatiam in Borchorst porreximus castellanis virorum nobilium dominorum in Steinvorde, et si aliquem eorum decedere contigerit, pueris eorum eandem porrigere debemus sine feodo quod vulgariter dicitur herwede, et hoc tanto tempore, quousque tam nos quam domini Steinvordendes hoc efficere possimus, ut venerabilis dominus Magdeburgensis archiepiscopus dictam advocatiam, quam ab ipso tenemus, porrigat dominis Steinvordensibus prelibatis. Nos etiam Hatewigis comitissa literis presentibus protestamur, quod nos una cum dilectis pueris Hermanno et Ludewico hereditibus nostris veris resignavimus dictam advocatiam viris nobilibus dominis Steinvordiensibus amicabilem et de bona voluntate, nec de cetero unquam aliquid iuris in eadem impetere poterimus aut vindicare. Ne igitur nobis in posterum in huius facti evidentiam malignandi facultas concedatur, presentem cedula sigillo nostro roboramus. Acta sunt anno Domini M^o.CC^o.LXX^o. in loco et sub tiliä Timeren coram viris idoneis: viro nobili Ludolpho de Steinvorde morante in Yburg, Hinrico Vinken, Ottone de Haren, Hugone de Thedem, Godefrido de Herthe, Winando Dancevot, Gerardo de Wullen militibus; Godefrido de Nagel, Johanne de Slade et aliis quam multis.

873.

* Graf Otto von Ravensberg bekundet, dass sein Ministerial Hermann Grip mehrere Güter an das Kloster Marienfeld verkauft hat. 1270. — Or. Kl. Marienfeld U. 170; Abschr. Msc. I. 106. f. 8'; II. 77. p. 166.

In nomine Domini. Amen. Nos Otto comes de Ravensberg fidelibus universis huius scripti tenorem cognituris in perpetuum. Tempus fluit et mundus defluit et cum illis defluunt, quas mundus ordinat in lapsu temporis actiones. Ne labatur ergo cum tempore quod modo geritur, eternari debet memoria litterarum. Elucescat igitur tam presentibus quam futuris, quod Hermannus cognomento Grip noster ministerialis, acceptatis et acceptis octoginta marcis denariorum monete currentis in patria, legaliter vendidit ecclesie campi sancte Marie mansum unum qui appellatur Overwaterinc, et alium in villa Remese ³⁾ et insuper decimam unam iuxta ecclesiam predictam positam, in quietam et liberam possessionem ab ipsa ecclesia in perpetuum possidendam. Qui sane Hermannus, assumpto fratre suo Arnoldo uxoris et liberis

¹⁾ Bei Niesert I. c. fälschlich: „Hering“. — ²⁾ Früher hatte Niesert ib. IV. p. 327 den aus einer Abschrift geflossenen Abdruck bei Jung hist. Benth. C. D. p. 79 wiederholt und hierbei die Abweichungen einer neuern Copie vermerkt, welche unter Anderm im Datum das Jahr 1271 hat. — ³⁾ Bauersch. Remse, oben Nro. 852 Remesede genannt. Vgl. Nr. 156 u. 162.

suis, in oppido nostro Bilevelde accessit ad presentiam nostram cum eisdem et ibi coram multis viris probis et honestis publice protestatus est, vendicionem predictarum possessionum de communi eorum beneplacito processisse, et sic iam dictas possessiones ipse Hermannus cum fratre suo, uxoribus ipsorum et liberis in manus nunciórum ecclesie predictae coram nobis in eodem oppido resignavit. Ut igitur predicta in suo vigore perpetuitate stabili permaneant, presentem paginam exinde conscriptam sigilli nostri impressione et burgensium in Bilevelde cautum duximus roborare. Huius rei testes sunt: dominus Rotcherus Hadewich, Vescelus iudex, dominus Johannes rector ecclesie in Bilevelde, dominus Wescelus plebanus in Dorenberg, dominus Johannes miles de Rubo, dominus Regenbode Top et frater suus Henricus, Johannes Bars, Hermannus Inolf, Henricus Budel. Acta sunt hec anno Domini millesimo CC^o.LXX^o.

Die Siegel des Grafen und der Stadt Bielefeld sind gut erhalten. Das erstere hat als Rücksiegel einen Helm mit Helmzierde und Umschrift: GALEA COMITIS DE RAVENSBERCH. Letzteres stellt eine Mauer mit Zinnen vor, über welche sich zwei Thürme mit Zinnen erheben. In einem Ausschnitt unten an der Mauer ist ein herzförmiger Schild mit den Ravensberger Sparren.

874.

* Derselbe bezeugt die Verzichtleistung einer Bielefelder Bürgerfamilie auf einen Zehnten des Kl. Marienfeld. 1270. — *Or. Kl. Marienfeld U. 171. f. 132'*; *Abschr. Msc. I. 106. f. 132'*; *II. 11. p. 101*; *II. 77. p. 163.*

Nos Otto comes de Ravenesberg etc. Notum sit igitur omnibus, quod quidam Bernhardus Vunke civis in Bilevelde quosdam agros inpetiit ratione decime, qui appellantur Hagenlo et subiacent curti Urindorpe¹⁾; sed antequam causa super hiis mota fine debito decisa fuisset, ipse Bernhardus iuxta legem mortalium ad diem pervenit extremum. Post cuius mortem relicta eius nomine Margareta et quatuor filii eius videlicet Hermannus, Hartwicus, Bernhardus et Gerlacus causam a patre inchoatam sed nondum terminatam prosequentes, tandem ad hunc finem eandem causam perduxerunt, ut omnes predicti coram iudice Wescelo presidente iudicio in Bilevelde actioni sue renunciarent et nichil se iuris in agris predictis habere dicerent nec habuisse. Nos vero presentem paginam de rei veritate conscriptam sigilli nostri et burgensium in Bilevelde impressione cautum duximus roborare. Huius rei testes sunt: dominus Rotcherus Hadewich, Gerlacus de Borechbeke, Henricus de Asscen, Henricus de Spechtshart, Bernhardus pistor, Johannes de Hepen, Hartmodus pistor, Gerlacus Strephavere, Gerewinus de Bulte, Gerlacus de Slike, Levoldus Dives, Johannes de Oldendorpe, Albertus de Hurlehede et alii plures. Acta sunt hec anno Domini M^o.CC^o.LXX^o.

Beide Siegel ziemlich gut erhalten.

875.

* Marsilia von Bentheim entschädigt Gerhard und Mechtildis von Westerwinkel²⁾ für ihre Ansprüche auf die Güter Bernhard's von Drivorden³⁾ und überträgt die ihr als dessen Erbin zufallenden Güter auf die Johanniter Heinerich und Lubert von Drivorden zu Nutzen der Johannitercommende in Steinfurt. 1270 (1271) Januar 23. Münster — *Abschr. Msc. II. 13. p. 232* ⁴⁾.

In nomine Domini. Amen. Gerhardus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus universis presentia visuris et auditoris notum esse volumus tenore presentium protestantes, quod Gerhardus de Westerwinkele

¹⁾ „Uhrentrop“ westlich von Bielefeld. — ²⁾ Bei Herbern, Kr. Lüdighausen. — ³⁾ Bauerschaft nördlich von Schüttorf in der Grafschaft Bentheim. Im J. 1248 bezeugte Bernhard von D. eine Urkunde des Grafen Otto von Bentheim. Vgl. Nro. 488. — ⁴⁾ Ein nicht ganz richtiger Auszug aus dieser U. findet sich bei Niesert U.-S. V. p. 50.

famulus et Gertrudis uxor eius legitima cum eorum pueris Gerhardo et Bernhardo, Alexandro, Methilde, Sophia et Gesa, et Mechtildis soror Gerhardi de Westerwinckele predicti cum suis pueris Adolfo et Aleyde, et cum aliis omnibus eorum utrorumque veris et legitimis heredibus, quibuscumque nominibus censeantur, in nostra presentia coram iudicio et scabinis civitatis nostre Monasteriensis et aliis quam pluribus fide dignis recognoverint, quod ipsi cum domina Marsilia de Benthem relicta Ludolfi quondam de Rene militis omnia bona, que ad eos communiter ex morte domini Bernhardi de Drivorde dinoscebantur hereditario iure fore devoluta, in hunc modum ea conditione inter se divisisse, quod domina Marsilia antedicta pro suo libitu partem, que sibi in bonis predictis cedebat, simul et omnia bona sua paterna posset et deberet vendere, contribuere et divertere ad quoscunque et quibuscunque sibi placeret sine qualibet contradictione sive impedimento ipsorum seu omnium suorum heredum vel etiam suorum successorum. Quam conditionem ¹⁾ Gerhardus de Westerwinckele et Mechtildis sepe dicti et eorum utrorumque heredes acceptaverunt, scilicet quod ipsi id ipsum facere possent tam cum sua parte bonorum pretactorum, quam cum bonis suis paternis quibuscunque. Preterea recognoverunt se a predicta domina Marsilia LXIII marcas Monasteriensium denariorum integraliter recepisse, quorum denariorum Gerhardus et sui heredes predicti XXX marcas se percepisse fatebantur, Mechtildis vero et eius heredes XXXIII marcas; ex quibus denariis heredes Mechtildis prenominata partem suam confessi sunt se integraliter percepisse. Pro quibus denariis et pro predicta conditionata divisione ad hec se firmiter obligarant, quod ipsi nequaquam donationem sive venditionem, quam domina Marsilia sepedicta cum omnibus suis bonis facere vellet, nec deberent nec possent in aliquo impedire. Renunciaverunt igitur coram nobis et coram aliis supra dictis sponte; non coacti, libere et ex toto omni iuri quod ipsi videbantur habere seu in posterum eis vel eorum successoribus forte competere posset in omnibus bonis predictae domine Marsilie tam iure hereditario ad eam devolutis, quam etiam ab ipsis vel ab aliis emptis sive non emptis, ubicunque locorum sitis, mobilibus et immobilibus, que predicta domina Marsilia tunc habebat, scilicet in domo Molenkote, in domo Thorhaket, in domo Reynardi Reynrink in Drivorde ²⁾, in curia Sameren, in domo Marsilii tho Halteren ac in aliis omnibus bonis, quibus ipsa tunc temporis fruebatur vel in futuro fruitura foret seu habitura. Que quidem omnia bona et singula curiamque de Eipenhof, — que iusto venditionis titulo a Gerhardo de Westerwinckele et omnibus suis heredibus antedictis est vendita et cum elemosina fratris Henrici de Drivorde pro LX marcis monete predictae rationabiliter empta est et comparata denariis ipsis venditoribus plenarie persolutis, — quam curiam predictam de Eipenhof et omnia bona pretacta sive non tacta cum omnibus eorum appendiciis et attinenciis quibuscunque unanimi consensu et assensu una cum domina Marsilia coniunctis manibus supraportabant et conferebant libere et absque omni conditione in manus fratris Luberti de Drivorde et germani sui fratris Henrici ad perpetuos usus pauperum sacre domus hospitalis Jherusalem, per commendatorem et fratres domus Stenvordensis pro pura elemosina hereditario iure absque qualibet ipsorum aut suorum successorum aut heredum contradictione habenda et quiete perhenniter possidenda. Renunciaverunt insuper ore manu et calamo omnibus iuribus canonicis et civilibus tunc institutis seu in posterum instituendis et omni actioni, exceptioni, defensionis seu beneficio restitutionis in integrum, litteris impetratis aut impetrandis ius aut gratiam continentibus, et generaliter omnibus rebus, quibus huiusmodi collatio sive translatio vitari posset aut impugnari aut dictis fratribus in eisdem bonis cum omnibus eorum appendiciis aliquod preiudicium posset in posterum generari. Quibus peractis predicti fratres Lubertus et Henricus unam amam vini pro testimonio huiusmodi collationis sive renunciationis rationabiliter facte, ordine iuris in eisdem totaliter observato, antedictis iudicio et scabinis pro se et pro suo ordine contulerunt et in maioris assecurationis et firmitatis robur nos Gerhardus Dei gratia predictae ecclesie Monasteriensis episcopus ad rogatum partium utrarumque, prout ea vidimus et audivimus, huic presenti instrumento omnia premissa inscribi fecimus, quod in evidentiam et testimonium omnium suprascriptorum commendatori et fratribus sepe dicte domus Stenvordensis

¹⁾ „Qua conditione“ hat das Msc. — ²⁾ Niesert I. c. „Tor Hakel, Bemerink in Drivorde“.

Westfäl. Urk.-Buch. III. A.

nostro rostrique capituli sigillis tradidimus communitum. Datum anno Domini M^o.CC^o.LXX^o, decimo Kalendaris Februarii ¹⁾).

876.

Der zwischen dem Dechanten und den Canonikern zum h. Martin in Münster wegen eines Grundstücks in der Nähe des Minoritenhauses obwaltende Streit wird schiedsrichterlich beigelegt. 1270 (1271) März 12.

Münster. — Abschr. Msc. I. 71. p. 8; IV. 4. p. 178; gedr. Wilkens Stadt Münster p. 135.

Gerhardus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus. Omnibus presens scriptum visuris notum esse cupimus, quod huiusmodi questio, quam olim Wernerus ecclesie S. Martini Monasteriensis decanus suis in eadem ecclesia concanonice movere ceperat super quadam area sita Monasterii iuxta domum fratrum minorum, quam iidem canonici, licet ipsa specialiter pertinisset ad decanatum ipsius ecclesie, prout asseruit ipse decanus, vendiderant, taliter per discretos viros magistrum Lutbertum et magistrum Hinricum canonicos ecclesie nostre Monasteriensis ad hoc a dictis partibus arbitros sive amicabiles compositores cum consensu nostro electos perpetuo est sedata, videlicet quod idem decanus et sui post ipsum successores quicumque pro tempore fuerint tribus in anno temporibus, quando dividunt inter se in communi oblationes suas in trunco collectas, percipiet et percipient singulos duos solidos annuatim. Huius quidem arbitrii ordinationem, factam de nostro expresso consensu et placide a partibus hincinde receptam, gratam et ratam habemus scripto presenti confirmantes eandem. Ut igitur ipsa ordinatio rata perpetuo permaneat et inconversa, presentes litere tenorem continententes ipsius cum eo pariter, quod memoratus decanus duodecim denarios de dictis sex solidis ecclesie supradicte canonicis deputavit et assignavit perpetuo, ut inde vinum in die beati Gregorii pape ipsis propinetur presentibus, nostro, prefate ecclesie S. Martini et predictorum arbitratorum et ipsius decani sigillis insimul sunt munite. Acta sunt hec Monasterii in die beati Gregorii Pape, anno Domini M^o.CC^o.LXX^o.

877.

** Der Ritter Hermann von Münster verkauft dem St. Aegidienkloster ein Gut und verbürgt die Zustimmung seines abwesenden Bruders, des Domherrn Gerhard. 1270 (1271) März 24. Münster. — Or. Kl. Ägidii U. 37; Abschr. Msc. I. 97. p. 194.*

Gerhardus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus. Omnibus presens scriptum intuentibus notum facimus, quod constitutus in presentia nostra Hermannus miles dictus de Monasterio una cum uxore sua Gysla, Hermannus filio suo et Ludolfo fratre suo recognovit publice coram nobis, se vendidisse de consensu expresso predictorum hoc presentialiter confitentium curiam in Hohenbeke ²⁾ sitam in parrochia Oldenberge cum omnibus attinentiis suis, terris, pascuis, nemoribus, litoribus, videlicet Menhardo villico ipsius curie uxore sua et liberis eorumdem et duobus fratribus suis Johanne et Wescelo, et aliis quibuscunque iuribus, proprietatis iure . . . abbatisse et conventui monasterii sancti Egidii Monasteriensis pro septuaginta marcis Monasteriensis monete, recognoscens etiam hos denarios se totaliter recepisse. Quibus actis idem H. miles et cum eo uxor sua Gysla, Hermannus filius suus et Ludolfus frater eiusdem predicti publice in manus nostras et Anselmi prepositi monasterii sancti Egidii nomine . . . abbatisse et conventus predictorum resignarunt omne ius et iuris actionem, quod vel quam habebant vel habere poterant in supradicta curia vel eius attinentiis ratione presentis temporis vel futuri, constituens nichilominus fideiussores Hermannus miles predictus pro fratre suo Gerharde canonico Monasteriensi tunc absente, videlicet

¹⁾ Bischof Ludwig von Münster bezeichnet im J. 1316 in seinem dieselbe Angelegenheit betreffenden Documente obige Urkunde als „litteras . . . Gerhardi quondam episcopi Monasteriensis bone memorie ducis terre Westphalie“. Msc. II, 13, p. 233.

— ²⁾ Hohenbeck, südl. von Altenberge, im Kr. Burgsteinfurt.

Johannem dictum de Retho Frisie archydiaconum ipsiusque fratrem Gerlacum militem de Retho dictum Bitter, Wetzelum de Lembeke et Gerlacum dictum Bitter de Lapidea Domo milites, super eo quod idem Gerhardus canonicus, cum domum venerit, premissam curie et attinentium venditionem ratificans inviolabiliter observabit. Sicque per venditionem huiusmodi, resignationem et in possessionem missionem translata sunt, nobis mediantibus, possessio et dominium ipsius curie et attinentium in . . . abbatissam et conventum monasterii sancti Egidii memoratos. Ne vero premissa a quoquam in posterum valeant in dubium revocari, de consensu et ad petitionem contrahentium nostro et ecclesie nostre sigillis pariter cum sigillo ipsius Hermanni militis, quibus sigillis predicti coheredes Ludolfus scilicet Gysla et Hermannus filius eius sunt contenti, presens pagina communitur. Acta sunt hec in domo prepositure Monasteriensis presentibus hiis: Walramo preposito maiori, Fretherico decano, Renfrido thesaurario, Wilhelmo de Kessele et magistro Hinrico, canonicis Monasteriensibus, Anselmo preposito sancti Egidii, Herbordo presbytero; Wetzelum de Lembeke, Gerlaco de Retho et Gerlaco de Domo Lapidea dictis Bitter, Johanne de Hakenesch militibus; Johanne de Cleyhorst, Wilhelmo pistore civibus Monasteriensibus et aliis quam pluribus a D. millesimo ducentesimo septuagesimo, nono Kalendas Aprilis ¹⁾.

Die angeführten drei Siegel sind gut erhalten; das Hermann's von Münster zeigt einen herzförmigen Schild, auf dem mit punktierten Linien ein Balken abgetheilt ist.

878.

* Die Burgmänner von Stromberg bezeugen, dass Rotcher von Bökenförde ein Gut im Kirchspiel Oelde an das Kl. Marienfeld verkauft habe. O. J., aber nach Maassgabe der folgenden Urkunde kurz vor dem 1. April 1271. — Or. Kl. Marienfeld U. 174; Abschr. Msc. I. 106. f. 55'.

Nos Homerus de Ostenvelde et duo filii mei Ricquinus et Adolphus, Fredericus Hunderetmarc, Hermannus de Vulfhem castellani in Stromberg presentes fuimus, quando dominus Rotcherus de Bokenevorde de consensu uxoris sue Jutte et duorum liberorum suorum Ludolfi et Gerewini necnon et fratris sui domini Frederici vendidit fratribus de campo sancte Marie mansum unum in villa Westerwie cum asscriptitiis eiusdem mansi, videlicet pro viginti et novem marcis, et eundem mansum cum attinentiis suis in presentia nostra resignavit idem R. cum uxore et liberis et fratre suo predictis in manus nunciorum ecclesie prelibate ab ipsa in perpetuum possidendum. Dedimus etiam nos castellani fidem manualementem et assecurationem nunciis ecclesie predictae, quod quamprimum domini nostri Monasteriensis copia potuerit haberi, dominus R. cum predictis coheredibus suis eandem resignationem mansi coram domino episcopo faciet, ut pro sufficienti cautela presens emptio maneat inconvulsa. Acta sunt hec etiam presentibus domino Lutberto et Henrico sacerdotibus, Willehelmo Vresen et Ludolfo iudice in Bekehem et aliis pluribus, presenti nichilominus scripto castellanorum nostrorum sigilli appensione roborato.

Von dem Siegel der Burgmänner ist nur ein Bruchstück erhalten.

879.

* B. Gerhard überträgt dem Kl. Marienfeld das Eigenthumsrecht an vorerwähntem Gute. 1271 April 1. Stromberg. — Or. Kl. Marienfeld U. 174a; Abschr. Msc. I. 106. f. 55'.

Gerhardus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus. Omnibus in perpetuum presens scriptum visuris notum esse cupimus, quod Rotgerus de Bokenevorde ²⁾ miles qui mansum quendam situm Wester-

¹⁾ Das Copiar, so wie eine alte Aufschrift liest „1279, Kalend. Aprilis“, aber mit Unrecht, wie dies die Ausstellung dieser U. durch Bischof Gerhard, der 1272 starb, ergiebt. — ²⁾ Bökenförde, Bauersch. Bergeler, Kspl. Oelde.

wic ¹⁾ in parrochia Ulethe simul cum quatuor hominibus, videlicet femina inhabitante mansum eundem et eius duobus filiis et una filia, monasterio campi sancte Marie venditione legali proprietatis iure viginti et novem marcis numerate sibi pecunie vendiderat; uxorem suam Juttam simul cum duobus eorum filiis Rotgero et Ludolpho secum ad presentiam nostram adducens, qui omnes et singuli unanimi voluntate ratam et gratam habentes venditionem, quam ipse R. de predictis fecerat, ipsum mansum cum dictis hominibus et quibuscunque aliis ipsius mansi attinentiis et iuribus libere et absolute resignarunt, abrenunciantes pure et simpliciter omni iuri, quod in predictis omnibus competebat eisdem vel quoquo modo posset competere in futurum, proprietatemque prefatorum hominum et honorum nobis absolute et libere contulerunt. Nos quoque deinceps omnia supradicta memorato monasterio libere et absolute iure proprietatis contulimus possidenda. In evidens igitur testimonium premissorum et ut nullus eadem in posterum calumpniose violare attemptet, presentes litteras nostro sigillo fecimus communiri. Acta sunt hec in castro Stromberg sollempniter et confirmata ea sententia, que ad corroboranda talia dari consuevit, ibidem presentibus: Lutberto ipsius loci plebano, Ludolpho de Wernen, Omero de Ostenvelde, Gerharde de Quernen, Bertrammo de Walegarden et Wilhelmo Frisone militibus; item Lutberto de Beveren, Ricwino et Adolfo fratribus de Ostenvelde, Hermanno Hundertmarc et aliis compluribus anno Domini M^o.CC^o.LXXI^o, Kalendis Aprilis.

Das Siegel B. Gerhard's ist sehr gut erhalten.

880.

* *Ritter Conrad von Mechle genehmigt obigen Verkauf vor dem Richter zu Ahlen. O. J. — Or. Kl. Marienfeld U. 174b; Abschr. Msc. I. 406. f. 55.*

Nos Arnoldus iudex in Alen testimonium perhibemus presenti littera burgensium nostrorum sigillo roborata, quod dominus Conradus miles de Mechle et uxor sua Christina cum duobus liberis suis Rothchero et Conrado et aliis coheredibus suis coram nobis in forma iudicii iuri suo renunciaverunt et protestati sunt ratam se habere distractionem mansi cuiusdam in Westerwic, quem dominus Rothcherus de Bokenevorde vendidit fratribus de campo sancte Marie ab ipsis iure perpetuo possidendum. Huic rei presentes fuerunt Levoldus, Everhardus de puteo, Hermannus de foro, Henricus de Honsele, Johannes Holde Nicolaus Christianus, Johannes Coninc scabini nostre civitatis.

Das sehr bemerkenswerthe SIGILLUM BURGENSIVM IN ALEN OP. ist wohl erhalten.

881.

* *B. Gerhard überträgt dem Kl. Marienfeld ein von diesem angekauftes Gut bei Beckum. 1271 April 6. Beckum im bischöflichen Hause. — Or. Kl. Marienfeld U. 176; Abschr. Msc. I. 460. f. 40.*

Gerhardus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus. Omnibus presens scriptum visuris notum esse cupimus, quod constituti in nostra presentia Elyzabeth quondam uxor Johannis de Vrilinghusen, eius duo filii Johannes et Frethericus ac filia sua Gertrudis necnon et Levoldus de Dickenberg frater ipsius G. ²⁾ recognoverunt se publice bona sua mansum videlicet Geyslen ³⁾ situm circa medium ipsius ville in parrochia Bekehem dilectis in Christo religiosis viris . . . abbati et conventui monasterii campi sancte Marie nostre dyocesis vendidisse legaliter quinquaginta et sex marcis legalis monete numerate ipsis pecunie, con-

¹⁾ Dieser Name ist verschwunden, das Colonat heisst Holtenberg, südwestlich, aber ganz nahe bei Oelde. — ²⁾ So die Urk., wohl aber verschrieben statt E., Elyzabeth. — ³⁾ Bauersch. Geisler, Kspl. Beckum. Das Erbe selbst heisst jetzt Feldmann.

ferentes nobis simpliciter et absolute proprietatem dictorum bonorum et abrenunciantes omni iuri, quod ipsis competebat et competere poterat in bonis eisdem. Nosque proprietatem bonorum nobis collatam deinceps prefato contulimus absolute monasterio perpetuo possidendam. In cuius rei noticiam et munimen presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari. Acta sunt hec apud opidum Bekehem in domo nostra, presentibus: nobilibus viris Hermanno domino de Lippia et Ecberto de Benthem; item Ludolfo de Dalberne, Wilhelmo Frisone, Omero de Ostenvelde et Hermanno de Wolfhem militibus, Ricwino de Ostenvelde, Werencen, Ludolfo iudice, Johanne de Bekehem et scabinis loci eiusdem ac pluribus aliis, anno Domini M^o.CC^o. septuagesimo primo, VIII^o. Ydus Aprilis.

Das Siegel des Bischofs ist gut erhalten.

882.

* *Die Dompropstei verkauft behufs Beschaffung des Kaufpreises für das Amt Müssen eine Rente an das Domcapitel. 1271 April 11. — Abschr. Msc. I. 4. p. 287.*

In nomine Domini. Amen. Ut rerum gestarum veritas conservetur, nos Gerhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus presentia videntibus notum facimus, quod cum Walramus prepositus Monasteriensis officium Musne ¹⁾ comparasset et nos una cum capitulo Monasteriensi sibi in hoc, quod bona prepositure ad summam XL^a marcarum in eiusdem officii solutionem distraheret, expresse consentiremus, idem W. prepositus redditus XVIII^o solidorum capitulo vendidit et assignavit pro XX marcis, quas recepit et in solutionem dicti officii Musnen convertit, tali conditione, quod de predictis XVIII^o solidis, de redditibus et obventionibus tocius prepositure certis terminis dandis, ad celerarios qui pro tempore fuerint respectus perpetuus habeatur. Predicti vero XVIII^o solidi sic dabuntur, X solidi in anniversario predecessoris nostri Ottonis secundi Monasteriensis episcopi et VIII solidi in anniversario Petri Acoliti. In cuius facti testimonium presens cartula nostro, capituli nostri et prefati prepositi sigillis communitur. Datum a. D. M^o.CC^o.LXXI^o. sabbato in albis.

883.

* *Graf Dietrich von Cleve bestätigt Godfried von Gemen in dem Besitze eines Zehnten in Brünen. 1271 April 18. Monreberg ²⁾. — Or. im Besitz des Reichsfreiherrn Fr. von Landsberg-Velen.*

Nos Theodericus comes Clyvensis presentibus litteris protestamur, quod decimam in Brunen pater domni Goteфриdi de Gemene de patre nostro possedit iuste et legaliter et omnes antecessores sui eandem decimam a nostris progenitoribus possederunt et predictum domnum G. de ipsa decima in perpetuum gwarantamus. Datum Monreberg anno Domni M^o.CC^o. septuagesimo primo sabbato ante dominicam qua cantatur Misericordia Domni.

Das Siegel ist nicht erhalten.

884.

* *Ritter Godfried von Richenberge überlässt mit Zustimmung seiner Kinder Johann und Bertheydis dem Kloster Kappenberg, als Betrag einer theilweise von ihm und seiner Mutter Sophie, theilweise von seiner Grossmutter Bertheydis demselben gemachten Schenkung eine Jahresrente von 4 Solidis aus seinem bei Werne gelegenen Mansen (super Gest) mit der Verpflichtung für das Kloster, sein und seines Vaters Johann Jahres-*

¹⁾ Schulze zur Müssen, Bauersch. Müssingen, westlich von Warendorf. — ²⁾ Eine Burg des Grafen von Cleve. Vgl. Lacomblet II, Nro. 598.

gedächtniss später zu feiern. Unter dem Siegel seines Bruders des Burggrafen Conrad von Rechede. Presentibus domino Hinrico patruo meo, domino Conrado fratre meo, Herimanno et Godefrido patruelibus meis. 1271 April 14. — Abschr. aus dem Kappenberg Or. Msc. II. 45. p. 144.

885.

* B. Gerhard überweist der Dechanei zu St. Martini in Münster drei Mark jährlicher Einkünfte aus der Kirche zu Darup. 1271 April 24. Münster. — Abschr. Msc. I. 74. f. 9; Copie IV. 4. p. 153.

Gerhardus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus. Omnibus in perpetuum presens scriptum visuris notum esse cupimus, quod nos attendentes redditus decanatus ecclesie sancti Monasteriensis, quam speciali favore prosequimur, tenues valde et exiles existere, ipsi decanatu ecclesiam in Dothorpe cum eius attinentiis, accedente ad id capituli ecclesie nostre consensu, salvoque iure archydiaconi loci eiusdem, annectendam duximus, eo modo videlicet, quod collatione vicarie predictae ecclesie penes nos et nostros postmodum successores remanente, decano prefate ecclesie sancti Martini, quicumque pro tempore fuerit, tres marche de memorata annuatim dabuntur ecclesie. Unde idem deinceps decanus suis concanonicis, qui aliquanto prebendarum suarum detrimento non parcentes, ad creandum novam quandam in dicta ecclesia sua iuxta desiderium nostrum prebendam, decimam scilicet, benivoli et liberales fuerunt, cenam vulgariter dictam *mandatum*¹⁾, antea ibi de iure non habitam, et nichilominus sex solidos in die cene Domini, item in conversione Pauli pro decantanda in ipsa ecclesia nova ipsius conversionis beati Pauli hystoria quatuor solidos in perpetuum singulis annis debebit tantum corpore presentibus ministrare, salvo tamen manente iure suo in omnibus Wernero sacerdoti rectori moderno memorate ecclesie quoad vivet etc. Datum Monasterii VIII. Kal. Maii. Anno Domni M^o.CC^o.LXXI^o.

886.

Ritter Suether von Ringenberg schenkt mit Zustimmung seiner Miterben Suether, eines andern Suether, Hildegundis, Lisa, Ermengardis und Gertrudis das ihm erblich zustehende Patronatrecht über die Pfarrkirche in Brünen dem Kloster in Wesel unter der Bedingung, dass sein und seiner Gemahlin Hildegundis Jahrgedächtniss daselbst gefeiert werde. Act. et datum a. D. MCCLXXI. in die S. Walburgis (Mai 4.) presentibus: Godefrido capellano in Wesele, Heinrico de Spelle, Nicolao de Vorst militibus, Bernardo de Galen iudice et aliis. — Abschr. Fr. Münster U. 143c (s. XV.), und Msc. II. 4. p. 80; gedr. Lacomblet II. Nro. 609; v. Ledebur Archiv XII. p. 69.

887.

* Hermann von Ardey giebt den Dortmunder Bürgern Herbord von Suneborn und Thilemann von Ahusen die Äcker im Felde von Suneborn, die sie bisher von ihm zu Lehen — in libero feodo — hatten, zu Eigenthum — in meram proprietatem. Actum apud Hegeninchusen, in loco qui dicitur Rumbroke, anno Domini M^o.CC^o. septuagesimo primo, in crastino ascensionis Domini (Mai 15). Presentes fuerunt: Waltherus de Duleberge miles, Thidericus dictus Rode, Platere de Busenhagen et Thidericus frater suus, Gotfridus de Bruninchusen, Rabodo de Bruninchusen, Thidericus de Ahusen, Thidericus cerdo, gener Wiscelli carnificis, Thidericus dictus Gutkint de Unha, Johannes gener Volmari, Rutgerus Rufus, Hinricus de Harpene, Berwinus, Johannes de Holthusen, et alii quamplures. — Or. im Gräfl. Archiv zu Kappenberg.

¹⁾ Vgl. Ducange s. v. Mandatum. — In Betreff der zehnten Pröbende ist die U. Nro. 891 zu vergleichen.

888.

B. Gerhard bestätigt das Frauenkloster zu Wesel im Besitz des ihm von Suether von Ringenberg geschenkten Patronatsrechts der Pfarrkirche zu Brünen. 1271 Mai 28. — Abschr. Fr. Münster U. 143c; Msc. II. A. p. 80; gedruckt Binterim u. Mooren Rhein.-Westphäl. dipl. Cod. I. p. 322; vgl. Lacombl. II. Nr. 609 not. ¹⁾ und v. Ledebur Arch. XII. p. 70.

889.

* Der Ritter Hermann von Meinhövel wird für eine dem Kl. Kappenberg abgetretene, von ihm lehnsrührige Geldrente aus dem Gute Altenbork, von dem Vasallen Rother Rost anderweitig entschädigt 1271 Mai 28.

Davensberg. — Abschr. aus dem Kappenberger Or. Msc. II. 45. p. 170.

Nos Herimannus de beneplacito Dei miles dictus de Menhovele omnibus presentem literam inspecturis salutem. Notum esse cupimus presentibus et futuris, quod Rotherus dictus Rost de consensu fratris sui Herimanni et coheredum suorum quatuor solidos, quos hactenus habuerat a nobis in feodo in domo que dicitur Oldenbore ²⁾ ³⁾ annuatim assignantes ²⁾, nobis voluntarie resignavit, eo pacto ut eundem censum Capenbergensi ecclesie proprietatis titulo conferremus hoc tamen adhibito, quod de curti Rethovele in parrochia Datlen ⁴⁾ sita, que eosdem hereditarie contingit, nobis alios quatuor solidos proprie assignarent, ut eosdem iure allodii recipiant de manu nostra. Nos igitur predictam ecclesiam specialiter amplectentes et summopere diligentes, sepedictam pensionem videlicet quatuor solidorum de domo Aldenbore ²⁾ cum consensu uxoris nostre Gerthrudis et filiorum nostrorum Bernhaldi, Friderici et Hermannii libere et liberaliter contulimus eidem ecclesie iure proprietatis perpetuo possidendam etc. presentibus viris honestis, quorum nomina sunt subscripta, videlicet: Jordano capellano in Daverenberg, Lamberto sacerdote Capenbergense, Bernhardo de Capellis, Herimanno de Sendene, Heinricho de Selinkinc, Wescelo de Speccen, Hildrado de Bocholte militibus; Theoderico Borste et aliis quam pluribus. Datum in Daverenberg anno Domini M^o.CC^o.LXX^o. primo, in crastino Bede presbiteri.

890.

* Rother Rost verpfändet sein Gut Altenbork dem Kl. Kappenberg für 200 Mark. 1271 Mai 30. — Hier nach Erhard's Abschrift des Or. im Gräfl. Archive zu Kappenberg; eine andere Msc. II. 45. p. 58.

Gerhardus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus etc. Notum esse cupimus universis presentibus et futuris, quod Rotherus dictus Rost cum consensu fratris sui Herimanni et coheredum suorum, comparens coram nobis, domum in Aldenbore in manus honorabilis fratris nostri Engelberti comitis de Marca, nec non et Godefridi de Hovele, Gerhardi de Altena, Theoderici Volenspit militum astantium, et in manus Bernhaldi custodis et Ottonis cellerarii, vice totius ecclesie Capenbergensis predictam domum recipientium, dedit in pignore iure quod dicitur *orsaten* pro ducentis marcis, quatinus predicta ecclesia usque ad tempus redemptionis sepedicte domus omnem recipiat usufructum. Inhibemus igitur sub obtentu gratie nostre, ne quis in posterum prefatas personas super tali receptione coram nobis legitime perpetrata audeat irrite vel inpetere seu molestare, nisi per iusticiam super hoc aliquid potuerit adipisci etc. presentibus viris honestis quampluribus, quorum nomina sunt subscripta, videlicet: Bernhardo de Capellis, Hugone de Horne, Liwoldo de Mechelén, Herimanno de Sendene, Heinricho de Selinkinc, Ottone de Sendene et Ro-

¹⁾ Dessen Datum wir gegen die abweichenden Angaben der Abschriften und des Drucks hier recipirt haben — ²⁾ So die Abschrift. — ³⁾ Heute Schulze Altenbork, Kspl. Bork, Kr. Lüdinghausen — ⁴⁾ Kspl. Datteln im Vest Recklinghausen.

thero filio suo, Hildrado de Bocholthe, Wescelo de Specche et Conrado de Tullinchove militibus; Richardo cellerario in Varlare, Brunone tunc plebano in Alen, Druberto plebano in Werne, et Bertoldo camerario in Capenberg, et aliis quampluribus. Datum anno Domini M^o.CC^o.LXX^o. primo, in vigilia Petronille virginis.

Von dem Siegel ist nur ein Bruchstück übrig.

891.

* *B. Gerhard genehmigt die Gründung der zehnten Prébende an der St. Martinikirche zu Münster aus dem Vermögen des neuen Canonicus.* 1271 Mai 30. — *Abschr. Msc. I. 71. f. 49; Copie Msc. II. 8. p. 22; IV. 4. p. 218.*

Gerhardus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus. Omnibus presens scriptum intuentibus notum facimus, quod decanus et capitulum ecclesie sancti Martini in ecclesia sua, ubi prebendarum collatio ad nos et episcopum Monasteriensem, quicumque pro tempore fuerit, pertinere dinoscitur, nulla ibidem prebenda vacante, ad mandatum nostrum Hermannum clericum rectorem ecclesie in Wynterswic nostre dyoceseos pure et simpliciter in suum receperunt canonicum et in fratrem ad prebendam, quam cito se facultas offerret. Quo facto elapso aliquo temporis spacio, idem Hermannus canonicus cum amicis suis accedens ad decanum et capitulum predictos obtulit ibidem ecclesie beati Martini bona sua tam in prediis quam in parata pecunia ad valorem sexaginta marcarum Monasteriensis monete, supplicans humiliter, ut eadem bona sibi liceret in eadem ecclesia pro prebenda retinere. Decanus vero et capitulum iam dicti premissa gratanter acceptantes de pura et libera sua voluntate receperunt in se, quod de competenti prebenda per novam creationem tam de bonis premissis quam aliis redditibus ecclesie sue ipsi vellent secundum statutum aliarum prebendarum suarum liberaliter providere. Unde super hoc habito consilio de consensu communi decreverunt taliter, ut subsequitur, ordinandum. De premissis sexaginta marcis reliquerunt Hermanno canonico prefato triginta marcas ad emendum de eis redditus quos habebit pro corpore prebende sue, alias triginta marcas pro emendatione prebendarum suarum communiter deputantes. Preterea iidem decanus et capitulum ipsum Hermannum ad communes distributiones prebendarum suarum, sive consistant in annona vel in denariis qui vel dantur de trunco vel pro denariis memorialibus sive rectorialibus vel aliis quibuscumque, que inter alios canonicos eiusdem ecclesie distribuuntur, ex gratia liberaliter admiserunt. Sicque novam prebendam ex premissis redditibus, decimam videlicet, cum antea non fuerint ibidem nisi novem, novumque ius eiusdem prebende in ecclesia sua perpetuo ordinaverunt¹⁾. Nos vero huiusmodi ordinationem ratam et gratam habentes, auctoritate ordinaria confirmamus eandem et presentis scripti patrocinio communimus etc. Datum Monasterii anno Domni M^o.CC^o.LXXI^o. sabbato, quo cantatur Caritas.

892.

* *Bischof Gerhard von Münster weist die Ansprüche des Ritters Conrad von Rechede auf einen Zehnten, welchen die Kirche zum h. Martinus in Münster in den Pfarreien Lüdinghausen und Seppenrade seit Jahren besitzt und vom Ritter Gerhard von Olfen angekauft hatte, als nichtig zurück.* 1271 Mai 31. Münster. — *Abschr. Msc. I. 71. p. 43; Copie IV. 4. p. 197.*

¹⁾ „ordinantes“ das Copiar.

893.

* *Das Domcapitel kauft vom Marschall Conrad von Rechede den Grevinchof für seine Obediens Friesland.*
1271 Juni 17. Münster. — *Or. Fr. Münster U. 144; Abschr. Msc. I. 1. p. 272.*

Gerhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus. Omnibus presentia visuris notum facimus, quod constitutus in presentia nostra Conradus miles dictus de Rechethe, marscalcus noster, in domo prepositure Monasteriensis recognovit publice coram nobis se vendidisse de consensu uxoris sue Elyzabeth et heredum suorum, Johannis videlicet filii sui, Elyzabeth et Regelandis filiarum suarum, curiam suam in Amelincburen ad ipsum proprietatis iure pertinentem, que Grevinchof¹⁾ dicitur, cum omnibus attinentiis suis . . . decano et capitulo ecclesie nostre Monasteriensis ad obedientiam, quam nunc tenet Theodericus de Bissenthorpe canonicus Monasteriensis pro obedientia Frisie, pro LXXX^a et septem marcis Monasteriensis monete, resignans in manus nostras libere et absolute omne ius quod in dicta curia et attinentiis sibi competebat vel competere poterat quoque modo. Postmodum vero apud Larrebroke uxor sua Elyzabeth predicta, Johannes filius, Elyzabeth et Regelandis filie eorundem predicti resignaverunt in manus nostras publice omne ius, quod in memorata curia et attinentiis ipsis competere poterat ratione presentis temporis vel futuri. Constituerunt nichilominus predicti fideiussores, videlicet Albertum dapiferum, Hermannum de Porteslere, Sybertum Norendin, Hermannum et Gerhardum fratres de Bermetvelde et Everhardum dictum Vrigdag milites, item Johannem de Stumpenhusen pro evictione et quod de dicta curia et attinentiis plenam, quamdiu vixerint vel aliquis ex eis superstes fuerit, warandiam prestabunt vel prestabit ille qui vixerit in iure coram quocumque iudice competenti. In cuius rei testimonium tam nostro quam predicti Conradi sigillis presens pagina communitur. Datum Monasterii XV Kalendas Julii a. D. millesimo ducentesimo septuagesimo primo.

Die beiden Siegel fehlen.

894.

* *G. Bischof von Münster tauscht seine bisherige Ministerialin Jutta Tochter des Ritters Lubert von Beveren an die Äbtissin zu Essen aus gegen Mechtildis Tochter des verstorbenen Ritters Winemar v. Grintberge.* 1271 Juli 4. — *Abschr. Msc. II. 117. p. 4.*

895.

* *Der Edle Conrad von Velen resignirt in die Hände Bischof Gerhard's einen von ihm lehnrübrigen Zehnten in Ottmarsbocholt u. Darup.* 1271 Mitte Juli. — *Abschr. Msc. I. 61. f. 4.*

Ego Conradus nobilis vir, dictus dominus de Velen. Omnibus presens scriptum visuris notum esse cupio, quod Albertus de Witherden decimam quandam annuatim (solventem) decem solidos et duos denarios ex curte Oetmersbocholte et ex quatuor²⁾ mansis in parrochia ecclesie in Dothorpe sitis, quam ipse in feodo tenuerat a me, qui ipsam decimam immediate ab ecclesia Monasteriensi eodem iure tenueram, in meis manibus libere et absolute resignavit. Ego quoque consequenter ipsam decimam in manibus domini mei Gherhardi episcopi Monasteriensis simpliciter et absolute scripto presenti resigno, omni iuri, quod in ipsa michi competebat vel quoquomodo competere poterat, abrenuntians absolute, petensque dominum meum prefatum episcopum, ut de dicta decima dignetur facere desiderium Themonis canonici veteris ecclesie sancti Pauli Monasteriensis sui notarii, qui cum decimam memoratam³⁾ in feodo a predicto Alberto teneret,

¹⁾ Im Kirchsp. Amelsbüren finde ich eine Ortschaft Grevinghof nicht, wohl aber im Kspl. Albersloh. — ²⁾ „quinque“ in der Urk. Bischof Gerhard's v. 14. August 1271. unten Nro. 897. — ³⁾ „decima memorata“ das Copiar.

dati quatuor marcis procuravit eandem decimam modo supradicto resignari. In cuius rei noticiam presentes literas meo sigillo munitas, idem etiam Albertus procuravit sigillo opidi Cosveldensis, quia ipse non habebat proprium sigillum, sigillari. Acta sunt hec a. D. M^o.CC^o. septuagesimo primo circa medium mensis Julii.

896.

B. Gerhard verlegt in die vom Drostem Albert bewohnte Burg in Lüdinghausen das bisher von demselben in Dülmen innegehabte Burglehn und ordnet die Verhältnisse dieser Burg ¹⁾. 1271 Juli 26. Im Lager vor Lüdinghausen ²⁾. — Or. Fr. Münster U. 145; Abschr. Msc. I. A. p. 55; gedr. Zeitschr. XIX. p. 343 ³⁾.

Gerhardus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus. Omnibus in perpetuum presens scriptum visuris notum esse cupimus, quod inter nos et nostram ecclesiam ex una parte, et Albertum militem dapiferum nostrum ex altera talis de communi nostrorum hinc inde consilio super castro in Ludinchusen, quod idem dapifer inhabitat, ordinatio intercessit, videlicet quod ipse Albertus et sui heredes hoc castrense feodum, quod ipse et progenitores ipsius in castro Dulmene hactenus habuerunt, ex nunc in antea adiunctum prefato castro in Ludinchusen habere debebunt, servaturi nobis et nostre ecclesie ipsum castrum perpetuo hoc modo quo vulgariter *to lethegenhus* dicitur contra quemlibet de mundo hominem nullo excepto. Insuper quoque tres alios in eodem castro statuemus castellanos hereditarios, assignatis cuilibet eorundem quinque marcarum reddito nomine castrensis feodi, qui simul cum dicto Alberto nobis et ecclesie nostre fidelitatis sacramentum prestabunt de servando nobis et nostre ecclesie memorato castro iure nostro et nichilominus dicto Alberto iure ipsius, hoc modo videlicet, quod si nos vel aliquis noster forte successor ipsum Albertum vel eius heredes contra iusticiam exhereditare, quod absit, vellemus, tunc quidem ipsum castrum eidem Alberto vel heredibus suis servabitur donec de tali iniuria gratiam consequatur. Preterea in castro sepedicto nostra ecclesia tres personas alias, capellanum scilicet portenarium et vigilem, in suis expensis perpetuo procurabit. Ordinationi vero antedictae talis intercessit conditio, videlicet quod, si quocumque casu contingente castrum destructum fuerit antedictum, memoratus dapifer vel heres suus recuperabit supradictum castrense feodum quod a castro Dulmene antea habebatur. Ut igitur ordinatio antedicta perpetuo rata permaneat et inconvulsa, presens pagina nostro et ecclesie nostre ac dapiferi sepefati sigillis penitus est munita. Actum sollempniter in castris apud Ludinchusen a. D. M^o.CC^o. septuagesimo primo, septimo Kalendas Augusti ⁴⁾.

Nur das Siegel des Bischofs ist erhalten.

897.

B. Gerhard überträgt dem Capitel des alten Doms zu Münster den vom Edlen Conrad von Velen resignirten Zehnten ⁵⁾. 1271 August 14. Lüdinghausen. — Abschr. Msc. I. 61. f. 4; IV. 2. p. 242; gedr. Niesert U.-B. I. 1. p. 329.

Gerhardus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus. Omnibus in perpetuum presens scriptum visuris notum esse cupimus, quod constitutus in nostra presentia nobilis vir dominus Conradus de Velen

¹⁾ Jetzt Haus Vischering nördlich vor Lüdinghausen, wohl zu unterscheiden von der alten Burg in der Stadt, die damals Hermann von Lüdinghausen besass, und von der Burg Wolfsberg im Süden der Stadt, die sein Bruder Bernard „dictus Lupus de Ludinchusen“ inne hatte. — ²⁾ Vgl. Meno I c. p. 186 „Gerardus — qui castrum in Ludinghusen destruxit propter eorum rapinas“. — ³⁾ Wegen der Wichtigkeit der Sache hier wiederholt. — ⁴⁾ Die Urkunde wird noch 1364 Decemb. 8. erneuert. — ⁵⁾ Vgl. die U. oben Nro. 895.

decimam quandam, decem solidos et duos denarios de curte in Oetmersbochulte et de quinque mansis sitis in parochia ecclesie in Dothorpe annuathim solventem, quam immediate a nostra ecclesia ipse et ab ipso deinceps Albertus de Witherden, et ab Alberto deinde Themo veteris ecclesie sancti Pauli Monasteriensis (canonicus) in feodo gradatim tenerant, in nostris libere et absolute manibus resignavit, nobis supplicans ut de eadem decima dignaremur facere pium desiderium dicti Themonis, quia prefatus Albertus receptis quatuor marcis ab eodem Themone dictam decimam antea memorato nobili viro libere et absolute resignaverat, sicut alias in quodam instrumento inde confecto evidentius edocetur. Nos igitur predictorum viri nobilis et Themonis ac quorundam aliorum proborum virorum precibus inclinati, sepe fatam decimam dicte veteri ecclesie sancti Pauli Monasteriensis reliquimus sive assignavimus perpetuo libere possidendam. Ut autem ratum et firmum maneat huiusmodi factum nostrum, presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum apud Ludinchusen in vigilia assumptionis domine nostre, presentibus: venerabilibus viris Walramo preposito et Adolpho vicedomino Monasteriensi ac Wernero ecclesie sancti Martini Monasteriensis decano, quorum sigilla in notitiam facti nostri premissi presentibus etiam litteris appensa existunt; item Matheo de Novo Castro, Remberto de Stochem, Hinrico de Keppele et Thiderico de Ramesberghe militibus et aliis quampluribus. Anteriore vero die proximo apud Ludinchusen similiter, ubi prefatus nobilis vir de Velen antedictam nobis resignavit decimam, presentes fuerunt: nobilis vir Ecbertus de Benthem, dictus Themo, item Nycolaus de Beveren et Ghiselbertus de Scolden milites, Johannes dictus de Novo Monte, Bernardus de Brunen et plures alii. In cuius rei notitiam sepe dictus dominus de Velen suo sigillo presentes literas roboravit. Anno dominice incarnationis Millesimo ducentesimo septuagesimo primo.

898.

* *Nach Eroberung der Stadt Lüdinghausen durch Bischof Gerhard tritt Hermann von Lüdinghausen seinem Bruder Bernhard für dessen Antheil an der vom Bischofe gezahlten Entschädigungssumme von 250 Mark, die Hälfte der alten Burg in der Stadt Lüdinghausen ab und giebt ihm Bürgschaft für seinen Besitz.*

1271 August 14. — Abschr. sæc. XV. Msc. II. 10. p. 257 1).

Universis Christi fidelibus ad quos presentes littere pervenient, Hermannus de Ludinckhusen miles cognoscere veritatem. Presentium tenore protestor et notum esse cupio universis, quod cum dominus episcopus Monasteriensis daret michi et fratri meo domino Bernardo ducentas et quinquaginta marcas inter nos equaliter dividendas in recompensationem damnorum, que ab ipso sustinimus per depositionem castelli dicti de Wulvsberg et oppidi nostri Ludinckhusen, secundum formam compositionis 2) quam inivimus cum eodem, tandem inter eundem fratrem meum ex parte una et me ex altera de consilio amicorum nostrorum utrobique, nostro quoque ac filiorum nostrorum hinc et inde videlicet Hermannii et Hinrici consensu plenarie accedente, taliter extitit ordinatum, quod ego portionem eidem fratri meo de predicta pecunia debitam ad usus meos mihi assumens, sibi pro ea vendidi et assignavi dimidietatem castri mei Ludinckhusen cum dimidietate piscature et omnium commoditatum et utilitatum, que sunt intra fossata castri eiusdem, excepta sola turri que ibi sita est, quam mihi et meis heredibus reservavi specialiter possidendam. Ego itaque et filius meus Hermannus dimidietatem eiusdem castri sicut predictum est, eidem fratri meo domino Bernardo, filio eius Hinrico et eorum legitimis heredibus recognoscentes perpetuo possidendam, prestito iuramento et data fide firmiter promisimus et promittimus per presentes, quod in eadem dimidietate castri nullatenus impediemus eosdem nec ipsis ius eorum in premissis arctabimus quoquo modo. Quod si fece-

1) Wozu Kindlinger bemerkt: „vidi in autographo“, was aber jetzt verloren ist. — 2) Dieser Vertrag ist nicht mehr vorhanden und jedenfalls verschieden von dem unten folgenden vom 2. December d. J., da letzterer die vom Bischof zu zahlende Entschädigungssumme nicht erwähnt. Jedenfalls aber geht aus dieser und der oben Nro. 896 gegebenen Urkunde hervor, dass Lüdinghausen zwischen dem 26. Juli und dem 14. August 1271 vom Bischof erobert worden ist.

rimus, quod absit, incurremus detrimentum honoris tamquam periuri et fidei transgressores. Insuper eligimus, ut extunc dominus Henricus de Rechede, Johannes dictus pincerna et Godefridus dictus de Huvele milites sint adiutores domini Bernardi predicti et puerorum suorum contra nos et heredes nostros ipsis fideliter assistentes, donec in dimidietate dicti castri, turri semper excepta, recuperent ius eorum et hoc dicti milites firmiter promiserunt fide interposita corporali militari. Ut igitur hec omnia rata et inconvulsa permaneant et nequis postmodum conetur infringere, presentem paginam super eo conscriptam sigilli mei feci munimine roborari. Sigilla etiam predictorum militum appensa sunt ad maiorem evidentiam premisorum. Presentes erant viri prescripti cum subscriptis, videlicet Wesselus de Lembeke, Henricus schulthetus Susatiensis, Heidenricus de Plettenbracht, Gerhardus dictus Dukere et Hinricus de Emethe milites. Actum anno Domini M^o.CC^o.LXX^o. primo, decimo nono Kalendas Septembris.

899.

* Ähnliche Bürgschaft Bernhard Wulf's von Lüdinghausen für seinen Bruder Hermann. 1271 August 14. —
Or. Fr. Münster U. 146.

Universis Christi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint, Bernardus dictus Lupus de Ludinchusen miles fidem subsequentibus adhibere. Presentium tenore protestor et notum esse cupio universis, quod cum dominus episcopus Monasteriensis daret michi et fratri meo domino Hermanno de Ludinchusen ducentas et quinquaginta marcas inter nos equaliter dividendas in recompensationem dampnorum, que ab ipso sustinimus per depositionem castelli dicti Wolvesberg et opidi Ludinchusen, secundum formam compositionis quam inivimus cum eodem, tandem inter eundem fratrem meum ex parte una et me ex altera, de consilio amicorum nostrorum utrobique, nostro quoque ac filiorum nostrorum hinc et inde consensu plenarie accedente videlicet Hermannii et Henrici, taliter exstitit ordinatum, quod idem frater meus dominus Hermannus portionem michi de predicta pecunia debitam ad usus suos sibi assumens, michi pro ea retribuit et assignavit dimidietatem castri sui Ludinchusen cum dimidietate piscature et omnium commoditatum et utilitatum, que sunt intra fossata castri eiusdem, sola turri excepta que sita est ibidem, in qua ego et heredes mei nichil iuris obtinemus, quam dictus frater meus sibi et heredibus reservavit specialiter possidendam. Ego itaque et filius meus Henricus predicta dimidietate castri nobis assignata sicut predictum est contenti, turrim precipue totam et reliquam dimidietatem castri eiusdem cum dimidietate piscature et omnium commoditatum et utilitatum que sunt intra fossata ibidem dicto fratri meo domino Hermanno et filio eius Hermanno et eorum legitimis heredibus recognoscentes perpetuo possidendas, iuramento prebito et fide data firmiter promisimus et promittimus per presentes, quod in eadem turri ac dimidietate castri nullatenus inpediemus eosdem, nec ius eorum in premissis eis artabimus quoquo modo. Quod si fecerimus, quod absit, incurremus detrimentum honoris tanquam periuri et fidei transgressores. Insuper eligimus, ut extunc dominus Wesselus de Lembeke, dominus Henricus schulthetus Susatiensis et dominus Heydenricus de Plettenbraht milites sint adiutores domini Hermannii fratris mei predicti et puerorum suorum contra nos et heredes nostros ipsis fideliter assistentes, donec in premissis recuperent plenarie iura sua et hoc dicti milites firmiter promiserunt fide interposita corporaliter militari. Ut igitur hec omnia rata et inconvulsa permaneant et nequis postmodum conetur infringere, presentem paginam super eo conscriptam sigilli mei feci munimine communiri. Sigilla etiam predictorum militum appensa sunt ad maiorem evidenciam premisorum. Presentes erant viri prescripti cum subscriptis videlicet: Henricus de Rechgede, Johannes pincerna, Godefridus de Hüvele, Gerhardus dictus Dūkere et Henricus de Emethe milites. Actum a. D. M^o CC^o. LXX^o. primo, XVIII^o. Kal. Septembris.

Erhalten sind die Siegel 1) Bernard Wulf's: ein aufgerichteter Wolf über einem sechsfach quergetheilten Schilde; 2) Heinrichs des Schulzen von Soest: ein aufgerichteter gekrönter Löwe über einem von 6 Balken quergetheilten Schilde mit der Umschrift: SIGILLUM HEINRICI VILLICI IN SUSATO und 3) Heidenreichs von Plettenberg.

900.

* *Der Decan Johann und das ganze Capitel der Kirche zu Wiedenbrück bekunden, dass der Ritter Everhard von Veghtlaghe und sein Schwiegervater Johann, genannt Doliken, vor ihnen auf die Leute in Veghtlaghe, welche sie dem Thesaurar Remfrid am Dom zu Münster streitig machten, verzichtet haben. 1271 August 19. — Abschrift Msc. I. A. p. 273.*

901.

* *Die Memorien zweier Domherren werden durch einen aus ihren Mitteln in den Kirchspielen Warendorf und Freckenhorst angekauften Zehnten begründet. 1271 August 27. Münster. — Abschr. Msc. I. A. p. 243.*

Gerhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus etc. Notum sit igitur universis quod constituti in nostra presentia Monasterii in domo prepositure Monasteriensis Arnoldus dictus Mule eiusque uxor Elyzabeth cum unica eorundem tunc filia Elyzabeth recognoverunt publice coram nobis, se unanimi et communi voluntate vendidisse decimam quandam denominatam a curte Bocholte ¹⁾ in parrochia Warendorpe cum eius attinentiis in diversis tamen locis sitis, sicut exprimetur inferius, decano et capitulo ecclesie nostre Monasteriensis triginta et sex marcis nostre monete numerate ipsis pecunie, cum omni integritatis iure, quo dictus Arnoldus ipsam decimam hactenus habuit et a nobis et nostra ecclesia iure tenuit feudali, memoratam decimam cum ipsius attinentiis idem Arnoldus cum dicta Elyzabeth eius uxore, que usufructu dicte decime investita fuerat, libere et absolute in nostris manibus resignando, recedentes simul cum filia eorum Elyzabeth predicta simpliciter et absolute ab omni iure, quod ipsis tribus personis communiter vel divisim competierat vel ullo umquam tempore posset competere in decima predicta. Petentibus igitur supradictis tribus personis cum quibusdam aliis eorum amicis, quod ius proprietatis huiusmodi decime in predictos decanum et capitulum transferre de gratia dignaremur, nos itaque incremento dicte nostre ecclesie non immerito intendentes, presertim in decimis, que spiritualis iuris esse noscuntur, premissorum petitionibus inclinati, prefatam decimam cum attinentiis suis, emptam sive redemptam de manu laicorum et per resignationem eorundem nobis et ecclesie nostre libere et absolute vacantem, prelibatis decano et capitulo cum omni integritatis iure conferendam duximus, ut inde Rottheri dicti de Didenhoven quondam canonici Monasteriensis defuncti et magistri Henrici eiusdem ecclesie canonici, quando ipsum ab hoc seculo migrare contigerit, memoria, de quorum pecunia emptam sive redemptam fuit eadem decima, perpetuo peragetur. De hiis bonis solvitur decima predicta: curia in Bocholte de parte agrorum solvit decimam, domus in Bocholte solvit magnam decimam et minutam, domus Ungenade similiter totalem decimam, domus in Musnehorst que Essende in qua est advocatus Hermannus de Daverenbergh (sic!), alia domus Musnehorst similiter totalem, domus Walegarden decimam in agris sine minuta decima; hec in parrochia Warenthorpe; in parrochia autem Vrekenhorst domus Walegarden ²⁾, que attinet Hinrico de Horst militi, totalem decimam, domus Gerhardi dicti Jüden solvit decimam de parte agrorum. Acta sunt hec Monasterii in domo prepositure Monasteriensis presentibus hiis: Walramo preposito, Frederico decano, Renfrido Thesaurario, Adolfo vicedomino, Johanne de Rethie Frisie archidiacono, Thiderico de Bissendorpe, Luberto et Hinrico canonicis Monasteriensibus; Hermanno de Langhen, Conrado dicto Stric, Alberto dapifero, Nycolao de Beveren militibus et aliis quam pluribus. In evidens vero premissorum testimonium presens pagina sigilli nostri munimine roboratur. Datum anno D. M^o.CC^o.LXX^o. primo, sexto Kalendas Septembris.

¹⁾ Noch heute Schulze Bocholte im Kspl. Neu-Warendorf.

²⁾ Heute Schulze Walgern Kspl. Freckenhorst.

902.

* Ritter Heinrich von Rechede überweist dem Convent des Stifts Nottuln ein Haus zum Behuf der Kleidung seiner dort als Stiftsdame lebenden Tochter und resignirt dasselbe im Freigerichte. 1271 September 11.

— Or. Kl. Nottuln U. 20; Abschr. Msc. IV. 1. f. 226.

Ego Hinricus miles dictus de Regethe universis presentia visuris notum esse cupio, quia ex maturo consilio et de bona voluntate et consensu coheredum meorum domum dictam Rothe, quam a nullo tenui sed iure proprietatis possedi, ob salutem et remedium anime mee, Gisle uxoris mee universorumque meorum progenitorum et ob amorem dilecte filie mee Elisabeth monialis in Nutlon, ecclesie sancti Martini in Nutlon cum omnibus appendiciis legavi sub ea forma et condicione, quod eadem domus prefate filie mee ibidem Deo servienti quoad vixerit in duobus solidis amministrabit in vestium suarum adiumentum, ipsaque mortua iam dicti duo solidi cedent ad anniversarium meum et uxoris mee agendum, sepedictaque domus totaliter servitio et voluntati conventus subiacebit. Abbatissam et suos officiales ab eadem domo excludo, ne aliquid iuris exactionis aut qualiscumque servitii in eadem debeant vindicare. In corroborationem et ratificationem huius legationis nullo modo infringendam sepe dictam domum coram iudicio, quod vulgo dicitur *vrithing* in loco qui dicitur *malstath ad sambucum*, Bernardo de Sendene vicem prefecture tenente (ad) sedem eiusdem iudicii residente, resignavi, presentibus Gerhardo sacerdote capellano in Nutlon, Adam de Sendene, Theoderico dicto Selikinch, Hinrico filio eius, Bernardo dicto Rumph et aliis quam multis. Ad sufficientem vero cautelam sepe dictum conventum duxi in domum Rothe ipsam possidendam, ibique filii mei Hermannus et Johannes quicquid iuris in ea habere poterant, bona voluntate in manus Jutte priorisse et conventus resignabant, presentemque cedula dicto conventui in signum et memoriam pure resignationis tradidi sigillo meo roboratam. Acta sunt hec anno Domini M^o.CC^o.LXXI^o in die Prothi et Jacincti martirum, coram viris probis et idoneis: Rotgero decano et plebano in Metelen, Bernardo capellano in Regethe, Lamberto capellano in Nutlon sacerdotibus; Gerlago Betheng milite, Hinrico de Stochem, Hinrico officiali in Nutlon, Bertholdo Specht et aliis quam multis.

Das gut erhaltene Siegel Heinrichs von Rechede hat die Merfeld'schen Wappenzeichen.

903.

Gerhard, Bischof von Münster, lässt die Urkunde seines Vorgängers Bischof Hermann's II. v. J. 1203 für das Kloster Langenhorst ¹⁾ auf Bitten der damaligen Priorinn und des Convents transsumiren. 1271 October 16. — Or. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archive.

904.

Johannes de Mervelde miles et domini Monasteriensis pincerna, seine Frau Agnes und ihr Sohn Hermann verkaufen der Mechteldis Spekhenne den Mansen Metscing in Overhagen vorbehaltlich einer an das Kloster Asbeck zu entrichtenden Jahresrente. 1271 November 21. — Or. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archive; gedr. Zeitschr. XIX, p. 345.

Das Siegel Johans von Merfeld ist erhalten.

¹⁾ Siehe oben Nro. 17.

905.

Graf Conrad von Rietberg, Erwählter von Osnabrück, tauscht von Jordan von Wiedenbrück für gewisse an das Kloster Marienfeld verkaufte Zehnten andere Güter ein. 1271 November 23. Osnabrück. — Or. Kl. Marienfeld U. 177; Abschr. Msc. I. 106. f. 142'; II. 11. p. 135; II. 77. p. 187; gedr. v. Ledebur Archiv II. p. 154.

Nos Conradus Dei gratia Osnaburgensis electus omnibus tenorem presencium visuris seu audituris. Notum facimus et presentibus publice protestamur, quod de unanimi nostri capituli consensu et assensu proprietatem decime quatuor domorum solventium octo solidos cum minuta decima damus et dedimus ecclesie campi sancte Marie, quam decimam Jordanus de Widenbrugge de manu nostra tenuerat, recipientes ab eodem Jordano proprietatem decem iugerum ante oppidum nostrum Widenbrugge sitorum iusti concambii pro restauo, ut contractus de eadem decima inter predictam ecclesiam et Jordanum iam dictum celebratus, qui quatuordecim marcas dicitur constituisse, valeat esse ratus. Hunc contractum Jordanus cum eadem ecclesia iniit, cum adhuc esset absque liberis, matre sua et coniuge unanimem ei in hoc facto consensum prestantibus et assensum. Quatuor domuum nomina sunt hec: Givetenhorst, Hemmincsele, Lintlo, Rokinchusen ¹⁾. Presens concambium nostri sigilli robore confirmantes. Nos vero capitulum Osnabrugense ad maius robur et evidentiam pleniorum supradicta nostro sigillo duximus approbanda. Datum Osenbrugge anno Domini M^o.CC^o.LXX^o. primo, nono Kalendas Decembris.

Das Electensiegel Conrads, was im Secret ein Rad aufweist, ist besser als das Siegel des Domcapitels zu Osnabrück erhalten.

906.

* Friedensvertrag zwischen dem Bischof Gerhard von Münster und den zu Ministerialen des Stifts Münster aufgenommenen Brüdern Hermann und Bernhard Wulf von Lüdinghausen. 1271 December 2. Münster. — Or. in zwei Ausfertigungen, Fr. Münster U. 147 u. 148; Abschr. Msc. I. 1. p. 47. — Der Schulz Heinrich von Soest leistet für den Inhalt des Vertrages Bürgschaft. 1271 December 11. — Fr. Münster U. 149.

Nos Hermannus et Bernardus dictus Wolf fratres de Ludinchusen milites universis presens scriptum visuris notum facimus, quod discordia, que inter nos et adiutores nostros ex una parte et venerabilem patrem dominum nostrum Gerhardum episcopum et eius ecclesiam Monasteriensem ac adiutores eorundem ex altera vertebatur, ob quam discordiam ipsi nostra castella et opidum Ludinchusen obsederant, taliter est sopita, videlicet quod nos nostrum opidum simul cum castello ²⁾ mei predicti Bernardi potestati subiecimus prefati domini nostri episcopi eo modo, quod ad eius voluntatem dictarum munitionum fossata sibi penitus complanare licebit et ipsas munitiones omnino devastare et de planckis ac huiusmodi propugnaculis, que vulgariter *burgvrethe* dicuntur, portis, cum quibuscumque predictorum attinentiis, liberam facultatem habebit, eadem inde ducendi vel comburendi, si volet, vel quocumque modo alio destruendi exnunc infra festum beati Michaelis quod futurum est ad annum a festo eius proxime nunc futuro, nec in premissis nec circa premissa interim quandocumque agentes inpediemus vel turbabimus aut inpediri seu turbari a quocumque aliquo aliter permittemus. Preterea si dominus . . Monasteriensis episcopus volet molendinum in Ludinchusen ab eo loco, in quo nunc est situm, ad locum alium ad complananda et siccanda magis ibidem fossata transferri, hoc infra instans festum beati Michaelis nobis mandabit faciendum, sub ipsius tamen expensis a domino E. de Marka, Wetcelo de Lembeke milite et Gerwino dicto Rike taxandis. — Antiquum tamen castrum Ludinchusen cum omnibus munitionibus ad ipsum pertinentibus simul cum domibus in villa

¹⁾ Bauerschaften Gewekenhorst, Lintel und Röckinghausen im Kspl. Wiedenbrück. — ²⁾ Der Wolfsberg.

Ludinchusen constitutis salvum manebit penitus et illesum. Ipsum tamen castrum vel munitiones ipsius nulla amodo firmabitur vel firmabuntur structura, nisi forte infra ipsius castri fossata, que nunc sunt, fiat equorum stabulum aut domus pecorum que *vuhus* vulgariter appellatur. Insuper nos fide et iuramentis nostris obligavimus et presentibus obligamus, quod nec nos nec quisquam de nostris postmodum heredibus ullo umquam tempore predictas munitiones destructas restruemus aut earum fossata, nec firmabimus nec firmari quoquo modo permittemus, nisi id procedat de dicti domini episcopi vel eius successoris ac ipsius ecclesie Monasteriensis communi voluntate. Item iuravimus et fide data firmavimus, quod nunquam aliquem vel aliquos in castro Ludinchusen recipiemus, qui episcopo Monasteriensi, qui pro tempore fuerit, vel eius prelati canonicis aliisque quibuscunque clericis ministerialibus seu vasallis vel cuiquam alii de civitate vel diocesi Monasteriensi existenti guerram inde moveat. Nec nos etiam movebimus quoquo modo coniunctim sive divisim; sed si quam contra predictorum aliquem nos contigerit controversiam seu questionem habere, illum coram dicto conveniemus episcopo, in forma iuris recepturi et daturi ibidem apud ipsum, quod sententia iuris dicat. — Si vero dominus . . . episcopus Monasteriensis forsitan, legitime requisitus a nobis de facienda nobis iusticia de hiis qui nobis forsitan iniuriam irrogassent, aut nollet aut forte non posset facere iusticiam, tunc quidem poterimus nos defendere absque culpa et violatione premissorum. Juravimus nichilominus et fide data firmavimus, quod domino . . . Monasteriensi episcopo qui pro tempore fuerit et sue ecclesie fideliter secundum formam sacramenti fidelitatis, quod vice sive loco ministerialium ipsis prestitimus, unde ius sive privilegium ecclesie ipsius ministerialium nobis concessum existit, assistemus, ipsum quoque castrum eidem episcopo ligium servabimus contra quemlibet, solo domino nostro . . . abbate Werdinense excepto. — Ad maiorem igitur firmitatem premissorum fideiussores pro nobis dedimus sive statuimus: Hinricum et Conradum de Rechgethe, Johannem pincernam, Godefridum de Hûvele, Hermannum de Monasterio, Hinricum de Turri, Hinricum de Rothepe, Hinricum Norendin, Hinricum de Mervelde, Hinricum Bullec, Albertum dapiferum, Godefridum de Herthe et Gerhardum de Quernhem milites, Thidericum de Vlederke dictum Kniege, Johannem Morrian, Conradum et Hermannum fratres de Sendene et Menricum de Brochusen, qui fide data promiserunt, quod ipsi nos universa et singula supradicta inviolabiliter observare procurabunt. Si vero per nos vel per nostros secus fieret, unde nos legitime excusare non possemus, tunc quidem nos moniti Monasterium intrabimus et inde non recedemus, donec de eo, in quo minus debito fecimus, plenarie satisfiat, alioquin fideiussores predicti extunc legitime moniti intrabunt Monasterium, nec inde recedent, donec de promissionis nostre defectu sit plenarie satisfactum. In evidens igitur testimonium premissorum presentes littere nostris, dominorum nostrorum episcopi antedicti et E. comitis de Marka, ecclesie et civitatis Monasteriensis et predictorum fideiussorum habentium sigilla sigillis pariter sunt munite. Acta sunt hec sollempniter Monasterii a. D. M^o.CC^o. septuagesimo primo, die tercio post Andree apostoli.

An der Urkunde 148 findet sich folgendes Transfix:

Ego Hinricus in Susato sculthetus miles profiteor publice et scripto presenti protestor, quod ego universa et singula, que fideiussores statuti sive dati pro Hermanno et Bernardo dicto Vulf fratribus de Ludinchusen militibus et heredibus eorum fide data promiserunt, secundum tenorem litterarum quibus cartula presens adheret nomina continentium eorundem, similiter fide data promisi et in hiis scriptis promitto in solidum sub testimonio mei sigilli. Actum a. D. M^o.CC^o.LXX^o. primo, nudius tercius ante Lucie virginis ¹⁾.

An der Urk. 148 sind erhalten die Siegel: 1) Hermanns, 2) Bernhards von Lüdinghausen, 3) Bischof Gerhards, 4) des Grafen Eberhard von der Mark, 5) des Schenken Johann (mit dem Merfeld'schen Siegel), 6) des Drostens Albert. An der Urk. 147 ausser 2, 5, 6 auch noch die Siegel des Schulzen Heinrich von Soest und Heinrichs von Rechede. Das Transfix U. 149 hat Heinrich von Soest, der Schwiegervater Bernhard Wulfs, vgl. Seibertz U.-B. I. Nro. 364, ebenfalls besiegelt.

¹⁾ In der Urkunde 147 wird Heinrich von Soest unter den Bürgen nach „Henricum de Turri“ genannt; auch steht in derselben nach „fideiussorum habentium sigilla“ noch „et Wetceli de Lembeke“.

907.

* Gerhard, Bischof von Münster und Herzog in seiner Diöcese bekundet, dass der Bruder des verstorbenen Bischofs Christian ¹⁾ auf die diesem vom deutschen Ordenshause zu Münster zum Unterhalt angewiesenen Güter, nach dessen Tode keinen Anspruch habe. 1271 December 3. Münster. — Or. St. Georgs-Comm.

U. 12. Abschr. Msc. I. 76. p. 120.

G. Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus idemque dux per terminos nostre dyocesis omnibus presens scriptum visuris notum esse cupimus et scripto protestamur eodem, quod dilectus in Christo frater Bernardus dictus Scotto, commendator domus fratrum Theutonicorum sancti Georgii in Monasterio, bona quedam dicta Calveswinckele ²⁾ emptione legali nomine domus eiusdem emit, et proprietatem eorundem bonorum cum sollempnitate ad id consueta suscepit, et postmodum bonis eisdem warantizatus legitime a quodam Johanne dicto de Busge milite, a quo ipsa bona sunt empta, quiete possedit nomine domus predictae, cuius fratres fructus bonorum ipsorum episcopo Cristiano bone memorie ad tempus tantum vite ipsius et non ultra assignaverant, proprietate sepedictorum bonorum sue domui reservata. Quam ob rem mortuo dicto episcopo fratri ipsius Fretherico militi vel cuiquam alii nichil iuris in bonis prefatis omnino competit, nisi tantum domui et eius fratribus antedictae. In cuius rei noticiam presentes littere nostro et quatuor opidorum nostre dyocesis videlicet Telget, Warenthorpe, Bekehem et Alen sigillis pariter sunt munite. Datum Monasterii a. D. M^o CC^o.LXX^o. primo, tertio nonas Decembris.

Die Siegel sind sämtlich abgefallen.

908.

* Engelberts, Grafen von der Mark, Urkunde über einen Tausch zwischen dem Stifte Kappenberg und Rotger von Erthborg, wodurch ersteres den Hof Ertborch, letzterer aber ein Haus zu Mittorpe erhält. 1271. —

Hier nach Erhard's Abschrift des Or. im Gr. Archive zu Kappenberg; eine andere Msc. II. 45. p. 111.

Nos Engelbertus Dei gratia comes de Marcha. Notum esse volumus presens scriptum intuentibus, quod ecclesia Capenbergensis consensum nostrum super eo postulavit, ut inter ipsam ecclesiam et Rotgerum de Erthborg ³⁾ concambium tale fieret, videlicet ut idem Rotgerus, de consensu uxoris sue Elisabeth, que cum hec agerentur sine liberis fuit, et fratris sui dicti Sonendach et omnium coheredum suorum, curtim Erthborch cum omnibus suis attinentiis in manus nostras resignaret ea conditione, ut ipsam prefate ecclesie traderemus titulo proprietatis perpetuo possidendam, et eadem ecclesia domum in Mittorpe cum suis

¹⁾ Ohne Zweifel ist hierbei an einen Bischof in den von dem deutschen Orden eroberten Ostseeprovinzen und aller Wahrscheinlichkeit nach an Christian den ersten Bischof von Litthauen zu denken, der im J. 1254 dem deutschen Orden, um dessen Schutzes theilhaftig zu werden, den Bischofszehnten in den ihm vom Litthauischen Könige Myndowe geschenkten Landen überlässt (Vgl. Voigt Cod. dipl. Pruss. I. p. XIV u. XVIII.), der auch, nach einer gütigen Mittheilung E. F. Mooyer's, am 15. März 1262 in Mainz vorkommt und sich selbst bis zum J. 1268 nachweisen lässt. Unter diesen Umständen und in Berücksichtigung des Umstandes, dass die Bischöfe der deutschen Ostseeländer sehr oft, bei ihrer Anwesenheit in den alten Provinzen, als Suffragane der hiesigen Bischöfe fungirt haben, stehe ich auch nicht an, in jenem oben Nro. 647 erwähnten Christianus Lecowiensis episcopus, der am 7. September 1259, wo der neugewählte Bischof Wilhelm von Münster noch nicht die Bischofsweihe hatte, statt seiner, aber in seiner Gegenwart, die Kirche zu Witt-Werum in Friesland consecrirte, eben diesen Bischof Christian von Litthauen zu sehen, und anzunehmen, dass Letowiensis oder eine ähnliche Form statt Lecowiensis gelesen werden müsse.

²⁾ Die auf ältern Karten noch vorkommende Bauerschaft Casewinkel im Kspl. Handorf. Auch das Copiar I. c. bezeichnet das Gut als „Richters Erbe zu Handorff“.

³⁾ „Erdbrügge“ im Kr. Hagen, Bürgermeisterei Herdecke.

Westfäl. Urk.-Buch. III. A.

attinentiis, reservata tamen sibi piscatura, similiter in manus nostras resignaret, ut ipsam domum Rotgerus et coheredes sui de manu nostra reciperent iure feudali, additis ad prefatam domum eidem Rotgero et coheredibus suis quadraginta et duabus marcis. Nos igitur prefatam ecclesiam specialiter amplectentes et profectum eiusdem in omnibus diligentes, cum consensu domine Elysabeth comitisse uxoris nostre, nec non et heredum nostrorum Everhardi et Gerhardi, ut prelibavimus utriusque partis conventionem plenarie sumus exsecuti, curtim Erthborch, ut dictum est, de manu Rotgeri et coheredum suorum recipientes, et eandem ecclesie prenominatae cum omnibus suis attinentiis conferentes, et e converso domum Mittorpe ab ipsa ecclesia resignatam tradentes Rotgero et coheredibus suis iure feudali. Et ut hec collatio et transmutatio robor in posterum optineant firmitatis, presens scriptum super eo tradimus cum bulle nostre munimine roboratum, subscriptis viris honestis tam de conventu predictae ecclesie, quam ministerialium nostrorum, quorum hec sunt nomina: Bruno prepositus, Ericus prior, Albertus supprior, Bernhardus custos, Otto cellerarius, Bernhardus, Lambertus, Heindenricus et Conradus sacerdotes, eiusdem ecclesie canonici; Godefridus de Hovele, Gerhardus de Althena, Theodericus Volenspit, Everhardus de Hesne, Randolfus dapifer, Wescelus de Lembeke, Albertus dapifer, Adolphus de Westwic, milites; Lambertus gogravius, Lambertus Foye, Erenbertus frater suus, Engelbertus de Hereborne, Theodericus de Danne, Gerhardus de Barchusen, et alii quamplures. Datum in Capenberg, anno Domini M^o.CC^o.Septuagesimo primo.

Angehängt ist das grosse Siegel Engelberts mit einfachem Wappen und Rücksiegel.

909.

* Arnold, Propst zu Kappenberg, bekundet den Verkauf einer Wachszinsigen seitens des Ritters Hermann des Älteren von Lüdinghausen unter Beistimmung seiner Söhne Hermann und Bernhard an das Kloster und die (eine Zeilang verweigerte) Anerkennung dieser Handlung seitens des Ritters Bernhard von Lüdinghausen genannt Wulf (Lupus) und seiner Frau Regelendis. — Datum anno Domini M^o.CC^o.LXX^o. primo. Huius rei testes sunt: Conradus burcgravius de Rechede, Godefridus de Rikenberg, Wilhelmus Ruce, Johannes Murrian, Johannes Diabolus, Bertoldus conversus et alii quam plures. — Abschr. Msc. II. 45. p. 173.

910.

Im J. 1272 empören sich die orientales Frisones de Emesgonia ac terra Hreidensi cum illis de Aldaombechte confederati gegen den Bischof und zerstören die Häuser der Dechanten. Dominus autem Gerardus episcopus Monasteriensis videns iurisdictionem suam et suorum officialium annihilari, pro evidetia parati sceleris interdictum generale promulgavit, quod sacerdotes eorum plurimi satis stricte observarunt, preterquam in Aldaombechte, wo der Häuptling Wilbert Eppenga sub pena proscriptionis die Pfarrer zur Feier der Messe zwang, indem er vorschützte: quod plurimi decani contra iura patribus successissent absque dispensatione sedis apostolice et maxime quod essent paterne incontinentie imitatores¹⁾. — Menco ap. Matth II. p. 183.

¹⁾ Noch im Jahre 1493 ermächtigte Papst Alexander VI. den Bischof Heinrich von Münster, dass er die Propsteien in den Friesischen Bezirken auch an Verheirathete übergeben könne. Klopp I. p. 312. Das Original dieser Bulle befindet sich im Archiv des General-Vicariats zu Münster.

911.

* B. Gerhard bezeugt, dass der Propst zu St. Mauriz ein Gut an das deutsche Ordenshaus gegen eine jährliche Abgabe ausgethan habe. 1271 (1272) Januar. — Or. St. Mauriz U. 1; Abschr. Msc. I. 69. f. 311; I. 75. p. 317 u. I. 76. p. 94.

Gerhardus etc. Notum esse cupimus, quod honorabilis vir Wicholdus ecclesie sancti Mauricii extra muros Monasterienses prepositus cupiens eiusdem ecclesie sue conditionem facere meliorem, bona ipsius ecclesie sue dicta Tunholte ¹⁾ sita in parochia Sendene, absolute sibi vacantia per liberam resignationem factam de bonis eiusdem in manibus suis a Godefrido filio quondam Florini, qui olim eadem bona pensionis iure, sub annua pensione videlicet quinquaginta ovorum in die cene Domini, quatuor solidorum in ascensione Domini et duorum solidorum et X pullorum in festo beati Mauricii solvendorum, a preposito eodem tenerat, fratribus domus Theutonice sancti Georgii in Monasterio, de pleno consilio et consensu decani et capituli ecclesie sue prefate nostroque ad id accedente assensu, locavit iure perpetue pensionis sub annua pensione predicta in terminis prefatis solvenda et sex nichilominus solidorum in die cene Domini predictis decano et capitulo sancti Mauricii specialiter solvendorum quibus est aucta pensio antedicta. Ut autem etc. pagina presens inde confecta predictorum prepositi et capituli eorundempque (*sic!*) fratrum Theutonice domus in Monasterio sigillis ac nostro sigillo insimul est munita. Acta sunt hec anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo primo, mense Januario.

Nur das Siegel des Propstes Wichold ist erhalten.

912.

Gerhard, Bischof von Münster, bekundet, dass Wilhelm Ruce ²⁾ auf alles Recht an die Schirmvogtei des Hofes Bettinchove, welche dessen Vater und Grossvater dem Schulzen dieses Hofes Everwin verkauft hatten, verzichtet habe. Zeugen: Wichold, Propst von St. Mauriz, die Brüder Everhard und Arnold von Lon, Arnold von Bozensele, Hermann von Bleshere, Ritter, und Conrad von Sendene. A. D. 1271 (1272) Kal. Februarii (Febr. 4.) — Abschrift Msc. I. 61. fol. 13; IV. 2. p. 210; gedr. Niesert U.-B. I. 1. p. 390.

913.

* Heinrich von Rüdberg, Burggraf zu Stromberg, überlässt gegen Zahlung von 40 Mark ein Gut als Lehn, welches, wenn es in drei Jahren nicht eingelöst ist, dann für weitere 30 Mark von dem Lehnsmanne als freies Eigentum erworben werden kann. 1271 (1272) Februar 4. Stromberg. — Or. Kl. Marienfeld U. 175; Abschr. Msc. I. 106. f. 60; II. 11. p. 94.

Sciunt omnes tam presentes quam futuri, quod ego Henricus burgravius in Stromberge Alberoni dicto Knelin, Ottoni filio eius, Suedero soceri suo homines et bona Veleherne ³⁾ iure contuli feudali cum omnibus attinentiis tam in fronde quam in sespite ⁴⁾ in recumpensatione XL marcarum. Que bona si se facultas optulerit tribus annis transactis michi patebunt redimenda, a cathedra Petri videlicet nunc instante. Quod si minime complevero, ipse Al. supradictus tempore transacto michi XXX marcas superaddet et bona iam dicta, sicut de manu mea recepit, libere possidebit. Dicta bona sepe dicto Al. contuli Gropelingen ⁵⁾ presente venerabili domino G. Monasteriensi episcopo. Item contuli dicto Al. in castro Stromberg,

¹⁾ Nach dem Copiar I. 76. p. 94. „Zum Holte“, was ich aber im Kspl. Senden nicht finde. — ²⁾ „Rute“ bei Niesert. — ³⁾ Vellern, nordöstlich von Beckum. — ⁴⁾ So die überhaupt fehlerhaft geschriebene Urkunde. — ⁵⁾ Bauersch. Gröblingen, Kspl. Altwarendorf. Vgl. die Urk. v. 30. April d. J. Nro. 917.

hiis presentibus et audientibus, generaliter omnibus castellanis, presente domino Lutberto plebano, presente ipsius burgravii uxore, fratribus ipsius burgravii presentibus: domino Conrado de Rodenberge, domino Johanne de Minda ¹⁾; domino Arnolde de Vrekenhorst, domino Everhardo de Vetlaghe, presente Ludolfo officiali episcopi Monasteriensis, Everhardo ipsius filio, Johanne de Distede, Johanne dicto Sligtin, Bernhardo et Gobelino fratribus. Dominus Omarus de Ostenvelde, dominus Wilhelmus, dominus Bertramms de Walegarde, Ricwinus de Ostenvelde fideiusserunt dicta bona infra tempus unius anni sepedictis a filio ipsius burgravii conferenda eo iure, quo pater ipsius contulit. Quod si minime fecerit, dicti testes Bekehäm intrabunt nec modo exhibunt, donec bona dicta sunt collata. Promisit etiam burgravius, ut sepedictos iure papali non inquietet. Acta et facta sunt Stromberg anno Domini M^o.CC^o.LXXI^o, quinta feria post purificationem Marie.

Die Siegel des Bischofs, der Burgmänner zu Stromberg und des Burggrafen haben gelitten, auf letzterem indessen sind die drei Stromberger Vögel noch zu erkennen.

914.

* *Hermann und Bernhard von Lüdinghausen verbürgen sich nebst Conrad von Rechede für eine von Heinrich von Rechede dem Domcapitel zu leistende Zahlung* ²⁾. 1271 (1272) Februar 24. Münster. — *Or. Fr. Münster U. 143 b; Abschr. Msc. I. A. p. 321.*

Nos Hermannus et Bernardus fratres dicti de Ludinchusen et Conradus de Reghede milites presentibus litteris nos obligamus et fideliter promittimus pro Hinrico milite dicto de Reghede, quod idem Hinricus uxor sua et filii sui et heredes ante festum pentecostes proximo nunc venturum in curte Bekedorpe ³⁾ sita in parrochia Ludinchusen marcam denariorum usualis monete Monasteriensis et sex mensuras tritici forensis mesure decano et capitulo Monasteriensi per manum domini episcopi Monasteriensis, possidenda perpetuo, libere assignabunt. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillorum nostrorum munimine roboramus. Datum a. D. M^o.CC^o.LXXI^o. in vigilia beati Mathie apostoli.

Die drei Siegel sind ziemlich gut erhalten.

915.

G. nobilis dominus de Gemene, advocatus secularis ecclesie in Frethene *verzichtet auf Bitten des Convents derselben auf die Vogtei über das Erbe Hanebeke im Kirchsp. Brechte* ⁴⁾. Datum Frethene, feria quarta post festum palmarum (April 20.) anno D. 1272. — *Abschrift aus dem Or. im Gräfl. Kappenberg'schen Archiv Mss. II. 45. p. 197; hieraus gedr. Niesert U.-S. IV. p. 440.*

916.

* *Decan und Capitel zu St. Mauriz bei Münster schreiben dem Cölnischen Domcapitel, da der Ritter Swether von Münster, welcher den Hof Campwordesbecke bisher von ihrem Propste zu Lehen getragen, die Anerkennung ihrer Rechte sogar mit Waffengewalt verweigere* ⁵⁾, so hätten sie darauf gedrungen, dass der

¹⁾ D. h. Domherr zu Minden. — ²⁾ Die, wie die U. Nro. 919 lehrt, von einer Memorienstiftung herrührt. — ³⁾ Haus Bekendorf, Kspl. Stockum, Kr. Lüdinghausen. — ⁴⁾ Jetzt Kirchdorf Brechten, nördlich von Dortmund. Den Hof „to Hanebeke, gelegen in dem kerspele to Brechtene ind in dem gerichte Dortmund“ erwarb Graf Engelbert von der Mark im J. 1366 tauschweise vom Kloster Kappenberg; doch scheint dieser Name jetzt nicht mehr erhalten und nicht identisch mit der „Hahnenmühle“ zu sein, die im Südwesten von Dortmund liegt. — ⁵⁾ „Swetherus miles dictus de Monasterio a domno preposito nostro villicationem curtis in Campwordesbecke tenens, in qua habet ecclesia nostra ius pascerendi et metendi, eo nos violenter spolians et pecora nostra capiens ac familias nostras in metendo prohibens et quandoque incendia nobis et rapinas comminans, diversas nobis perturbationes procuravit atque rixas“.

Hof künftig von dem Dechanten Namens des Capitels abhängig sein solle, und wären erbötig gewesen, unter dieser Bedingung der Frau und den Erben des Ritters den Hof zu belassen, von welchen aber die Belehnung durch den Decan tamquam ab inferiori manu verschmährt worden. Sie hätten den Fall bereits dem Bischofe und Domcapitel zu Münster vorgetragen, da indess hier die Ansichten getheilt gewesen, so erbäten sie sich auf die Weisung ihres Bischofes die Entscheidung des Cölnischen Domcapitels. — 1272, in crastino pasche (April 25). — Abschrift Msc. I. 69. f. 176; copirt III. 36 f. 175b.

917.

* Das Kloster Marienfeld kauft von Omer von Ostenfelde ein Erbe und erhält dessen Eigenthumsrecht vom Bischof Gerhard übertragen. 1272 April 30. Wolbeck. — Or. Kl. Marienfeld U. 179; Abschrift Msc. I. 106. f. 39.

G. Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus etc. Notum esse cupimus, quod Omerus de Ostenfelde ¹⁾ miles, qui mansum dictum Holthem ²⁾ situm in parrochia Bekehem cum omnibus eius attinentiis et iuribus et Wescelum eiusdem mansi asscriptitium uxoremque eius Cunegundim et duas filias eorum Gertrudem et Alleydem monasterio campi sancte Marie venditione legali proprietatis iure septuaginta marcis numerate sibi pecunie vendiderat, secum ad presentiam nostram adducens suos filios Adolphum et Hermannum prima vice apud Gropelingen iuxta Warenthorpe ³⁾, et inde die tertia transmittens Woltbeke filium suum Ricwinum, qui omnes et singuli unanimi voluntate gratam et ratam habentes venditionem predictam, quam idem pater eorum fecerat, eadem bona cum omnibus ipsorum attinentiis et iuribus libere et absolute resignarunt, abrenunciantes pure et simpliciter omni iuri, quod ipsis competebat vel in futurum competere poterat in bonis predictis et universis attinentiis eorundem, proprietatemque prefatorum bonorum nobis et nostre ecclesie absolute et libere contulerunt. Nos quoque deinceps bona supradicta memorato monasterio contulimus proprietatis iure absolute ac libere possidenda etc. Acta sunt hec in loco predicto apud Gropelinc presentibus: Walramo preposito et Reinfrido custode Monasteriensi, Themone nostro notario, Johanne dicto scriptore canonico et fratre Anselmo converso dicti monasterii; et postmodum Woltbeke presentibus: Hermanno rectore ecclesie in Woltbeke et dicto nostro notario, item Herbordo de Spredowe et Johanne de Dinclage militibus, anno Domini M^o.CC^o.LXX^o. secundo, in vigilia Philippi et Jacobi apostolorum.

Das Siegel des Bischofs ist gut erhalten.

918.

Das Cölnische Domcapitel antwortet dem Capitel zu St. Mauriz auf dessen Anfrage ²⁾, es sei ein uralter Gebrauch desselben, dass Decan und Capitel mit Zustimmung des Propstes über die Villicationen der ihnen zinspflichtigen Höfe verfügen könne, unbekümmert um die Einrede eines Villicus, dass er nicht von ihnen (also von geringerer Hand) die Villication zu empfangen verpflichtet sei, übrigens wolle es dem zu St. Mauriz bestehenden Gebrauche nicht vorgreifen. Datum a. D. MCCLXXII, feria sexta post octavam apostolorum Philippi et Jacobi (Mai 13). — Abschrift Msc. I. 69. f. 176'; IV. 3. p. 63; gedr. Wilkens Gesch. der Stadt Münster p. 136.

¹⁾ Im S.-O. von Warendorf. — ²⁾ Bauersch. Holtmann westl. von Beckum. — ³⁾ Vgl die U. 9. 4. Febr. 1271 (1272) oben Nro 913. — ²⁾ Oben Nro. 916.

919.

* *Bischof Gerhard bekundet die Foundation einer Memorie für den verstorbenen Domherrn Godfried von Rechede* ¹⁾. 1272 Juni 4. — *Or. Fr. Münster U.* 150^a; *Abschr. Msc. I.* 4. p. 284; *II.* 7. p. 36.

Gerhardus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus omnibus presentia visuris salutem in Domino sempiternam. Tenore presentium ducimus protestandum, quod Hinricus de Rechethe miles pio ductus zelo petivit et ad hoc laboravit, ut memoria Gotfridi filii sui premortui in Monasteriensi ecclesia, ubi canonicus fuerat, perpetue ageretur. Unde partim dedit liberaliter et partim vendidit quandam pensionem recipendam annuatim in perpetuum ex curte sua in Bekethorpe, videlicet unam marcam Monasteriensis monete dandam in die beati Jacobi apostoli et sex scepel tritici dimidie mesure solvenda in die beati Martini. Ad hoc vero ut predicta pensio maneret firma et perpetua, eidem ecclesie Monasteriensi accessit favor et unanimes consensus heredum ipsius Hiurici, Hermanni senioris et uxoris Segele et Johannis ac matris eorundem heredum, scilicet Gisle matris G. mortui predicti, in presenti et futuro contradictione qualibet amputata. Acta sunt hec in facie capituli Monasteriensis, Wolrami prepositi, Frederici decani, Thetmari dicti Norendin, Renfridi thesaurarii, Gerardi de Lon, Hermanni et Wicholdi prepositorum, Thiderici de Bissenthorpe, Burchardi, Hinrici et Lubberti magistrorum ceterorumque concanonicorum plurium, quorum nomina esset tedium annotari. In cuius rei certitudinem presentia sunt nostri sigilli munimine roborata. Nos etiam Hermannus et Johannes fratres, quia sigillo caremus, coutimur sigillo patris nostri Hinrici predicti et subscribimus asserentes ordinationem suam circa pensionem predictam pie et laudabiliter factam firmam et inviolabilem permansuram. Datum in sabbato post ascensionis festum anno D. M^o.CC^o. septuagesimo secundo.

Beide Siegel sind noch erhalten; die Wappenzeichen in dem Heiorichs von Rechede aber ganz verwischt.

920.

* *Graf Ecbert von Bentheim verkündet eine in seinem Gerichte zu Gunsten des Stifts Langenhorst erfolgte Verzichtleistung.* 1272 Juni 23. — *Orig. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archive.*

Ekbertus Dei gratia comes de Benthem omnibus hac scriptum visuris notum esse cupimus, quod constituti coram iudicio nostro Scottorpe ²⁾ Rodolphus dictus Vromethemucke, Hadewigis uxor ipsius et Wilhelmus filius eorundem omne ius, quod habebant vel habere poterant in bonis que dicuntur Modehovensis in parrochia Wetringe, publice absolute et libere resignarunt, dominium et proprietatem dictorum bonorum in manus . . . priorisse et conventus in Lagenhorst ³⁾ iure perpetuo sine diminutione qualibet transferentes, ita quod ipsi et eorum coheredes ab omni impetitione dictorum bonorum omnino cessabunt nec iuris aliquid habere poterunt amplius in eisdem. In cuius rei testimonium nostro sigillo presens pagina communitur. Presentes fuerunt testes qui ob evidenciam premissorum biberunt vinum, quod vulgariter dicitur *winkop*: Egidius prepositus in Rothe sancte Marie ordinis sancti Benedicti, Reinfridis conversus ibidem; Bernerus de Boch, Kusinus de Baclo, Rutgerus iuxta Walle, Hartwigus de Laye, Erpo de Sameren, Ludolphus de Linge, qui iudicio presedit et Ernestus de Holeborne; item burgenses Johannes dictus Koperslagere et frater suus Bernardus et Godefridus filius Wendelburgis et alii quam plures. Datum feria quinta proxima ante festum beati Johannis baptiste anno Domini M^o.CC^o.LXX^o. secundo.

¹⁾ Vgl. die U. v. 24. Februar 1271 (1272) Nro. 914. — ²⁾ Schüttorf in der Grafsch. Bentheim. — ³⁾ So die Urk.

921.

* *Conrad, Erwählter von Osnabrück, überweist dem Kloster Marienfeld das Eigenthum eines von Otto von Odeslo angekauften Gutes. 1272 Juni 24. — Or. Kl. Marienfeld U. 180; Abschr. Msc. I. 105. f. 72^a.*

Conradus Dei gratia Osnaburgensis electus. Omnibus hoc scriptum visuris notum esse cupimus, quod Otto miles de Odeslo, consenciente uxore sua et filia unica, necnon et fratribus suis videlicet Wernhero milite Amelungo et Conrado sacerdotibus et sorore sua Methelde in idem consencientibus, quendam mansum in Wechtlere ¹⁾ legaliter vendidit cum omni utilitate et iure quod sibi in eodem manso competebat pro viginti et octo marcis numerate sibi pecunie fratribus de campo sancte Marie liberaliter et absolute in perpetuam possessionem. Qua sane venditione adhuc pendente, idem Otto assumptis secum personis iam predictis ad nostram accedens presenciam de consensu omnium eundem mansum nobis pure et liberaliter cum omni integritate sua contulit, et nos auctoritate nostra ipsum mansum eo modo quo nobis oblatus fuerat perpetua donatione ecclesie assignavimus prelibate etc. Nomina testium sunt: Johannes decanus, Florinus canonicus, Johannes thesaurarius, Hermannus scolasticus in Widenbruge; item Arnoldus Covot, Henricus de Wolde, Johannes Hals milites, item Ludolfus de Boderige, Henricus Snetberg et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo, in die nativitatis sancti Johannis baptiste.

Das Siegel ist abgefallen.

922.

B. Gerhard von Münster überträgt der Stadt Beckum das Eigenthum der von den Erben Conrads van then Holte angekauften Güter und bestätigt als höchster Freigraf und Herzog deren Resignation. 1272 Juni 26. — Hier nach Erhard's Abschr. des Or. in dem Archive der Stadt Beckum; eine andere Msc. II. 23. p. 81; gedr. Kindlinger Volmestein II. p. 178.

Gerhardus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus. Omnibus in perpetuum presens scriptum visuris notum esse cupimus, quod Margareta vidua relicta quondam Conradi dicti van then Holte, Johannes filius et filie omnes eiusdem, accedentes ad nostram apud Bekehem in nostra caminata presentiam, bona sua dicta Holthem, que ipsi voluntate unanimi et consensu oppidanis nostris in Bekehem venditione legali proprietatis iure vendiderant pro certa pecunie summa numerata eisdem, in nostris libere et absolute manibus resignarunt, conferentes omnes insimul nobis dictorum proprietatem bonorum, et abrenunciantes simpliciter omni iuri quod ipsis in bonis competebat eisdem. Nosque deinceps predictis nostris oppidanis proprietatem bonorum ipsorum contulimus absolute. Ne igitur supradicta cuiusquam in posterum possit violare calumpnia, presens scriptum inde confectum sigilli nostri munimine fecimus roborari. Data nichilominus fuit ibidem coram nobis sententia talis ab omnibus astantibus comprobata, videlicet quod huiusmodi resignatio, abrenunciatio et proprietatis collatio, facte sollempniter coram nobis summo comite libero, utpote dyocesis nostre duce, non minus erunt valide, quam si facte fuissent coram libero comite et wimnotis illius termini, in quo sita sunt eadem bona, sollempnitate huiusmodi, que circa talia ibi consuevit fieri, observata. Acta sunt hec presentibus: Hinrico dicti loci in Bekehem decano, et Themone nostro notario, Ludolpho iudice; item Hermanno de Dunninghusen, Lutberto de Overbeke, Frederico Rege, et Werencen, wimnotis; item Hermanno Svartewolde, Hinrico Ludewiginc, Lutfrido, Hinrico de Wisendern,

¹⁾ Nach einem alten Vermerk auf der Rückseite der Urkunde: „in parochia Wadersloe“; demnach kann es nur die heutige Bauerschaft Benteler sein, an welche im Kr. Wiedenbrück „Burg Fechtel“ stösst. Vgl. oben Nro. 520 u. 534.

Johanne de Polhem, Johanne Dusinc, Gerharo dicto Wite, et Menrico Vorman, loci eiusdem scabinis, et compluribus aliis. Anno Domini M^o.CC^o.LXXII^o. nudius tercius post festum nativitatis Johannis Baptiste.

Das angehängte Siegel des Bischofs ist in rothem Wachs abgedruckt und vorzüglich schön erhalten.

923.

* B. Gerhard gewährleistet dem Capitel zu Beckum alle künftig ihm zufallende Schenkungen. 1272 Juli 2. St. Mauriz bei Münster. — Or. Collegiatstift zu Beckum U. 8.

G. Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit notum esse cupimus, quod nos incremento ecclesie in Bekehem, in qua noviter ad augmentum cultus divini nostro mediante consilio et auxilio canonici creati existunt, ferventius intendentes, . . . decano et capitulo eiusdem ecclesie, quibus adhuc multa sunt oportuna in diversis auxilia, antequam congruum sibi proborum Christi fidelium auxilio et consilio incrementum recipiant, dignum duximus de gratia et speciali favore, quo prosequimur ipsos, concedere, quod donationes, sique ipsis facte fuerint a bonis hominibus, cuiuscunque sunt sexus, rerum donatarum dominium et possessionem a se tempore donationis in dictos . . . decanum et capitulum transferentibus et denuo recipientibus ab ipsa ecclesia res donatas sub censu annuo, firme et rate omnino manebunt eisdem, per nos aut per nostros nullatenus irritande. Donationes tamen huiusmodi in meliorationem prebendarum dicte convertentur ecclesie et fructus earum non absentibus canonicis, sed corpore presentibus tantum cedent. In cuius rei noticiam et munimen presentes litteras dicte ecclesie dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Actum apud sanctum Mauritium extra muros Monasteriensis anno Domini M^o.CC^o.LXX. secundo in die beatorum martyrum Processi et Martiniani.

Das Siegel ist nicht erhalten.

924.

Johann von Elen verpfändet ein Gut dem Kloster Marienfeld. 1272 August 5. Münster. — Or. Kl. Marienfeld U. 178; Abschr. Msc. I. 106. f. 94^v; nach letzterem gedr. Mitth. des Osnabr. Vereins V. p. 131.

Theodericus Dei gratia scolasticus Monasteriensis idemque ecclesie in Bekehem prepositus etc. notum esse cupio, quod constitutus in mea presentia Johannes dictus de Elen¹⁾ mansum suum dictum Paweshove situm in parrochia Bekehem in villa Dalehem²⁾ cum expresso matris eius Wendelmodis sique fratris Everhardi et meo consensu obligavit tytulo pignoris monasterio campi sancte Marie Cysteriensis ordinis Monasteriensis dyocesis sedecim marcis numerate sibi pecunie, cuius mansi vera estimatio summam dicte pecunie non transcendit. In cuius rei evidentem noticiam presens carta meo et subscriptorum prepositorum sigillis insimul est munita. Acta sunt hec Monasterii in domo mea, tunc ibidem presentibus venerabilibus viris: Hermanno nove ecclesie Coybeyensis et Wicholdo ecclesie sancti Mauriti extra muros Monasteriensis prepositis et magistro Lutberto canonicis Monasteriensibus et Winemaro ecclesie sancti Ludgeri Monasteriensis canonico ac pluribus aliis anno Domini M^o.CC^o.LXX^o. secundo, nonas Augusti.

Die Siegel Dietrichs und Wicholds sind erhalten.

925.

Bischof Gerhard stirbt 1272 August 11. nach dem Necrolog. Transaquense Msc. I. 80, oder August 9. nach dem jüngsten Necrolog des Doms Msc. I. 10. p. 149: Gerhardus huius sedes episcopus, cuius memo-

¹⁾ Wohl ein Nachkomme der alten Edlen von Elen. — ²⁾ Weder „Dalehem“ noch „Paweshove“ lassen sich jetzt noch in dem Kspl. Beckum nachweisen; wahrscheinlich ist ersteres aber die dortige Bauerschaft Dalmer.

ria agetur in vigilia Laurentii. Et de molendino in Alen ¹⁾ ponitur candela de libra cere, duo denarii offerentur et dabitur (*sic!*) de gruta. *Doch ist dieses von späterer Hand wieder ausgestrichen und zu bemerken, dass in dem mittlern Necrolog, Msc. I. 10. p. 312, Gerhards Memorie überhaupt fehlt. — Vergl. Menco bei Matth. Anal. II. 186 Anno D. MCCLXXII. obiit dominus Gerardus episcopus Monasteriensis bone memorie et sui episcopatus strenuus defensor, qui castrum in Luidenghusum destruxit propter eorum rapinas, castrum etiam in Horstmeri S. Paulo et ecclesie Monasteriensi optinuit. Eodem anno destructum fuit castrum novum iuxta Eskathorp post mortem predicti episcopi ²⁾, und Rottendorfi Chr. Mariensfeldense Msc. II. 87. p. 322: Item dominus Gerardus de Marca episcopus Monasteriensis erat adiutor et promotor foundationis domus fratrum minorum in Monasteriensi civitate et ipsos minores istuc adduxit. Idem episcopus collegium canonicorum in Beckem instituit. Ipse etiam dedicavit ecclesiam Monasteriensem et dedit ipsi ecclesie duas campanas magnas.*

926.

* Graf Otto von Bentheim resignirt dem Hochstift Osnabrück einen ihm zu Lehn übertragenen Zehnten und bekundet, dass auch sein Unterlehnsman darauf verzichtet und denselben an das Kloster Mariensfeld verkauft habe. 1272 September 4. Bentheim. — Or. Kl. Mariensfeld U. 178 a; Abschr. Msc. I. 106. f. 142.

Otto Dei gratia comes in Bentheim. Omnibus in perpetuum presens scriptum visuris notum esse cupimus, quod Nicolaus dictus de Turri noster castellanus decimam curtis in Sletbrugge ³⁾ site in Osnaburgensi dyocesi, annuatim nomine redemptionis decimarum decem et octo mudde siliginis mesure Wiedenbrugensis et decem et octo denarios Monasteriensis monete solventem, quam ipse tenens a nobis in feodo monasterio campi sancte Marie Monasteriensis dyocesis venditione legali quatuordecim marcis pecunie sibi numerate vendiderat, accedente ad id Jutte uxoris sue nostroque et Ottonis nostri primogeniti in Tekeneburg comitis ac ceterorum nostrorum heredum pleno et expresso consensu, dictam decimam in nostris libere et absolute manibus resignavit. Nosque deinceps ipsam decimam Osnaburgensi ecclesie, a qua in feodo tenueramus eandem, resignavimus, abrenunciantes cum eodem Ottone simpliciter omni iuri quod nobis in ipsa competeat decima, vel quoquo modo posset competere in futurum. Acta sunt hec apud Bentheim presentibus: Bernhardo de Sebelingen et Arnolde de Thedem militibus, Gerlaco de Beveren, Everhardo de Quenthorpe, Ludolpho de Sconenvelde et aliis compluribus, anno Domini millesimo CC^o.LXXII^o, dominica immediate ante nativitatem beate virginis ⁴⁾.

Das Siegel des ältern Grafen Otto von Bentheim, ohne Zweifel ein Reitersiegel wie wir es oben Nro. 747 zum J. 1265 kennen gelernt, ist abgefallen; das des jüngern Grafen Otto aber ziemlich erhalten. Das Hauptsiegel zeigt in einem getheilten Wappenschild die Bentheimer Kugeln und die Tecklenburger Seeblätter mit der Umschrift: S. OTTONIS COM. . . . TECNEBURCH³; das Rücksiegel aber nur ein grosses Seeblatt.

¹⁾ Vgl. oben Nro. 761.

²⁾ Menco bringt l. c. noch einige andere Nachrichten bei: „Eodem anno fuit maxima fames in Frisia et per totam Westphalam et mortalitas ovium. — In odium Emesgonum et Rheydensium propter suam inobedientiam dominus episcopus nundinas secus Emesam interdixerat, et ita Frisones non poterant pecora vendere nec necessaria comparare cum butyro, caseis et equis, cum pecuniam non haberent nec cum aliis rebus possent habere“. Was hier vom Ungehorsam der Friesen gesagt wird, hat wohl Bezug auf die Ereignisse von 1272, oben Nro. 910.

³⁾ „Schledenbrück“ am Oelbach zwischen Wiedenbrück und Gütersloh. Vgl. Nro. 939.

⁴⁾ Diese Urkunde ist ebenso wie die oben Nro. 920 angegebene vom 23. Juni dieses Jahres wichtig für die Bentheim-Tecklenburgische Geschichte. Nach dem Titel kann der Aussteller nur jener Graf Otto von Bentheim sein, der durch seine Gemahlin Mathilde, nach dem zwischen den Jahren 1261 u. 1264 (Niesert U.B. I. 382, oben Nro. 720) erfolgten Tode ihres Vaters des Grafen Otto von Tecklenburg, zusammen mit Heinrich von Oldenburg, dem Gemahl von Mathildens Schwester Elisabeth, in den Besitz der Grafschaft Tecklenburg trat, wie dies auch die oben Nro. 747 gegebene Urkunde

927.

Godfried von Gemen tauscht mit dem Kloster Marienborn Ministerialen aus. 1272 September 20. Borken. — Abschr. im Copiar des Kl. Marienborn p. 9; auszugsweise gedr. bei Niesert Marienborn p. 62.

Universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis G. miles de Gemene salutem in eo, qui est salus omnium atque vita. . . . Noverint igitur tam presentes quam presentium successores, quod nos cum Goswino filio nostro aliisque nostris heredibus consencientibus Henricum nostrum ministerialem cum matre sua Wolburge de domo Dinckenkin, intuitu Dei et ad petitionem domini Alradi rectoris de Borken et inde tribus marcis receptis, ecclesie sanctimonialium in Cosveldia assignavimus, eorum loco nomine permutationis Henricum filium Wolberti de Rekene ab ecclesia recepimus memorata. . . . Acta sunt Borken in dote ¹⁾, vigilia beati Mathei apostoli, presentibus: domino Alrado rectore et scabinis, scilicet Lamberto Clenking, Hosmanno, Henrico de Warthinch, Hermanno de Leyhus, Hermanno de Tilia, Johanne de Ponte, a. D. M^o. CC^o. LXXII^o.

928.

Das Privileg über die Rechte der Wachszinsigen wird 1272 October 11. in einer Synode unter dem Vorsitz des Domdechanten Friedrich erneut. Oben U. Nro. 232. — Unsere dort geäußerte Vermuthung, dass die Erneuerung diesem Jahre angehöre, wird jetzt sowohl durch eine jüngst in den Wilkens'schen Handschriften Msc. IV. 8. p. 116' aufgefundene, aus einem mir unbekanntem Sprickmann'schen Copiar geflossene Abschrift, als auch durch den Druck bei Binterim und Mooren Erzdiocese Cöln III. p. 404 bestätigt.

929.

* *Peter von Dinker verzichtet für drei Mark, zu Gunsten des Kl. Ägidii, auf sein Recht an dem Gute Stevern. 1272. — Or. Kl. Ägidii U. 39; Abschr. Msc. I. 84. p. 175.*

Anselmus Dei gratia prepositus monasterii sancti Egidii Monasteriensis civitatis omnibus presentem literam inspecturis salutem in Domino. Per presens scriptum notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod nos cum consensu nostri capituli (super) discordiam, que fuit inter Petrum dictum de Dinghere

vom J. 1265 bezeugt. Die letzte von ihm als Graf von Bentheim ausgestellte Urkunde, welche man bisher kannte, war die vom Jahre 1268 bei Jung. hist. Benth. p. 261 und C. D. Nro. 37; später trat er zu Utrecht in den deutschen Orden und war wohl noch am 5. Juni 1277 am Leben, ib. C. D. Nro. 40. Seine beiden Söhne Otto und Ecbert succedirten ihm, der erstere in der Grafschaft Tecklenburg, der zweite in Bentheim. Von jenem finden wir bei Sandhof Antist. Osnabrug. II. C. D. Nro. 104 ein Document vom 18. August 1271, worin er sich „comes in Tekeneborg“ nennt, ebenso wie sein Vater „Otto comes in Benthem“ auch in der vorliegenden seinen Sohn Otto ausdrücklich als „noster primogenitus in Tekeneborg comes“ bezeichnet. Da aber andererseits, wie wir oben gesehen, schon einige Monate vor dem Datum der letztern, am 23. Juni dieses Jahres, sein zweiter Sohn Ecbert als regierender Graf und Gerichtsherr eine Urkunde ausstellt, oben Nro. 920, so müssen wir annehmen, dass Otto der ältere schon vor dem 18. August 1271 nach Niederlegung der Regierung deutscher Ordensritter geworden sei, dass er aber hier am 4. September 1272 wohl nur in Bezug auf eine während seiner frühern Regierung erfolgte Handlung sich als „comes in Benthem“ bezeichnet. — Um jedem Irrthum in dieser ziemlich verwickelten Frage zuvorzukommen, bemerke ich, dass, wenn Jung hist. Benth. p. 262 sagt, dass der ältere Graf Otto in den deutschen Orden getreten sei, vielleicht aus Gram über den Tod seines Sohnes Otto, „qui cum post annum 1267 haud amplius memoretur, aliquanto post fato concessisse putandus est“, so ist dies ein um so unbegreiflicheres Versehen, als Jung selbst C. D. Nro. 39 von diesem jüngern Otto, der als Graf von Tecklenburg bis zum J. 1303 urkundlich genannt wird (Müller Gr. v. Tecklenburg p. 167), ein von ihm in dieser Eigenschaft 1277 ausgestelltes Document beibringt.

¹⁾ Ob der Gutshof des Pastorats hier gemeint ist?

et nos nostrumque collegium super manso Weneri in Steveren ¹⁾, talem coram iudice episcopi Monasteriensis iuxta pontem Ungkingdorpe ²⁾ fecimus compositionem, quod Petrus iam dictus, uxor sua, omnes filii sui et filie coram iam dicto iudice quicquid iuris habebant vel habere poterant in iam dicto manso, Steveren videlicet, in manus nostras ad usus ecclesie resignarunt, et nos de dampno nobis illato in manso Cruthem omni postposita actione cessavimus, insuper III marcas Monasteriensis monete ibidem dedimus eisdem Petro, S. uxori sue et filiis, presentibus hiis: iudice de Unkingdorpe, Godefrido de Hovele, Alberone dicto Clot, Omero de Ostenvelde militibus, Johanne de Dinghere, Ludolfo iudice de Bekehem, Wilhelmo cive Monasteriensi et aliis quam pluribus. Et quia memoria sepe perdit preterita, presens scriptum sigillo nostro, necnon castellanorum in Marcha ³⁾ fecimus communiri. Datum et actum a. D. M^o.CC^o. septuagesimo II^o.

Beide Siegel sind erhalten, das letztere enthält auf verziertem Grunde eine niedere Burgmauer mit Thurm, auf dem sich eine Stange mit einer hohen schmalen und das Wappen von Mark tragenden Fahne erhebt.

930.

Die Edlen Ludolph und Balduin von Steinvorde vertauschen ihre Ministerialinnen Cunegundis, Schwester Thiderichs von Aseten, und deren Tochter Methildis an die Äbtissin Jutta in Freckenhorst gegen Gertrud, Tochter des Ritters Johann von Vunenberg ⁴⁾. 1272. — Or. im Besitz unsers Vereins; Abschr. Msc. IV. 5. p. 256; gegr. Niesert U.-S. V. p. 53

931.

* Heinrich, Graf von Dale, überlässt dem Kl. Kappenberg das Eigenthumsrecht eines demselben verkauften, von ihm lehnsrührigen Hauses. 1272. — Or. Fr. Münster U. 150; Abschr. Msc. II. 45. p. 308.

Nos Heinricus Dei gratia comes de Dale universis Christi fidelibus presentibus et futuris hoc scriptum intuentibus declaramus, quod Herimannus et Rotherus germani fratres, cum ex parte uxorum suarum Grethe et Gostu de manu nostra domum quandam in Aldenborc in parrochia Borc ⁵⁾ sitam iure feodi receptam hactenus possedissent, eandem domum ecclesie Capenbergensi accepta summa sexaginta duarum marcarum Monasteriensis monete de consensu uxorum suarum predictarum et heredum suorum vendiderunt, ea prehabita conditione, ut prefata ecclesia de nostra gratia et liberalitate eandem domum in tytulo proprietatis, qui ad nos iure hereditario pertinebat, liberam optineret. Nos igitur quia predictam ecclesiam a nostris progenitoribus intelleximus antiquitus in omnibus promoveri, patrum nostrorum vestigia sequentes et eandem ecclesiam specialiter diligentes, memoratam domum a prefatis fratribus Hermanno et Rothero et heredibus eorum nobis resignatam, adiuncta nobis manu et consensu unici heredis nostri Ottonis, necnon et domine Alheidis comitisse uxoris nostre, prefate ecclesie Capenbergensi contulimus cum omnibus suis attinentiis porrigentes ipsam per manus domini Brunonis prepositi, Ottonis cellerarii et Bernhardi custodis eiusdem loci iure proprietatis perpetuo possidendam. Ut autem hec rata et inconversa permaneant, placuit nobis presentem paginam sub testimonio proborum virorum conscriptam sigilli nostri munimine roborare, quorum hec sunt nomina: Fridericus decanus, Renfridus custos, magister Lubertus, magister Heinricus, Theodericus de Bissendorpe, canonici maioris ecclesie sancti Pauli in Monasterio; Johannes villicus de Corede, Heinricus villicus de Weshem, Ecbertus villicus de Dikhus et Heinricus Horic conversi Capenbergensis ecclesie, Theodericus sacerdos notarius noster; Nycholaus de Horsttolo, Fridericus de Werdenden, Wilhelmus de Hopingen et Heinricus filius suus, Conradus quondam dapifer, Stephanus de Drinen

¹⁾ Stevern Kspl. Nottuln. — ²⁾ „Uentrop“ an der Lippe, Grafsch. Mark. — ³⁾ Ohne Zweifel deswegen, weil Peter von Dinker Burgmann zu Mark war. — ⁴⁾ „Vuneborg“ bei Niesert. — ⁵⁾ Kreis Lüdinghausen.

et Waltherus filius suus, Johannes de Thie, Johannes dictus Dalfche et Johannes filius suus, Johannes de Hederike milites, Heinricus dictus Kedinc, Wicholdus de Warmelo, Bernhardus et Herimannus fratres dicti Ellefiar, Widekindus, Rutgerus de Tueclo, Johannes de Damme, Heinricus Delden et alii quamplures. Datum a. D. M^o.CC^o. septuagesimo secundo.

Das schön erhaltene Siegel führt die Umschrift: S. HEINRICI COMITIS DE DALEN, in welcher Form auch letzterer Name auf dem Secret wiederholt wird. Die Schilde des Reiters und des Secrets weisen Pranken auf.

932.

Conrad, Erwählter von Osnabrück, befreit eins von den durch seinen Vater, den Grafen Conrad von Rietberg, dem Hochstift Osnabrück als Lehen übertragenen Güter von diesem Lehnsverbande und entschädigt das Hochstift dafür anderweitig. 1272. — *Or. Kl. Marienfeld U. 181; Abschr. Msc. I. 106. f. 72; II. 11. p. 93; II. 77. p. 188; gedr. v. Ledebur Archiv XV. 63.*

Conradus Dei gratia Osnaburgensis electus. Omnibus hoc scriptum visuris notum esse cupimus, quod cum pater noster Conradus comes de Retberg quorundam mansorum ad se pertinencium proprietatem propter causas aliquas in manus pie memorie domini Eggeberti Osnaburgensis episcopi¹⁾ resignasset et feodi loco ipsos mansos ab eodem domino recepisset, eo tempore quo nos eidem ecclesie Domino favente prefuimus placuit nobis unum de predictis mansis, qui appellatur Rokeslo²⁾, a conditione tali excipere, pro quo alium mansum in Valehusen³⁾ de hereditate paterna, consenciente Frederico fratre nostro comite in Re(t)berg, recepimus, ne iure suo nostra ecclesia privaretur. In huius rei testimonium presentem paginam conscribi fecimus (et) sigilli nostri et fratris nostri comitis Frederici appensione roborari. Datum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo.

Das Electensiegel Conrads ist besser erhalten, als das seines Bruders Friedrich, das den Arnberger Adler auf der Vorder- und auf der Rückseite führt.

933.

Jutta, Äbtissin in Freckenhorst, verkauft dem Kloster Marienfeld den Zehnten eines Hauses in Hoychusen⁴⁾ im Kirchspiele Beckum. — Acta sunt hec in ecclesia nostra anno Domini M^o.CC^o.LXXII^o. presentibus: Wicholdo preposito sancti Mauricii, Iwano, Godefrido, Rotgero canonicis ecclesie nostre; Hermanno de Veltzetzen, Brunone de Verenhove, Arnolde Upperbeke, Johanne de Ruenberge militibus. — *Or. Kl. Marienfeld U. 182; Abschr. Msc. I. 106. f. 43; hieraus gedr. Mittheilungen des Osnabr. Vereins V. p. 136.*

Das Siegel des Convents, den heiligen Bonifacius, und das der Aebtissin, die Jungfrau Maria mit dem Jesuskinde darstellend, sind gut erhalten.

934.

* *Die Brüder Heinrich und Bertold von Soest überlassen dem Kl. Marienfeld das Eigenthumsrecht an gewissen Äckern bei Beckum, welche ihre Lehnsmannen⁵⁾ demselben verkauft hatten.* 1272. — *Or. Kl. Marienfeld U. 183; Abschr. Msc. I. 106. f. 42.*

Nos Heinricus et Bertoldus germani fratres milites dicti de Susato fidelibus Christi presentibus et futuris notum esse cupimus, quod Gerhardus et Hermannus filius eius de Nutenen, acceptis a fratribus de campo

¹⁾ 1224—1226 und abermals 1239—1250. — ²⁾ Nach einer U. des Colleg.-Stifts zu Beckum v. J. 1326 Nro. 38 lag dies Gut im Kspl. Beckum. — ³⁾ Bauersch Vahlhaus, Kspl. Wadersloh; aus derselben Erbschaft wurde ein andres Gut ebenda an Bischof Conrad's Bruder, den Bussdorfer Propst Otto von Rietberg überwiesen, der sein Recht daran dem Kloster Marienfeld veräußerte. Vgl. die U. v. 30. November 1273. — ⁴⁾ Nicht mehr nachzuweisen. — ⁵⁾ Diese, Gerhard und Hermann

sancte Marie sex marcis et dimidia, resignaverunt nobis ius feodi sedecim iugerorum, quasi quatuor moltia ordei in semine capientium, civitati Bekehem adiacentium, quod utique ius tenuerant hactenus sibi de nostris manibus assignatum. Nos itaque dictorum agrorum legitimi possessores, divinam attendentes remunerationem, pro remedio salutis animarum nostrarum et coheredum et omnium parentum nostrorum, eosdem agros, consenciente Gozwino filio mei Bertoldi, contulimus cum omni integritate sua ad honorem beate virginis iam dictis fratribus de campo sancte Marie libere et absolute ab eisdem in perpetuum possidendos. Huic nostre devote donationi testes adhibemus: Stephanum, Godescalcum Torek fratres et Conradum de Holthusen milites, Fredericum et Arnoldum de Brochusen castellanos in Hovestat, et insuper presens scriptum sigillorum nostrorum appensione roboramus. Actum anno Domni millesimo ducentesimo septuagesimo secundo

Beide Siegel sind gut erhalten und führen in etwas abweichender Zeichnung einen aufgerichteten gekrönten Löwen über sechs Querbalken. Heinrich nennt sich darin „villicus in Susato“¹⁾.

935.

* Eine Eigenbehörige wird dem Kl. Rengerinc gerichtlich zugesprochen. 1272. — Or. Kl. Rengerinc U. 24.

Godescalcus plebanus in Warendorpe . . . Notum sit universis . . . quod dominus Hermannus de Velceten incusavit conventum in Rengerinc de Hildegunde dicta de Velceten, quam dominus Jordanus provisor earum optinuit coram nobis, cum domno Bernardo de Vinnenberg et fratre suo domno Johanne, in antiqua ecclesia Warrendorpe, iure iudiciali sententia propriam ecclesie in Rengerinc cum filiis suis in presencia domni Ortungi de Grevenen et domni Sifridi dicti Vogedhinc et fratris sui Johannis de Stumpenhusen. . . Datum anno Domini M^o.CC^o.LXXII^o.

Das Siegel ist sehr verletzt.

936.

Das Domcapitel zu Münster, welches zur einmüthigen Wahl eines Bischofs²⁾ bisher nicht hatte gelangen können, wählt, um der herrschenden Gesetzlosigkeit zu steuern, den Grafen Otto von Tecklenburg zum Stiftsverweser und setzt ihm einen Regentschaftsrath zur Seite. 1273 Mai 29. — Hier wiederholt nach dem aus Overham's Collectaneen³⁾ geflossenen Abdruck bei Ficker, Münst. Gesch.-Q. I. 355.

Walramus prepositus, Fridericus decanus, Renfridus thesaurarius, Theodoricus vicedominus, Gerhardus de Lon, Bernardus de Asbecke, Brunstenus, Joannes de Hunevelt, Hermannus de Vorst, Theodericus de Bissendorf, Adolphus Norendin, Ludolphus de Rhete, Suitherus de Asbeck, Everhardus de Völmersteine,

von Nötten (westlich von Soest), hatten diese Aecker nach einer andern nicht datirten Urkunde (Kl. Marienfeld U. 184; Abschr. Msc. I. 106. f. 42^r) früher an den Beckum'schen Bürger Hermann verpachtet. — ¹⁾ Vgl. Seibertz U.-B. I. Nr. 364 und oben Nro. 906, wo er „scultetus in Susato“ heisst.

²⁾ Die einzige hierüber sonst vorhandene Nachricht giebt die Chronik, M. G.-Q. I. 35: „Everhardus natus de Dest electus in lite contra Wigboldum (de Holte) prepositum sancte Mauricii, qui cessit eleccioni et postmodum factus est archiepiscopus Coloniensis“, wo er von 1297—1304 regierte.

³⁾ Im Herz. Braunschweig'schen Landes-Archiv zu Wolfenbüttel. Vgl. Ficker I. c. Vorrede p. L. — In den Münster'schen Archiven hat sich über diese Vorgänge keine urkundliche Aufzeichnung erhalten, mit Ausnahme einer Notiz im Dom-Copiar Msc. I. 1. p. 209. über die „compromissio Ottonis comitis Tekenburgensis et Everardi episcopi Monasteriensis super expensis refundendis eidem comiti ratione tutele dyocesis Monasteriensis“, wovon die Urkunde als zu den „vacantes et inutiliter literas“ gehörig nicht abgeschrieben ist.

Joannes de Rhemen, Burchardus, Ernestus de Gesmode ¹⁾, magister Henricus, Wernerus de Retho et Dymarus de Tunen, canonici ecclesie Monasteriensis, maior et sanior pars totius capituli Monasteriensis. Omnibus presens scriptum intuentibus notum facimus, quod cum per dissensionem in capitulo in electione super episcopatu factam ecclesia nostra diu fuisset pastoris solatio destituta, quidam maligni spiritus homines, sue salutis et fidelitatis, qua ecclesie Monasteriensi tenebantur, immemores, propter defectum pastoris bona et possessiones ecclesie nostre spoliaverunt rapinis et incendiis multipliciter more tyrannico devastantes, pauperes homines, scilicet litones dicte ecclesie nostre, per captivitates et varias exactionum pressuras expulerunt de habitationibus suis, ita quod litones agriculturam deseruerint et quasi profugi facti latitabant ubi possunt, sic quod nos redditibus et prebendis nostris absque omni culpa nostra privati sumus adeo quod, nisi celeri nobis succuratur remedio, compellemur in cleri opprobrium mendicari. Hac necessitate compulsi supplicavimus sepe nobilibus, vasallis et ministerialibus ecclesie Monasteriensis nec non scabinis civitatis Monasteriensis et aliis, qui ecclesie nostre ex fidelitate merito adstricti esse deberent, ut nobis orphanis absque patre et sic grege sine pastoris cura manente in eligendo tutore sive defensore suum dignarentur consilium et auxilium impertiri. In quo nequaquam profecimus sed potius derisui habebamur. Propter quam moram et strictam necessitatem, et quia sicut episcopi ita et tutoris sive defensoris electio ad nos pertinet, tam de consuetudine quam de iure, de consilio et auxilio Engelberti nobilis viri comitis de Marca, qui in tribulationibus nostris fidelis et magnificus defensor extitit et adiutor, item habito super hoc consilio domini Osnabrugensis electi, nobilis viri comitis de Benthem et nobilis viri Hermannus de Lippia ac aliorum proborum virorum, nobilem domicellum Ottonem comitem de Teckeneborg in tutorem et defensorem nostrum et ecclesie nostre, non contradicentibus magistro Bertramo decano Osnabrugensi et magistro Lutberto, concanonis nostris, quorum consensus super hoc requisitus fuerat, in nomine patris, filii et spiritus sancti duximus eligendum. Quam tutelam sive defensionem idem comes de consilio amicorum suorum benevole et favorabiliter acceptans, iuravit publice pro conservatione Monasteriensis ecclesie articulos infra scriptos, videlicet quod nos, capitulum Monasteriense, in personis, hominibus et rebus nostris nec non clericos et laicos civitatis et dioceseos unumquemque in iure suo pro posse defendet et conservabit et iustum iudicium faciet in terra. Item iuravit, quod bona ecclesie Monasteriensis non alienabit neque pignori obligabit, nisi aliquid talium de consilio sibi adiunctorum procedat. Item quod in regimine tutele in magnis negociis nihil agat nisi de consilio sibi adiunctorum. Item neminem infeudabit, sed infeudationem futuro domino sive electo confirmato rite et rationabiliter reservabit. Item habito domino et rite confirmato, finita erit tutela et tunc ad ipsum dominum castra, munitiones, oppida et omnia ad episcopatum pertinentia libere revertentur. De expensis autem factis circa tutele administrationem ipsi Ottoni comiti et Engelberto comiti de Marca, si quas fecerit, de redditibus episcopalibus satisfiet. Illi, qui sequuntur, adiuncti sunt tutore nostro, quorum consilium in magnis negociis requiret, videlicet Walramus prepositus, Fridericus decanus, Renfridus thesaurarius, Theodoricus vicedominus, B. de Asbecke, Adolphus Norendin et magister Henricus predictus; item laici Engelbertus comes de Marca, Wetzelus de Lembecke, Hermannus de Lange, Joannes de Dincklage, Matheus de Novo Castro et Conradus Stric milites. Nos vero Engelbertus comes de Marca fideiussoris nomine fide data promissimus Walramo preposito, Renfrido thesaurario, Theodorico vicedomino, Bernardo de Asbeck, Brunsteno et Wernero de Retho nomine capituli sui, quod predicta faciemus inviolabiliter observari. In cuius rei testimonium ecclesie nostre Monasteriensis et domini Engelberti comitis de Marca ac Ottonis comitis de Teckeneborg predictorum sigillis presens pagina munitur. Actum anno Domini M^o.CC^o.LXXIII^o, IV. Kalend. Junii.

¹⁾ Wohl „Gesmelle“.

937.

Der Propst zu Bussdorf, Otto Graf von Rietberg, verkauft mit Genehmigung seiner Verwandten das Gut Vahlhaus ¹⁾ dem Kloster Marienfeld. 1273 November 30. Rietberg. — Or. Kl. Marienfeld U. 186; Absch. Msc. I. 106. f. 73'; gedr. von Ledebur Archiv XV. p. 67.

I. n. D. A. Nos Otto prepositus in Bosdinctorpe etc. Sciunt igitur presentes ac posteri, quod nobis ad usum nostrum fuit assignata quedam domus cum duabus casulis sibi adiacentibus de hereditate paterna que Valehusen appellatur in parrochia Wardeslo sita, quam domum postea pro exigencia debitorum nostrorum solvendorum vendidimus legaliter et perfecte cum ascripticio suo Hermanno et uxore sua pro sexaginta marcis pecunie numerate fratribus de campo sancte Marie, ab ipsis eandem cum omni integritate sua libere et absolute in perpetuum possidendam. Huic sane venditioni per omnia consenserunt et eam fideliter promoverunt tres fratres nostri, videlicet venerabilis dominus Conradus Osnaburgensis electus, Fridericus comes in Retberg et Hermannus clericus. Adhibuerunt nichilominus plena fide consensum suum ad hoc domna Beatrix uxor predicti comitis et tres filii eorum, id est Conradus, Otto et Symon, necnon et reliqui ipsorum liberi; fuitque predictorum una sententia omnium, ut hec venditio nostra perpetuis temporibus maneat inconvulsa. Ad huius rei memoriam in posterum habendam presentem paginam ecclesie iam dicte dedimus sigillis duorum fratrum nostrorum predictorum, videlicet domini electi et comitis, et nostro pro testimonio roboratam. Acta sunt hec anno Domini M^o.CC^o.LXIII^o. die sancti Andree apostoli in castro Retberg, ubi coram nobis et fratribus nostris predictis presentes erant: Helenbertus dapifer de Osenbrugge, Theodericus de Hornen, Lodewicus Hake, Henricus Vinke, Henricus de Aspelcampe milites et alii plures. Quando resignaverunt pueri de Retberg bona que emit monasterium de campo sancte Marie, presentes erat Wichmannus magister eorum, Sturman famulus patris eorum, Amelungus de Yburg, Lodewicus Bulemast, Albero Crevet milites.

Das Siegel des Propstes, mit der Umschrift S. PREPOSITI APLRM. PETR. ET ANDREE PADERBORN ist ganz, das des Grafen Friedrich zum Theil erhalten. Beide haben einen kleinern Adler als Rücksiegel.

938.

Der Erwählte Conrad von Osnabrück stiftet mit seinem Bruder, dem Grafen Friedrich von Rietberg, auf Veranlassung ihres Vaters, des Deutsch-Ordensritters Conrad, ein ewiges Licht im Kl. Marienfeld zum Seelenheil ihrer dort beerdigten Mutter. 1273 November 30. Reckenberg ²⁾. — Or. Kl. Marienfeld U. 188; Abschr. Msc. I. 106. f. 9; gedr. v. Kleinsorgen K. G. II. p. 147; von Ledebur Archiv XV. p. 65.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Nos Conradus Dei miseratione Osnaburgensis electus etc. Sciunt igitur presentes ac posteri, quod dilectus pater noster Conradus, quondam comes in Retberg, postquam divina vocante et trahente gratia religionis habitum assumpsit, eadem ut speramus inspiratus gratia, qua tractus fuerat et vocatus, a nobis et a fratre nostro nobili viro Friderico comite instanter exegit, ut lumen cereum de paterna hereditate per nos comparatum in monasterio quod dicitur campus sancte Marie locaremus, quod ad honorem Domini Corporis in eadem ecclesia ad gradum maioris altaris diebus ac noctibus iugiter in perpetuum arderet, ob salutem videlicet animarum nostrarum et omnium parentum et consanguineorum nostrorum, et precipue dilecte matris nostre ³⁾ cuius corpus in predicto monasterio quiescit traditum sepulture. Huius rei gratia mansum quendam in Remese ⁴⁾ a Nicolao cognomento Blanca pro triginta marcis ad predictum lumen comparavimus, consenciente per omnia uxore ipsius Nicolai

¹⁾ Vgl. die Marienfelder U. v. J. 1272, oben Nro. 932. — ²⁾ Jetzt ein Amtshaus bei Wiedenbrück. — ³⁾ Oda, vgl. Nro. 692.

⁴⁾ Bauerschaft Remse, Kspl. Marienfeld.

et liberis eius necnon et Thetmaro cognomento Vulf et filio fratris sui Winandi, qui omnes ius suum, quod vel ratione pignoris vel feodi in eodem manso habuerunt, in manus fratris nostri predicti comitis, a quo tenerant, resignarunt. Ipse vero frater noster eiusdem mansi proprietatem, accedente ad hoc bona voluntate coniugis sue et liberorum, iam dicto monasterio liberaliter contulit ad eum, quem prediximus, usum usque in finem seculi permansurum. Ad eundem nichilominus usum domum quandam, quam nostris usibus pater noster olim deputaverat, iam dicte dedimus ecclesie libere et absolute, consensus suum ex bona voluntate ad hoc ipsum prestantibus tribus fratribus nostris, videlicet Ottone preposito in Bosdincdorpe, Friderico comite in Retberg et Hermanno canonico in Paderborne, insuper in idem consenciente Beatrice dicti comitis coniuge et liberis eorum, id est Conrado Ottone Symone, quorum omnium una fuit sententia, ut predicta rata et inconvulsa in perpetuum permanerent. Ad cuius rei memoriam et firmitatem in posterum habendam presens scriptum ecclesie iam sepe dicte dedimus sigillis duorum fratrum nostrorum et nostro pro testimonio roboratum. Acta sunt hec anno Domini M^o.CC^o.LXXIII^o. die sancti Andree apostoli, in castro Ridekenberg, ubi coram nobis et fratribus nostris predictis presentes erant: Johannes de Rubo, Otto de Odeslo, Heinricus de Wolde, Arnoldus Covot, Johannes Hals milites et alii plures. Domus predicta, quam ad usum luminum contulimus, sita est in villa Lutterbeke ¹⁾ et in parochia Bekehem. Quando pueri de Retberg bona prefata resignaverunt, presentes erant Wichmannus magister eorum, Amelungus de Yburg, Lodewicus Bulemast, Albero Crevet.

Die Siegel Conrad's, Friedrichs und Otto's sind noch vorhanden; sehr gut erhalten ist insbesondere das schön gearbeitete Siegel des Grafen Friedrich.

939.

Derselbe schenkt zu dem nämlichen Zweck einen Zehnten. 1273. — Or. Kl. Marienfeld U. 189; Abschr. Msc. I. 106. f. 144'; gedr. v. Ledebur's Archiv XV. p. 64.

In nomine Domini. Amen. Conradus miseratione divina Osnaburgensis electus. Omnibus in perpetuum presens scriptum visuris notum esse cupimus, quod nos decimam curtis in Sletbruce ²⁾, quam vir nobilis Otto comes in Benthem in feodo de manu nostra tenuerat, nobis ab eodem resignatam, liberaliter et absolute contulimus monasterio campi sancte Marie ab eadem ecclesia in perpetuum possidendam, tum pro salute dilecte matris nostre, cuius corpus in eodem loco quiescit traditum sepulture. In cuius rei testimonium presens scriptum eidem ecclesie dedimus sigilli nostri appensione roboratum. Acta sunt hec anno Domini M^o.CC^o.LXXIII^o. in presentia discretorum virorum, quorum nomina presenti cedule sunt inserta, videlicet: Vrumoldi decani sancti Johannis, Godefridi prepositi in Osethe, Conradi quondam comitis in Retberg, Ludolfi et Lodewici fratrum dictorum Hake et Ludolfi iunioris, Rudolfi de Langenen, Johannis de Brunsele et aliorum qui interfuerunt.

Conrad's Siegel ist fast ganz zerstört.

940.

* Ritter Bernhard von Ludinchusen bekundet, dass Otto von Buckesvorde ³⁾ für 30 Solidi Eveza die Frau Rutgers genannt Vinkendale mit ihren Kindern und Enkeln an das Kloster Kappenberg verkauft, und zunächst allein zu Händen der Kappenberger Stiftsherren Bernhard von Meteler und Johann Crampe, und kurz darauf mit seinen Kindern Bernard, Conrad, Johann, Otto und Mechtildis in Selhem (Selm) zu Händen des Heinrich Horinc (conversus zu Kappenberg) auf den Besitz der Hörigen Verzicht geleistet habe.

¹⁾ Im S.-O. der Stadt Beckum ist noch heute der Lutterbecker Weg. — ²⁾ Schledenbrück. Vgl. Nro. 926. — ³⁾ Buxfort bei Südkirchen, Kreis Lüdinghausen.

Prime resignationis testes sunt: Hermannus de Ludinchusen miles frater noster, Bernardus, Johannes et Conradus dicti Murrian, Christianus de Wischelo, Johannes de Ternesc, Hermannus de Pikenbroke, Wernerus de Morsbeke, Ludolphus de Metelere, Petrus Sagittarius willicus de Sepperode, Hermannus de Turri et Ludolphus. Resignationis in Selhem testes sunt: Bertramus plebanus in Selhem, Fredericus et Lubertus fratres de Wnne ¹⁾, Bernardus de Res, Teodericus Vorderstrate, Anthonius de Aldendorpe, Godefridus de Aldendorpe, Bertramus de Rode, Hermannus de Rode, Gerhardus de Cokeldorpe, Ditboldus de Aldendorpe, Johannes custos et tota parrochia in Selhem. Datum a. D. MCCLXXIII. — *Abschr. aus dem Orig. Msc. II. 45. p. 173.*

941.

* *Conrad von Rietberg, Erwählter von Osnabrück, entlässt das Gut Vahlhaus aus dem Lehnsverbande seines Stifts und tauscht dafür vom Kloster Marienfeld ein anderes ein. 1273 (1274) Januar 26 ²⁾. — Or. Kl. Marienfeld U. 187; Abschr. Msc. I. 406. f. 73.*

Conradus Dei gratia Osnaburgensis ecclesie electus omnibus in perpetuum notum facimus, quod nos monasterio in campo sancte Marie ordinis Cystersiensis (*sic!*) proprietatem domus in Valehusen in parrochia Wardeslo site contulimus perpetuo libere possidendam, recipientes in concambio proprietatem domus in Cattenstrot ³⁾ in parrochia Widenbruge site, quam Gotscalcus et Hinricus milites dicti de Wolde tenent in feodo, ita ut eo iure quo proprietatem domus in Valehusen ecclesie nostre hactenus pertinebat, proprietatem domus in Cattenstrot debet amplius perpetuo pertinere. Et ut hec rata et indubitata permaneant, presentem litteram nostro sigillo consignatam dedimus in testimonium sufficiens premissorum. Actum et datum anno Domini M^o.CC^o.LXXIII^o. in crastino conversionis beati Pauli apostoli, presentibus Ernesto cantore, Conrado dicto Hake, ecclesie nostre canonicis, Johanne de Reme canonico ecclesie Monasteriensis, Ludolfo et Lodewico Haken, Herbordo dicto Vos militibus, Ludgero de Vogte iudice nostro, Hinrico de Ringelo et aliis pluribus probis viris et honestis.

Das Electensiegel Conrad's ist erhalten.

942.

* Lutbertus, Albero et Hermannus fratres dicti de Beveren *verzichten gegen sechs Mark auf ihre Ansprüche an das Haus und den Hof, welche ihr Grossvater der Ritter Albero in villa sancti Mauritii bewohnt hatte.* Quia vero sigilla propria non habemus, sigillo Heinrici burgravii ⁴⁾, Lutberti plebani, Ludolphi iudicis de Bekehem, et sigillo quo utuntur communiter castellani, coram quibus predictam renunciationem fecimus, — — procuravimus sigillari. Presentes erant: Omarus, Rutgerus de Bukenevorde, Hermannus de Wulfhem et Gerhardus de Quernhem milites; Hermannus Hundertmarch, Adolphus de Ostenvelde, Lutbertus de Batenhorst et plures alii probi viri Datum et actum sabbato ante Letare (*März 10.*) 1273 (1274). — *Abschr. Msc. I. 69. f. 157^a; Copie III. 36. f. 157^a.*

¹⁾ So Kindlinger. Ob nicht „Werne“ zu lesen? — ²⁾ Die Beziehung auf die oben Nro. 937. gegebene Urkunde vom 30. Nov. 1273 nöthigt uns auch für das Bisthum Osnabrück den Jahresanfang zum 25. März oder zu Ostern anzunehmen. — ³⁾ „Kattenstroth“ im Kspl. Gütersloh. — ⁴⁾ von Stromberg.

943.

Der Edle Bernhard von Ahaus verkauft den Hof Lefert ¹⁾ *an das Kl. Hohenholte und resignirt denselben vor dem Freistuhle zu Wosten* ²⁾. 1274 April 3. — *Or. Kl. Hohenholte U. 14; gedr. Kindlinger B. III. U. p. 733.*

Nos Bernhardus vir nobilis dominus de Ahus notum facimus universis, ad quos presentes litere pervenerint, quod nos curtem nostram Lefhardinchof cum manso curti vicino et omnibus ad ipsam curtem et mansum pertinentibus tam in mancipiis quam in agris sacionariis et pasuariis, domina Aleyde matre nostra, Sophya uxore nostra, et liberis nostris Ottone, Johanne, Cunegunde ac Juttha consentientibus et collaudantibus, domine priorisse et conventui sanctimonialium in Honholte pro centum marcis legalis monete vendidimus, proprietatque dicte curtis et mansi et universis ad ea pertinentibus mater nostra, uxor nostra et liberi nostri predicti coram Arnolde de Hove vicecomite sive dincgravio tunc temporis bannum regium tenente ac sedi regie presidente in cometia libera apud Wosten, ubi proprietates prefate curtis et mansi sita est, ore manuque renuntiaverunt coram testibus subnotatis: Anselmo preposito sancti Egidii, Christiano sancti Pauli canonico, Johanne presbitero in Honholte, Thiderico de Sconenbeke, Hinrico de Emesbroke, Ludolfo Haken, Hinrico Seleking, Rolando de Vegthorpe, Wilhelmo de Hopingen, Ludewico de Aldenberge, Gerwino Divite, Hinrico de Offerhus, Adolpho de Lenderiskeshem, Suethero de Aldenberge, Everhardo Parvo, Johanne Oren, Wezelo et Johanne de Prumhem, Johanne de Lepelincthorpe, Johanne de Bocholte, Johanne de Holthusen et aliis quam pluribus. Statimque predictus Arnoldus vicecomes sive dincgravius predictam priorissam nomine monasterii sui in Honholte duxit et misit in possessionem prenominate curtis et mansi solemnitatibus adhibitis, que circa huiusmodi fieri consueverunt, videntibus et audientibus testibus memoratis. Et quia nos, cum ista fierent, presentes non fuimus, utpote tunc temporis arduis negotiis prepediti, postea coram antedicto Arnolde vicecomite sive dincgravio renuntiationem a matre uxore liberisque nostris rite factam ratificavimus assignantes ore et manu prefate domine priorisse ac conventui sanctimonialium monasterii in Honholte pretaxatam curtem et mansum cum omnibus ad ea pertinentibus, ut in perpetuum ea possideant pleno iure, itemque prenominate Arnoldus vicecomes sive dincgravius sepefatam priorissam nomine conventus eius misit et duxit in possessionem sepe dicte curtis et mansi ad ipsam pertinentis, nichil obmittens de hiis que circa huiusmodi fieri consueverunt. Acta sunt hec in parochia Aldenberge apud Wosten anno dominice incarnationis M^o.CC^o.LXXIII^o, III. Nonas Aprilis, indictione II, Epacta XI, concurrente VII, presidente sancte Romane ecclesie Gregorio Papa X, hiis presentibus quorum nomina subsequuntur: Thidericus de Sconenbecke, Hinricus de Emesbroke, Ludolfus Hake, Hinricus Seleking, Rolandus de Vegthorpe, Wilhelmus de Hopingen, Ludewicus de Aldenberge, Gerwinus Dives, Johannes Leo, Johannes, Henricus de Offerhus, Adolphus et Lenderikeshem, Suederus de Aldenberge, Everhardus Parvus, Johannes Ore, Wezelus et Johannes Prumhem, Johannes de Lepelincthorpe, Johannes de Bocholte, Johannes de Holthusen, et alii quam plures.

An rothseidenen Fäden hängt das herzförmige gevierte ³⁾ Siegel mit der Umschrift: SIGILLUM BERNHARDI DE AHUS.

944.

* *Das Capitel zu St. Mauriz bekundet, dass es Johann den Sohn des Ritters Everhard genannt Advocatus, Conrad den Sohn der Wittve Amelgardis, Heinrich von Vrekenhorst, Conrad von Bovinclo, den Priester Artur von Dernen genannt Gast und Friderich von Wareendorpe als Canoniker angenommen, und*

¹⁾ Bauersch. Waltrup, Kspl. Altenberge, Kr. Steinfurt, nach Ausweis des Repertoriums. — ²⁾ Da dieser Ort, nach der Angabe unserer Urkunde, gleichfalls im Kspl. Altenberge lag, so ist er ohne Zweifel das heutige Colonat „Wæstman“ in der Bauerschaft Westerfeld. — ³⁾ 1. und 4. sind schraffirt.

ihnen nach der Reihenfolge ihrer Aufnahme die zur Erledigung kommenden Pröbenden anweisen werde. Datum apud sanctum Mauritium feria quarta post pascha (April 4.) 1274. — Abschr. Msc. I. 69. f. 140; Copie IV. 3. p. 109.

945.

* Gertrudis, Priorin in Asbeck, gestattet dem Pfarrer Hugo in Lecden, ad sedem apostolicam ¹⁾ ire proponenti, für die Dauer eines Jahres die Einkünfte seines Amtes zu geniessen, und verspricht, falls er während dieser Zeit sterben würde, den annus gracie pro salute anime sue dem Convent in Asbeck zu überweisen. Datum in Asbeke a. D. MCCLXXIV. sabbato ante Misericordia Domini (April 14). — Or. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archiv.

946.

* Abbatissa et conventus beate Marie Monasteriensis civitatis transquam verkaufen duos solidos denariorum monete Monasteriensis pro duabus marcis decano et capitulo ecclesie beati Ludgeri Monasterii, quas nobis annuatim debuerant ministrare de quadam decima sita in Sutdulmene pro memoria Godescalci presbiteri, dicti de Warenthorpe habenda beate memorie etc. Acta sunt hec anno Domini MCCLXX. quarto, tercio nonas Mai (Mai 5). — Abschrift Msc. I. 70. p. 31.

947.

* Papst Gregor X. bestätigt dem Kloster in Rengering seine Freiheiten und Privilegien — omnes libertates et immunitates a Romanis pontificibus predecessoribus nostris, sive per privilegia vel alias indulgentias vobis et monasterio vestro concessas, necnon libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus vel aliis Christi fidelibus rationabiliter-indultas. — Datum Lugduni X. Kal. Julii, pontificatus nostri anno tertio. (Lyon 22. Juni 1274). — Or. Kl. Rengering U. 26; Abschr. Msc. I. 108. f. 118.

An rothen und gelben seidenen Fäden hängt die Bulle mit der Inschrift: GREGORIUS PP. Xus.

948.

* Bischof Otto von Minden verleiht Allen, die zum Bau des Kl. Rengering beisteuern, einen Ablass von 40 Tagen. 1274 Juni 25. Lyon. — Or. Kl. Rengering U. 25; Abschr. Msc. I. 108. f. 120'.

Otto Dei gratia Mindensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint salutem in Domino. Quoslibet sancte fidei professores ad zelum devotionis et ad opera karitatis allicere cupientes, nos de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius confisi suffragiis, omnibus Christi fidelibus vere penitentibus et confessis, qui ad structuram monasterii sanctimonialium in Rengering ordinis Cisterciensis Monasteriensis diocesis manum porrexerint adiutricem, XLa dies de iniunctis sibi penitentiis, dummodo ad id loci eiusdem diocesanis consensus accedat, misericorditer relaxamus. Datum Lugduni VIIo. Kalendas Julii anno Domini M^o.CC^o.LXXIII^o, pontificatus domni Gregorii pp. Xmi anno tercio ²⁾.

Das schön gearbeitete Siegel des Bischofs hängt an rothen und gelben seidenen Fäden.

¹⁾ Nach Lyon, wohin auch das Kloster Rengering eine Botschaft sandte. Vgl. die U. v. 22. u. 25. Juni d. J., unten Nro. 947. u. 948. — ²⁾ Mit dieser Urkunde zusammengehört ist eine andere, fast wörtlich gleichlautende, ausgestellt von dem Erzbischof Engelbert von Köln „Lugduni XIII. Kal. Julii 1274“ (Juni 18). Ebenfalls von Lyon datirt sind die Indulgenzbrieife der

949.

Ritter Hermann von Daverenberge und seine Söhne Bernard, Friedrich und Hermann bekunden, dass sie dem Kloster Kappenberg ein früher zur curtis Brewinchof gehörendes Haus in Curtenbroke verkauft haben. Testes: capellanus Johannes, Godefridus miles et Hermannus fratres de Menhuvele, Wescelus de Specken, Wilhelmus de Mengethe, Herbordus Cule gogravius, milites, Theodericus de Edelinthorpe, Theodericus Seta, Rabode Cule et alii. Ausserdem werden der Prior Lambert und der Cellerar Otto von Kappenberg genannt. Datum in Daverenberge ¹⁾ a. D. MCCLXXIV, in vigilia B. apostolorum Petri et Pauli (Juni 28). — Abschr. Msc. II. 45. p. 169; gedr. Niesert U.-S. II. 472.

950.

* Die Küsterin des Stifts Elten tauscht einen Wachszinsigen gegen eine Ministerialin des Edlen von Bronchorst aus. 1274 Juli 6. — Or. Herrsch. Borkeloh U. 3.

Nos Heilewigs Dei gratia custos Altinensis ecclesie presentibus protestamur, quod nos manumisimus Bernardum filium Lamberti Wolpinch in Stinre, nobis attinentem iure cerocensuali, ita quod de cetero attineat viro nobili domino W. de Brunchorst iure ministeriali, pro quo recepimus Ermegardem filiam Jute in Stinren ministerialem eiusdem domini W. de Brunchorst in concambium, ut attineat ecclesie nostre Altinensi iure cerocensuali. Actum et datum anno Domini M^o.CC^o.LXXIII^o, in octava beatorum Petri et Pauli apostolorum.

Das Siegel ist abgefallen.

951.

* Der Münstersche Stiftsverweser Graf Otto von Tecklenburg bekundet seine Sühne mit der Stadt Coesfeld. 1274 Juli 24. Münster. — Abschr. des Or. im Archiv der Stadt Coesfeld, Msc. III. 44. Nro. 44.

Nos Otto comes de Tekeneburg tutor ecclesie Monasteriensis recognoscimus presentibus et testamur, quod quicquid rancoris et discordie fuit inter nos ex una parte et opidanos Cosveldenses ex altera, penitus est sopitum et ad concordiam revocatum, ita sane, quod ubicunque ac quibuscunque modis possumus eorum indemnitatibus et promotionibus intendemus. In cuius rei testimonium presentem literam nostro sigillo duximus roborandam. Datum anno Domini M^o.CC^o.LXXIII^o. in die Praxedis virginis. Acta sunt hec Monasterii presentibus Rodolfo de Langen, Ludolfo de Bruchterbeke, Goswino Keselinc, Hinrico de Stoltbroke militibus, Johanne Leone, Hermanno Keyserinc et ceteris scabinis Monasteriensibus.

952.

* Papst Gregor X. bestätigt dem Decan Werner an der Kirche zum h. Martinus in Münster die von dem verstorbenen Bischof Gerhard ²⁾ geschenkten Einkünfte aus der Kirche in Dothorpe (Darup). — Datum Lugduni Idus Augusti, pontificatus anno tertio. (Lyon 1273 September 13.) — Abschr. Msc. I. 74. p. 40; hieraus copirt Msc. IV. 4. p. 244.

Bischöfe Walrad von Halberstadt v. 13. Juni, Friedrich von Merseburg und Wideo von Meissen, letztere beide v. 26. Juni dieses Jahrs, welche nur abschriftlich im Copiar Msc. I. 108. f. 120', 121 u. 142 vorliegen. Die Anwesenheit dieser Bischöfe auf dem Oekumenischen Concil zu Lyon hatte bekanntlich den Zweck, die von den Kaisern Otto IV. u. Friedrich II. dem päpstlichen Stuhle ausgestellten Privilegien und Eide, Namens des Königs Rudolf zu beschwören. Vgl. Böhmer R. J. 1246—1313 p. 331. — ¹⁾ Davensberg, Kspl. Ascheberg, Kr. Lüdinghausen, wo ich aber die angegebenen Ortschaften nicht gefunden habe. — ²⁾ Vgl. die U. v. 24. April 1271, oben Nro. 885.

953.

* Hermann Edler von Blankena genannt Hude bekundet, dass er mit der curtis ad Capellam, welche der Ritter Bernhard genannt de Capella früher von ihm zu Lehn trug, den Ritter Godfried von Rechede und dessen Söhne Ludolph und Johann belehnt habe presentibus Johanne camerario, Hugone de Kappelen, Gerlaco de Horstelo militibus, item Hinrico gogravio de Litbeke, Wilhelmo dicto Vrlage et aliis. Datum a. D. MCCLXXIV. die Remigii confessoris (October 1). — Zwei Abschriften von Kindlinger's Hand Msc. II. 45; die eine p. 147 mit dem J. 1274, die andere p. 223 mit 1284.

Das Siegel hatte nach Kindlinger einen aufgerichteten gekrönten Löwen.

954.

* Bernhard von Hörde verkauft zwei Häuser an das Magdalenenhospital in Münster. 1274 November 21. Dortmund. — Abschr. im Copiar des Hospitals p. 13 1).

Quoniam mortales sumus et dudum subsistere non possumus, cautum est rem gestam testium subscriptione et literarum amminiculo communire. Proinde nos Bernardus miles de Hurda, Agnes uxor nostra, Albertus et Fredericus fratres, Poncilina et Alheydis sorores, legitimi heredes nostri, notum facimus universis et presentibus protestamur, quod de pleno consensu et unanimi voluntate vendidimus hospitali sancte Marie Magdalene in Monasterio bona nostra in villa Tilbeke sita, videlicet domum que vulgo dicitur Volmarinck²⁾ et aliam domum que dicitur Tumehus in meram proprietatem, cum hominibus inhabitantibus domos predictas et aliis omnibus attinenciis agris pratis pascuis terris cultis et inculis tam in cespitibus quam in frondibus perpetuo possidendas. Accessimus itaque Tremoniam et ibidem dicta bona Henrico plebano et Johanni dicto de Lichden provisoriibus dicti hospitalis resignavimus, renunciantes omni iuri quod in dictis bonis habuimus et nobis competere videbatur. Actum in ecclesia sancti Nicolai a. D. M^o. CC^o. septuagesimo quarto in vigilia Cecilie virginis coram Elya de Elepe tunc temporis iudice Tremoniensi, requisita et lata sententia, quod eque validum esset ac si coram tribunali actum fuisset, presentibus eciam consulibus memorate civitatis Hermanno Schulen, Bertoldo de Copmannehaven, Johanne Yben, Cesario in Wistrata, Arnolde Calvo, Arnolde Longo, Thiderico de Rumenige, Wynando de Hirrike, Bertrammo dicto Sancto Viro, Bernardo Calvo, Vrowino de Hovele, Ertmaro de Krakowe, Johanne Theoloneario, Henrico Nigro, Henrico Clerico, Arnolde Milite, Ertmaro de Crispin et Segebodone genero Lentfridi. Presentes eciam erant Herbordus comes Tremoniensis et Gotfridus de Summeren gener noster, qui predicta bona pro uxore sua Poncilina predicta publice resignavit, Menricus de Apelderbeke milites, Henricus de Horst, Gotwinus de Eppenhusen miles, Henricus Albus, Rutgherus dictus Forpex, Wynandus de Hatingghe, Gotfridus claviger comitis et alii quam plures burgenses Tremonienses. Ut autem etc. Datum anno loco et die ut supra.

955.

* Gerhard Propst und der Convent zu Clarholte verzichten auf alle Ansprüche an das in der Nähe ihres Hauses Kutelbeke stehende Gehölz. Datum a. D. MCCLXXIV, in die Innocentium (Decemb. 28). — Orig. Kl. Marienfeld U. 192: Abschr. Msc. I. 106. f. 155'.

Vom Siegel des Convents sind nur Bruchstücke vorhanden.

¹⁾ Ibidem p. 29 befindet sich eine ohne Zweifel auf eben diese Verhandlung bezügliche, nicht datirte Urkunde, worin „Theodericus de Schonenbeke“ und seine Söhne bezeugen: „quod si Bernardus de Horde bona sua vendere decreverit, nostrum ad id habebit consensum plenarium et favorem“. — ²⁾ Bauersch. Tillbeck und Colonat Vollmer im Kirchsp. Havixbeck, wo auch die oben U. 784 genannten Güter Bernhard's von Hörde lagen.

956.

* *Godschalk von Rhemen resignirt in Oldenzaal zum Behuf des Kl. St. Ägidii eine Hove zu Stevern* ¹⁾. 1274.
— *Or. Kl. St. Ägidii U. 40; Abschr. Msc. I. 81. p. 176.*

A. Dei gratia decanus et capitulum in Oldensile omnibus presentes literas inspecturis salutem in Domino. Notum sit omnibus presentibus et futuris, quod Gozscalcus dictus de Reme uxor sua et omnes heredes sui coram nobis in manus nostras et²⁾ prepositi sancti Egidii ad usus eiusdem ecclesie sancti Egidii resignaverunt mansum in Steveren, qui per concambium ad eosdem devenit per commutationem factam a Gozwino milite dicto de Nutlon, renuntiantes omni iuri, quod in iam dicto manso habuerunt vel habere in posterum possent. Acta sunt hec presentibus hiis Nanno dicto Magno ³⁾, Hinrico dicto Snidere, Arnaldo dicto de Lindelo, Bernhardo clerico de Unlich ⁴⁾, Johanne institore, Ecberto de Ponte, Hartwico filio Lucen. Ne igitur aliqua suboriri possit dissensio vel querela, presentem paginam sigillo nostro, oppidi in Oldensile, ac decani monasterii fecimus communi. Datum in Oldensile a. D. M^o.CC^o.LXX^o. quarto.

Ohne dass es in der U. angegeben ist, hängt an derselben auch das Siegel Godschalks von Rhemen, auf einem Querbalken drei laufende Vögel, sodann das Siegel des Dechanten, und das der Stadt Oldenzaal, der h. Martinus zu Pferde mit dem Mantel (vgl. v. Radowitz Kunstsymbolik u. Ikonographie p. 124). Von der Umschrift ist noch erhalten: SIGILLUM DENSELENSE.

957.

Friedrich, Domdechant zu Münster, bekundet, dass der domcapitularische Official Johann in Grevene (Greffen) und dessen genannte Brüder die Klage gegen den Abt Johann zu Marienfeld wegen Wiederherstellung der Mühle in Dorphorne ⁵⁾ *aufgegeben, und dass deren Mutter Margaretha und ihre Töchter Elisabeth und Cunegundis vor dem Richter Heinrich von Balchorne zu Warendorpe im Beisein des Officials Hermann Franceus sich dieser Erklärung angeschlossen haben. Unter den Zeugen werden genannt die Domherren Bernhardus de Asbeke, magister Lutbertus, Gerhardus de Monasterio, Adolfus Norendinus, Thetmarus de Tune; sodann Heinricus Vinke, Otto de Haren, Theodericus Rance, Wernerus Togranc* ⁶⁾, *Wernherus de Karshem, Gerhardus Stenhus, Themo Nagel et alii plures. Acta sunt hec anno D MCCLXXIV. — Or. Kl. Marienfeld U. 190; Abschr. Msc. 106. f. 26; gedr. Zeitschr. IX. p. 309.*

958.

* *Der Richter Ludolf, die Consuln und Schöffen in Beckum bekunden, dass der Cleriker Johann, Sohn des Ritters Omer von Ostenvelde, auf den Mansen in Holthem* ⁷⁾, *welchen letzterer an das Kloster Marienfeld verkauft hatte, Verzicht geleistet habe. Datum a. D. MCCLXXIV. — Or. Kl. Marienfeld U. 191; Abschr. Msc. I. 106. f. 39^a.*

Das Siegel der Stadt Beckum ist gut erhalten.

¹⁾ Kspl. Nottuln. — ²⁾ In der U. steht hier ein absolut unlesbares Wort, dessen letzte Buchstaben . . . erorum sind. Der Schreiber des Copiars l. c. hat sich begnügt, die Züge des Originals mechanisch zu wiederholen. — Der damalige Propst von St. Ägidii hiess Anselm. Vgl. die U. v. 2. April d. J. oben Nro. 943. — ³⁾ „Nannus“ wird wohl dem Französischen „nain“ Zwerg entsprechen. — ⁴⁾ Man kann auch „Vulicho“ lesen. Doch bemerkt schon Niesert Msc. III. 28. f. 4^a zu seiner Abschrift der oben Nro. 685 gegebenen Oldenzaaler Urkunde, dass auch dort v statt u im Anfang der Wörter gebraucht würde. — ⁵⁾ Colonat Darphorn, westlich von Greffen. — ⁶⁾ So das Original; aber das Copiar hat wie der Abdruck in der Zeitschrift „Todranc“. — ⁷⁾ Vgl. die Urkunde vom 30. April 1272, oben Nro. 917.

959.

* Dem Kloster St. Ägidii schreiben die Brüder Heinrich und Hermann dicti de Willen, milites, dass Giselbertus filius G. nobilis de Reme auf sein Eigenthumsrecht an dem mansus in Steveren verzichtet habe. Datum Frethene a. D. MCCLXXIV (1275) ipso die beati Gregorii pape (März 12)¹⁾. — Or. Kl. Ägidii U. 41; Abschr. Msc. I. 81. p. 178.

Das Siegel der Ritter von Willen²⁾, drei Krüge (2. 1.) ist mit einem Theil der Umschrift erhalten.

960.

* Papst Gregor X. überträgt bei Erledigung des bischöflichen Stuhls zu Münster die Custodie des St. Martinistiftes dem Canonicus Gerwin. 1275 März 25. Lyon. — Abschr. Msc. I. 71. f. 16; Copie Msc.

IV. 4. p. 152, IV. 13. p. 41.

Gregorius episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio preposito sancti Mauriti³⁾ extra muros Monasteriensis salutem et apostolicam benedictionem. Exposuit nobis dilectus filius Gerwinus canonicus ecclesie sancti Martini Monasteriensis, quod custodia eiusdem ecclesie, quam nullus alius preterquam ipsius ecclesie canonicus consuevit habere, cuiusque collatio ad episcopum qui est pro tempore pertinet, per mortem Friderici ecclesie predictae custodis vacat ad presens, nec est preter nos, qui eam conferre valeat, cum ecclesia Monasteriensis sit nunc pastoris solatio destituta. Quare dictus Gerwinus nobis humiliter supplicavit, ut conferre sibi custodiam ipsam, cuius proventus trium marcharum argenti valorem annis singulis vix attingunt, de benignitate apostolica dignaremur. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, eidem Gerwino, quem per dilectum filium fratrem Nicholaum Seguntinum ordinis minorum et magistrum Gualterum de Vaccaria canonicum Noviomensem de literatura et cantu examinari fecimus diligenter, quique inventus est in illis convenienter idoneus ad huiusmodi custodiam obtinendam, si nichil ei obviet de canonicis institutis, ipsam cum iuribus et pertinentiis suis per te vel alium auctoritate nostra conferre et assignare procures, inducens eum in corporalem eiusdem custodie possessionem, et defendens inductum ac faciens ipsum in custodem ecclesie prefate admitti, ac sibi de ipsius custodie fructibus obventionibus et iuribus universis plene ac integre provideri. Non obstantibus etc. Datum Lugduni VIII. Kal. April, pontificatus nostri anno quarto.

961.

* Der Propst Anselm, die Äbtissin Oda und der ganze Convent von St. Ägidii zu Münster verkaufen der dortigen St. Ludgerikirche für zwei Mark eine Rente von zwei solidi, quos nobis annuatim debuerant ministrare de quadam decima sita in Sutdulmene pro memoria Godescalci presbiteri b. m. de Warenthorpe habenda. Acta sunt hec anno Domini MCCLXXV, in vigilia beatorum martirum Tiburcii et Valeriani. (1275 April 13) — Abschr. Msc. I. 70. p. 30; Copie Msc. IV. 3. p. 159.

¹⁾ Vgl. die U. v. J. 1274, oben Nro. 956. — ²⁾ Später „Wullen“ geschrieben. — ³⁾ Wichbold von Holte, der Gegencandidat bei der streitigen Bischofswahl.

962.

- * Graf Engelbert von der Mark bekundet, dass Wilhelm von Limburg seinen Hof in Osthus¹⁾ an seine Verwandten, die Brüder von Volmestein, verkauft habe. 1275. — Orig. Kl. Marienfeld U. 196; Abschr. Msc. I. 106. f. 57.

Nos Engelbertus comes de Marcha omnibus huius pagine inspectoribus notum esse cupimus, quod Wilhelmus miles dictus de Lymburg cum consensu et bona voluntate Cristine uxoris sue curtim in Osthus, quam Godefrido et Bernhardo fratribus de Volmezstene suis patruelibus rite vendidit, coram nobis cum universis attinentiis et proventibus penitus resignavit. Ne autem calumpnia successorum sive heredum prefatorum, videlicet W. militis et C. sue uxoris, huic resignationi possit in posterum contraire, presens scriptum in testimonium firmitatis nos nostro et sepedictus W. suo sigillo duximus roborandum. Datum anno Domini M^o.CC^o.LXX^o. quinto. Testes vero huiusmodi sunt: Arnoldus Calf, Godeschalcus frater suus de Hesnen, Engelbertus de Herborne milites et alii fide digni.

Das Siegel des Grafen Engelbert hat sehr gelitten; auch von dem Wilhelmo's von Limburg lässt sich ausser dem getheilten Schilde nichts erkennen.

963.

- * Conrad, Erwählter von Osnabrück, überträgt das Eigenthumsrecht des Hofes in Osthus an das Kloster Marienfeld, nachdem dessen bisheriger Lehnsinhaber, Wilhelm von Limburg²⁾, das Stift Osnabrück anderweitig entschädigt hatte. 1275 April 30. — Or. Kl. Marienfeld U. 195; Abschr. Msc. I. 106. f. 57.

Conradus Dei gratia Osnaburgensis ecclesie electus omnibus in perpetuum notum facimus et protestamur, quod nos de communi consensu capituli nostri proprietatem curtis in Osthus, quam Willelhelmus miles dictus de Lymburg ecclesie nostre erogaverat et quam postmodum de manu pie memorie domini Wedekini Osnaburgensis ecclesie electi predecessoris nostri receperat in feodo, de ipsius Willelhelmi voluntate et consensu, recompensata maiori ecclesie nostre utilitate per resignationem molendini nostri in Widenbruge, quod ab ecclesia nostra pro castrensi feodo idem Willelhelmus tenebat et in manus nostras libere resignavit, . . . abbati et conventui sancte Marie in Wadenhart contulimus et in hiis scriptis conferimus perpetuo possidendam. In cuius rei evidens testimonium presens scriptum nostro ac capituli nostri maioris sigillis fecimus communiri. Actum et datum anno Domini M^o.CC^o.LXXV^o, pridie Kalendas Maii.

Beide Siegel sind beschädigt.

964.

- * Der Edle Bernhard von Lippe schenkt zu seinem und der Seinigen Seelenheil dem Kl. Marienfeld einen Hof. 1275 Mai 3. — Or. Kl. Marienfeld U. 198; Abschr. Msc. I. 106. f. 59; II. 11. p. 107.

Ut ea que geruntur perpetue stabilitatis robur obtineant et ad nasciture posteritatis pervenire possint memoriam cum salute, maturiori consilio provisum est, ut res geste sollempniter sigillatis apicibus eternentur. Noverint igitur fideles presentis temporis et futuri ad quos presentes littere pervenerint, quod nos Bernhardus nobilis et dominus de Lippia, cum communi consensu nostre uxoris Agnetis et filii nostri Sy-

¹⁾ „In Ulede“ vermerkt eine gleichzeitige Hand auf der Rückseite der folgenden Urkunde. Auch die Marienfelder Acten kennen noch ein „Osthus zu Oelde“, was wohl erst neuerdings sich in „Axthausen“ umgewandelt hat. — ²⁾ Der nach der vorigen U. dies Gut an die Brüder von Volmestein verkauft hatte, von denen das Kloster es erstanden haben mag.

monis ac universorum heredum nostrorum, curiam nostram in Ruykampe ¹⁾ cum attinenciis suis cenobio campi sancti Marie libere contulimus perpetuo possidendam, in remedium videlicet anime nostre et patris ac fratris nostri Hermanni. In huius rei testimonium, ad perpetuam fidelium memoriam et firmitatem in posterum habendam, presens scriptum sigillo venerabilis domini Symonis patruī nostri Paderbornensis episcopi et domini Conradi cognati nostri Osnaburgensis episcopi, nec non et dilecti generi nostri comitis de Ravenesberg ²⁾ et nostro cautum duximus roborari. Datum in inventione sancte crucis anno Domini M^o.CC^o. septuagesimo quinto.

Die vier obengenannten Siegel sind gut erhalten und sämtlich mit Rücksiegeln versehen.

965.

* König Rudolf beauftragt Albert den frühern Bischof von Regensburg ³⁾, von dem erwählten Bischof Everhard von Münster in seinem Namen den Eid der Treue entgegenzunehmen. 1275 Juni 19. Augsburg. —

Abschr. Msc. I. 4. p. 173; hieraus copirt II. 15. p. 95.

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus venerabili Al. quondam Ratisponensi episcopo amico sincere dilecto salutem et sincerum regie benignitatis affectum. Pensat nostra serenitas, quod affectus, quem sacri Romani imperii principibus impendimus, ad nos redire non debeat vacuus, ymmo quanto amplius ipsorum laboribus et vexationibus partimus, tanto maiora fidelitatis ac devotionis obsequia iidem nobis et sacro imperio rependere debent lance. Hinc est, quod nos honoratō ac multipliciter commendato Everardo electo Monasteriensis ecclesie, principi nostro dilecto, pro recipiendis de nostre maiestatis manibus regalibus ad nos accedere non potenti, hanc gratiam duximus faciendam, quod eidem amministrationem temporalium sive dignitatem regalium transmittimus nostras litteras per patentes, sinceritati vestre dantes presentibus in commisso, quatinus recepto a predicto Monasteriensi electo principe nostro dilecto fidelitatis debite nostre maiestatis nomine sollempniter iuramento, litteras, quas super collatione regalium seu investitura temporalium sibi concedimus, post prestitum huiusmodi iuramentum eidem de vestris manibus presentetis. Preterea volumus et mandamus, quod predictus electus prebeat corporale iuramentum, quod infra nunc currentis anni spatium super innovandis hiis, que sibi concedimus, nostre maiestatis conspectibus se presentet. Datum Auguste XIII. Kalendas Julii, indictione III, regni nostri anno secundo.

966.

König Rudolf verleiht dem neuerwählten Bischof Everhard von Münster die Regalien seines geistlichen Fürstenthums. 1275 Juni 19. Augsburg. — Abschr. Msc. I. 4. p. 172; gedr. Niesert U.-B. I. II. p. 46.

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis et singulis vasallis ministerialibus et hominibus ecclesie Monasteriensis fidelibus suis dilectis suam gratiam et omne bonum. Romani imperii celsitudo consurgens antiquitus et fundata mirifice super immobile fundamentum, excellentie prerogativa qua viguit, columpnis meruit stabiliri stabilibus et egregiis edificiorum iuncturis indissolubiliter adornari. Inter quas quidem illustres principes ad totius operis machinam supportandam precipue ut columpnas voluit potiori prestantia preminere, ut quo ulterius gratie privilegii insigniri se sentiunt, eo amplius debeant in obsequiose vicissitudinis redditione gratuita ceteris preclarere. Sane insinuante nobis venerabili Everhardo Monasteriensi electo, principe nostro dilecto, quod cum idem pro recipiendis regalibus et temporalium iurisdictione de nostre maiestatis manibus, propter suam ecclesiam variis et diversis discordia-

¹⁾ Bauersch. Rückamp, Kspl. Enniger, Kr. Beckum. — ²⁾ Otto, nach dem Siegel. — ³⁾ Mit dem Beinamen „Magnus“, der damals in Cöln lebte.

rum generibus tribulatam et viarum discrimine, se non posset nostre serenitatis conspectibus sine periculo presentare, ac humiliter supplicante, ut nos ipsius absentiam et veniendi ad nos impotentiam dignemur benignitate regia supportare et ipsum absentem in collatione et transmissione regalium confirmare, nos ipsius E. Monasteriensis electi supplicationibus favorabiliter inclinati regalia feoda principatus pontificalis, quem optinet, sibi de liberalitate regia concedimus et eundem electum investimus presentibus de iisdem, administrationem temporalium et iurisdictionem plenariam principatus eiusdem ecclesie electo prenotato presentium serie transmittentes. Sic tamen, ut ante presentis anni transcursum fidelitatis et homagii iuramentum in nostre serenitatis presentia presentialiter sollempnizet. Quocirca vobis universaliter singulis et singulariter universis damus presentibus firmiter in mandatis, quatenus ipsi electo tamquam principi nostro et vero vestro domino pareatis in omnibus humiliter et devote. Datum apud Augustam XIII. Kalendas Julii, indictione III, anno Domini M^o.CC^o.LXX^o. quinto, regni vero nostri anno secundo.

967.

Otto comes in Ravensberg giebt mit Bewilligung seiner Gemahlin und seines Bruders Ludwig, Propstes zu St. Johann in Osnabrück, zu seinem und seiner Eltern Seelenheil das Erbe Modewic bei der Stadt Beckum dem Kloster Marienfeld. Datum a. D. MCCLXXV. in die S. Margarete virginis (Juli 13). Testes sunt: Joannes, Reinbertus fratres de Rubo, Rhegebodo Top, Ludolfus Nagel, Theodericus Rance, Henricus Vinko milites, Henricus Duvelescop, Egebertus famuli et officiales comitis. — Aus einer Copie sæc. XIV. Msc. II. 77. p. 167; gedr. von Ledebur Archiv III. p. 307.

968.

* Hermannus iudex in Telgeht (Telgte) bekundet den vor ihm vollzogenen Verkauf eines Mansen in Gestle seitens der Brüder Amelungus und Hardwinus an das Kloster Marienfeld. Datum a. D. MCCLXXV, in festo S. Petri ad vincula. (August 1) — Or. Kl. Marienfeld U. 194; Abschr. Msc. I. 106. f. 40.

Das anhangende SIGILLUM CIVITATIS DE TELGET stellt einen jungen Eichbaum (Telge) vor.

969.

Statut des Münsterschen Domcapitels, dass statt des bisherigen kostspieligen servitium regni ¹⁾, von den neu eintretenden Canonikern dem Domcapitel zehn Mark sollen gezahlt werden. 1275 August 23. Münster.

— Abschr. Msc. I. 1. p. 340; gedr. Niesert U.-S. VII. p. 281.

Decanus et capitulum ecclesie Monasteriensis. Omnibus presens scriptum intuentibus notum facimus, quod cum regni servitium, quod a novitiis nostris canonicis exhiberi consuevit, in tantam expensarum immoderantiam (excreverit), quod questum longi temporis brevis hora consumpsit et vix ad hoc locupletes sufficiebant, compulsique sunt ex hoc in gravem debitorum obligationem huiusmodi novitii declinare, tacito de insolentibus et discordiis multis que ex hoc frequenter proveniebant, huiuscemodi molestias et gravamina volentes in melius commutare, de communi totius capituli nostri consilio et assensu provide duximus ordinandum, quod quicumque de cetero in ecclesia nostra canonicatum et prebendam adipiscitur, cuiuscunque sit etatis dignitatis vel conditionis, antequam percipiat fructus prebende sue, dabit capitulo nostro decem marcas Monast. monete pro servitio regni predicto. Quod servitium novitii canonici exhibere consueverant secundum ecclesie nostre consuetudinem hactenus observatam. Alioquin si defectus fuerit in solutione dicte

¹⁾ Nach Niesert I. c. ein „servitium“, was dem Könige, so oft er nach Münster kam, gegeben werden musste, und wozu die jüngern Canoniker beitrugen.

pecunie, capietur prebenda non solventis in penam, quousque predictæ X marce integraliter fuerint persolue. Ut autem predicta ordinatio nostra rata maneat et inconvulsa, presens scriptum exinde confectum sigillo capituli nostri duximus roborandum. Datum et actum Monasterii anno Domini M^o.CC^o.LXXV^o, X^o. Kalendas Septembris.

970.

* *Die Brüder von Rudenberg, Edle, schenken dem Collegiatstift zu Beckum ein Gut in der Nähe dieser Stadt. 1275 November 13. Beckum — Or. Collegiatstift zu Beckum U. 9.*

Heinricus burgravius in Stromberg, Conradus et Johannes et Gotfridus dicti de Rothenberg fratres nobiles omnibus presens scriptum visuris salutem in Domino. Tenore presentium protestamur, quod nos de consensu uxorum nostrarum heredum et coheredum nostrorum omne ius, siquid nobis in bonis Holdewic sitis iuxta oppidum Bekehem titulo proprietatis seu quovis alio modo competebat vel competere poterat, liberaliter et absolute voluntate spontanea non coacte contulimus ecclesie in Bekehem ad honorem Dei et beate virginis Marie et patronorum dicte ecclesie beati Stephani prothomartiris et beati Sebastiani, preposito decano et capitulo eiusdem ecclesie perpetuo possidendum, sperantes nos eorundem oracionibus propensius adiuvari. In cuius facti testimonium presentem paginam sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam. Acta sunt hec Bekehem et in Stromberg, presentibus: Homaro de Ostenvelde et Rotgero de Bokeneworde militibus, et Ludolfo iudice de Bekehem, Adolfo dicto de Ostenvelde et Ricquino de Ostenvelde, Thiderico de Vulphem et Hermanno Hundertmarc, Everhardo Andopen, Lutberto de Beldichusen, Hermanno de Beveren et Hermanno de Duninchusen et aliis quam pluribus anno Domini M^o.CC^o.LXX^o. quinto, in die beati Briccii episcopi.

Die Siegel sind sämtlich verloren.

971.

* *Die Brüder Hermann und Bernhard von Lüdinghausen nehmen ihre Burg und Stadt von dem Erzbischof Siegfried von Köln zu Lehen, indem sie ihm die Hälfte der Jurisdiction und des Gerichtes überlassen. 1275. December 5. Ahaus. — Or. Fr. Münster U. 153a; Abschr. Msc. II. 53. p. 135.*

Nos Hermannus et Bernardus de Ludinchusen milites tenore presentium protestamur, quod progenitores nostri castrum et opidum Ludinchusen ab ecclesia Coloniensi in feodo actenus tenuerunt, et nos eodem iure una cum primogenitis nostris Hermanno et Henrico a venerabili patre et domino Syfrido Coloniensi archyepiscopo eadem, castrum et opidum, recipientes in feodum, ipsi archyepiscopo nomine ecclesie sue fidelitatem et homagium prestitimus ut est moris. Et ut apud ipsum dominum archyepiscopum et ecclesiam Coloniensem protectionem favorem et gratiam acquiramus, medietatem iurisdictionis et iudicii¹⁾ predicti opidi nostri Ludinchusen ipsi archyepiscopo suisque successoribus et ecclesie Coloniensi cum omnibus iuribus obventionibus et pertinentiis suis inperpetuum duximus conferendam. Concessimus etiam et concedimus ipsis archyepiscopo et successoribus eius et ecclesie Coloniensi, quod in castro vel opido Ludinchusen secundum eorum voluntatem et arbitrium duos possint instituere castellanos, qui ibidem residentiam faciant nomine eorundem, piscationem in aquis nostris et succisionem lignorum ad ignem ipsorum nobiscum habentes participem et communem. Permittimus insuper, consentimus et volumus pro nobis nostrisque

¹⁾ Vgl. die U. über den Bestand des Marschallamtes in Westfalen, aus den Jahren 1293—1300, bei Seibertz U.-B. II. p. 638: „Item castrum et opidum ac iudicium in Ludinchusen est archiepiscopi“; welche Notiz aber nach Seibertz in dem spätem Lehnbuche Bischof Dietrichs um 1448 sich nicht mehr findet.

heredibus, quod ipse archyepiscopus sui que successores nomine ecclesie Coloniensis per se et homines suos, cum armis et sine armis, cum multis vel paucis, possint intrare exire vel moram facere in ipsi opido et castro, quocienscunque de hoc necessitatem habuerint et eis in suis factis videbitur oportunum, et quod contra quoscunque, venerabili patre et domino nostro Werdinensi abbate dumtaxat excepto, astabimus fideliter archyepiscopis et Coloniensi ecclesie memoratis. Ut autem hec omnia et singula per nos nostrosque heredes vel successores inviolabiliter observentur, fide data super hoc cum nostris primogenitis supradictis et iuramento prestito corporali, fideiussores damus Henricum Susatiensem sculthetum, Godefridum de Rikenberg, Hermannum de Hede milites, Johannem dictum Morrian, Henricum de Wiberninch, Gerhardum de Krawinckele, Johannem de Holthus, Alexandrum de Dorstene, Theodericum et Wetcelum fratres dictos Kranpen et Godescalc dictum Budde de Bure, qui omnia et singula supradicta fide data promiserunt adimplere, et si, quod absit, de premissis excessum aliquem faceremus, iam dicti fideiussores nostri intrabunt Rikelinchusen, non exituri donec talis excessus per nos sive nostros heredes fuerit reformatus. Si vero aliquem predictorum fideiussorum nostrorum cedere vel decedere contingerit (*sic!*), alium in suum locum dabimus eque bonum, si moniti fuerimus, infra mensem. Hoc utique promissum nostrum ac fideiussorum nostrorum ex parte domini nostri Syfridi Coloniensis archyepiscopi et ecclesie sue Johannes vir nobilis de Bilsten, Hunoldus de Plettenbraht, Th. de Vitinchoven, Pelegrimus de Vore, Th. de Apelderbike, Henricus dictus notarius Asnidensis et Gerhardus in Isenberg dapifer receperunt. Ut autem hec in posterum nulli veniant in oblivionem sive dubium, presentem literam sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam. Datum et actum apud Ahusen in vigilia beati Nicholay. Anno Domini M^o.CC^o. septuagesimo quinto.

Beide Siegel sind fast zerstört.

972.

* *Urkunde des Richters und Stadtrathes zu Hamm über den Verkauf einer Hofstätte und zweier Hoven zu Kortenbroc an das Stift Kappenberg. 1275 December 6. — Hier nach Erhard's Abschrift des Orig. im Gräflichen Archive zu Kappenberg.*

Everhardus dictus Advocatus miles, iudex, scabini et consules opidi Hammensis etc. protestamur, quod prepositus et conventus monasterii Capenbergensis comparaverunt sibi sub emptionis titulo, pro triginta quatuor marcis legalis monete Hammensis, aream quandam et duos mansos sitos in villa dicta Kortenbroc, quorum alter Honburg dicitur, iure proprietatis peditos, cum pascuis, arvis, arbustis et universis attinentiis eorundem, ab Alberto dicto Patberg et Gerwino et Alberto heredibus suis, qui consensu unanimi bona predicta monasterio Capenbergensi resignaverunt ¹⁾ in manus Hartlevi celerarii, Conradi de Vitinchoven et Warmundi sacerdotum de Capenberg, iure proprietatis perpetuo possidenda. Preterea Everhardus de Hesnen, Gozscalcus de Hesnen milites, Lambertus de Boynen et Lodewicus dictus Risceber caverunt seu fideiusserunt pro Lodewico et Godefrido filiis Alberti Patberg predicti, quod eandem bonorum venditionem patris et coheredum suorum, cum ad propria redierint, ratibeant requisiti. Item quoque Everhardus de Hesnen, G. L. et L. predicti, fideiusserunt bona eadem ab omni inpetitione aliorum heredum sepe dicti Al. Patberg, monasterio Capenbergensi se libera conservare et propria iugiter permansura. Cuius rei testes sunt: Gerhardus de Althena, Godefridus de Hovele, Theodericus Volenspit, Wilhelmus Friso, Engelbertus de Herborn, milites; Gerwinus Herinc rector consulum, Theodericus de Danne et Hartlevus scabini, Bertoldus de Danne, Johannes filius eiusdem, Johannes Vulpes et alii quamplures. Insuper protestati sunt coram nobis publice sepe dicti Albertus Patberg, Gerwinus et Albertus filii eiusdem, quod Cunegundis uxor

¹⁾ Dieses Wort ist im Originale, weil es aus Verschen ausgelassen war, über die Zeile geschrieben, und hierauf bezieht sich die Bemerkung am Schlusse.

sua, Sophya, Gerthrudis, Gostu et Oda filie ipsius, in figura iudicii in Wernen resignaverunt monasterio Capenbergensi bona prehabita, conditione eadem libere possidenda, in manus Henrici plebani in Wernen, H. C. et War. sacerdotum prefatorum, presentibus ibidem: Ludolpho de Wernen milite, Adolpho, Alexandro, Godefrido filiis eiusdem, Conrado de Metlere, Arnolde de Reno, Bertramo de Walegarden, Escelino, Gerharde dicto Sasso, Henrico Wegenere, et aliis multis. In cuius rei testimonium sigillum opidi nostri presentibus est appensum. Datum et actum in figura iudicii nostri, anno Domini M^o.CC^o.LXX^o. quinto, ipso die beati Nicholai episcopi. Superscriptum huius dictionis «resignaverunt» approbamus.

Von dem Siegel ist nur noch ein unbedeutendes Bruchstück übrig.

973.

* Ludwig von Altenberge entschädigt das Stift Münster für ein von ihm an die Johanniter-Commende zu Steinfurt verkauftes Münster'sches Lehn. 1275 December 20. Münster. — Abschr. Msc. I. A. p. 79; auszugsweise bei Niesert U.-S. V. p. 54.

Ego Ludwicus de Oldenberghe miles notum facio, quod proprietatem domus Burmesterinch ¹⁾ site in parrochia Oldenberghe do ecclesie et episcopo Monasteriensi, qui pro tempore fuerit, pro eo, quod venerabilis pater et dominus Everardus Dei gratia Monasteriensi electus proprietatem domus dicte Lembeke ²⁾ site in parrochia Nortwalde, quam domum loco homagii ab eodem domino electo et ecclesia Monasteriensi teneram, quamque . . . magistro et fratribus domus hospitalis Jhrosolimitani in Stenvorde vendidi, . . . magistro et fratribus contulit supradictis. In evidens testimonium premissorum, quia proprium sigillum non habeo, presens scriptum sigillo honorabilium virorum . . . magistri et fratrum domus predicte petivi sigillari. Actum Monasterii a. D. M^o.CC^o. septuagesimo quinto, in vigilia beati Thome apostoli.

974.

Ein aus der Hörigkeit Entlassener wird dem Kl. Marienborn wachszinsig. 1275 December 24. — Abschr. im Copiar des Klosters p. 9; gedr. Niesert Marienborn p. 64.

Nos Dei gratia Elizabet abbatissa, Alradus provisor in Cosveldia cunctaque congregatio sanctimonialium ibidem consistentium ordinis Cisterciensis. Universis presentem literam visuris tenore presentium cum nostri sigilli appensione protestamur, quod Johannes, conservator litere presentis, coram iudicio in Cosveldia, presentibus probis viris Bernardo Sueymere, Bernardo Bennig, Woltero de Dulmene, Alberto Abel et aliis quam pluribus, libertate a domino suo Tiderico de Elen et ab uxore sua domina Aleyde accepta de omni iure proprietatis, et ab ipsis in prefato iudicio resignatus, in omne ius cercensuale ecclesie nostre se contulerit, nosque eum in tale ius receperimus, ut possit ducere legitimam, prius licentia a nobis postulata, et in morte sua sive de pecoribus sive de vestibus partem nobis dabit meliorem, et in testimonium sui iuris dabit nobis duos denarios annuatim in purificatione. Anno Domini M^o.CC^o.LXXV^o, vigilia natiuitatis Domini.

¹⁾ Burmester, westlich von Altenberge, Kr. Steinfurt.

²⁾ Südwestlich von Nordwalde, Kr. Steinfurt.

975.

Das Kloster Clarholz nimmt den erwählten Bischof Everhard von Münster und dessen Nachfolger zu seinem Stiftsvogt an. 1275 December 24. Clarholz. — Or. Fr. Münster U. 153; Abschr. I. 4. p. 189; II. 3. p. 74; gedr. v. Ledebur Archiv III. p. 32.

Gerhardus miseratione divina prepositus, Bertrammus prior, totusque conventus monasterii in Claholte Osnaburgensis dyocesis. Omnibus presens scriptum intuentibus notum facimus, quod cum secundum tenorem privilegiorum nostrorum ¹⁾ liberum ius habeamus eligendi quemcumque volumus in advocatum nostrum et nostri monasterii defensorem, ita tamen, quod quicumque electus fuerit a nobis, investituram et infeodationem dicte advocatie a domino Monasteriensi episcopo, quicumque pro tempore fuerit, recipere teneatur, sicut hec premissa in privilegiis nostris super hoc confectis plenius continentur, nosque ad presens advocato careamus et defensore legitimo, qui vel ex iure vel ex electione nostra aliquid sibi iuris valeat vindicare, pro urgente necessitate et evidenti utilitate nostra et monasterii nostri, cum positi simus in medio nationis perverse et advocato atque defensore pro presenti carere tempore non possimus, de consensu totius conventus nostri, requisito nichilominus super hoc consilio aliorum proborum virorum, venerabilem patrem et dominum nostrum Everhardum ecclesie Monasteriensis electum et quemlibet eius successorem in episcopatu Monasteriensi in nostrum et nostri monasterii sive conventus advocatum et defensorem, quantum ad personas et res nostras, liberaliter eligendum duximus et eligimus per presentes; salvo tamen iure privilegiorum nostrorum in hoc modo, quodsi aliquis Monasteriensis episcopus, qui pro tempore esset, gravis et honorosus nimis ac inutilis, quod Dominus avertat, nobis existeret, salvum sit nobis vel posteris nostris ipso remoto in locum eius per electionem alium ordinare. In cuius rei testimonium sigillo conventus nostri presens pagina communitur. Datum et actum Claholte a. D. millesimo ducesimo septuagesimo quinto, in vigilia nativitatis Domini.

Das an rothen und gelben seidenen Fäden anhangende Siegel zeigt oben eine Kirche, darunter die h. Maria mit dem Jesuskinde und der Lilie und den h. Laurentius mit der Palme und dem Rost, beide in ganzer Figur.

976.

* *Everhard, erwählter Bischof von Münster, nimmt das Osnabrück'sche Kloster Clarholz in seinen Schutz. 1275 December 27. — Abschr. Msc. II. 75. p. 5.*

Everhardus Dei gratia ecclesie Monasteriensis electus omnibus presens scriptum intuentibus notum facimus, quod prepositum priorem totumque conventum monasterii in Claholte Osnaburgensis dyocesis, quantum ad personas et res eorum, sive mobiles sive immobiles sint, tanquam advocatus et defensor legitimus in nostram tuitionem defensionem et protectionem recepimus promittentes ipsis per presentes, quod ipsos et eorum bona tanquam nostra et ecclesie nostre bona propria contra quemlibet defendemus. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli nostri munimine roboratur. Datum in die beati Johannis evangeliste anno Domini M^o.CC^o. septuagesimo quinto.

977.

* *Hadwig, Dechantin des Stifts auf dem Berge bei Herford, bekundet, dass dasselbe ein Erbe in der villa Gestlen ²⁾ dem Kloster Mariensfeld für 21 Mark verkauft habe. Testes nichilominus adhibere curavimus.*

¹⁾ Nämlich der Urkunde Kaiser Lothars v. J. 1134; am besten bei Jung H. Benth. C. D. p. 359.

²⁾ Bauersch. Geissler, Kspl. Beckum.

videlicet: dominum Reinhardum gogravium, Hermannum et Hermannum milites cognatos eiusdem, item Lutbertum de Varencampe et Albertum de Molendino milites, Godefridum de Amethen, Johannem magistrum civium et alios plures. Acta sunt hec anno Domini M^o.CC^o.LXXV. — *Or. Kl. Marienfeld U. 193; Abschr. Msc. I. 106. f. 40.*

Das schön erhaltene Siegel hat die Umschrift: SIGILLUM SANCTE MARIE IN MONTE HERVORDENSI und stellt die Jungfrau Maria mit dem Jesuskinde in der Linken und eine Lilie in der ausgestreckten Rechten dar.

978.

* *Burggraf Heinrich von Stromberg bekundet den Verkauf eines Hauses seitens des Pfarrers zu Stromberg an das Kl. Marienfeld. 1275. — Or. Kl. Marienfeld U. 194^a; Abschr. Msc. I. 106. f. 160'.*

Heinricus burgravius in Stromberg etc. Lutbertus plebanus in Stromberg, acceptatis et acceptis quinquaginta marcis numerate pecunie monete currentis in dyocesi Monasteriensi a domino Johanne abbate et fratribus de campo sancte Marie, vendidit eis domum quandam, que appellatur Radesvelde ¹⁾ cum asscriptiis suis, videlicet Johannem et Ybikam coniugem suam et liberos eorum, id est Rodolfum, Theodericum, Wescelum et uxorem suam et liberos eorum Gerewinum et uxorem suam et liberos ipsorum, et omnibus proventibus suis ad se pertinentibus, videlicet silvis et agris cultis et incultis, ab ipsis deinceps perpetuo possidendam, cui venditioni nepotes ipsius Lutberti et mater ipsorum, videlicet Lutbertus, Johannes, Egbertus et Jutta, unanimi consensu per omnia concordabant, (asserentes quod) hec domus cum iure proprietatis ad predictum Lutbertum et ad suos posteros pertineret. Ad perpetuam stabilitatem contractus placuit utrique parti, ut idem Lutbertus et nepotes sui predicti cum matre sua proprietatem iam dicte domus cum attinenciis suis in manus nostras resignarent et per nos donatio possessionis transiret ad cenobium memoratum. Quod utique factum est anno Domini M^o.CC^o.LXXV^o. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde confectum nostro et concastellanorum nostrorum et ipsius domini Lutberti sigillis pro cavendis futuris calumpniis roboratur. Testes etiam sunt: Omerus de Ostenvelde, Rotcherus de Bokenevorde, Hermannus de Vulfem milites; item Ludolfus iudex in Bekehem, Ricwinus de Ostenvelde, Theodericus de Vulfem, Hermannus Hunderetmarc, Heinricus Kytelhot, Hermannus de Beveren et alii plures.

Auf dem Siegel des Burggrafen sind die Stromberger Vögel noch erkennbar, die Umschrift aber verwischt. Das Siegel der Burgmänner von Stromberg stellt eine Burgmauer mit zwei kleinern Thürmen an den Enden und einem Hauptthurm in der Mitte vor. Auf dem Dache des letztern sitzt ein Adler mit ausgebreiteten Flügeln, unten aber in einem Medaillon ist das Brustbild eines Königs oder Kaisers ²⁾ mit der Krone und einem in einer Lilie ausgehenden Scepter. Die zum Theil zerstörte Umschrift wird wohl S. BURGRAVIE ET CASTELLANORUM DE STROMBERG gelautet haben. Das dritte Siegel, das des Pfarrers Lutbert, zeigt das später so berühmt gewordene Crucifixbild von Stromberg und ist wohl die älteste Abbildung, die wir davon besitzen. Doch hat dies Siegel sehr gelitten.

979.

* *Die Äbtissin Iutta von Freckenhorst vergleicht einen ihrer Hörigen mit dem Kloster Marienfeld wegen des durch Stauung des Wassers an der Mühle zu Darphorn erlittenen Schadens. 1275. — Or. Kl. Marienfeld U. 197, Abschr. Msc. I. 106. f. 26'.*

Nos Jutta abbatissa in Vrekenhorst etc. presenti scripto protestamur, quod constitutus coram nobis dominus Johannes cellararius campi sancte Marie ex parte una, et Heinricus de Mattenhem ³⁾ lito ecclesie

¹⁾ Heute Hof Raesfeld nördlich von Gütersloh. — ²⁾ Vielleicht Karls des Grossen, der die Burg gegründet haben soll. Vgl. Kiskemper Nachrichten über die Burggrafen von Stromberg. Warendorf 1857 p. 5. — ³⁾ Wohl jetzt „Mattelmann“ südlich von Greffen, Kr. Warendorf.

nostre ex parte altera, de pleno consensu nostro et capituli nostri simul et Brunonis militis de Verenhove scultheti nostri talem fecerunt amicitie compositionem in causa, quam predictus Henricus moverat ecclesie campi sancte Marie scilicet de quadam redundantia aquarum, quam idem Henricus in agris suis pertulisse se dixit de novo molendino in Dorphornen ¹⁾, quod utraque pars pro eo nobis retulit gratiarum actiones, et quod dictum molendinum in eo statu in quo nunc est debeat permanere. Huius rei testes sunt: Hermannus de Veltseten, Sifridus de Warendorphe, Bruno de Verenhove milites, item Rolandus de Vrekenhorst et alii quam plures fide digni. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli nostri appositione munimus, anno Domini M^o.CC^o.LXXV^o.

Von dem sehr kleinen Siegel sind noch Bruchstücke vorhanden.

980.

Die Brüder von Wulfhem schenken zu ihrem Seelenheil dem Kloster Marienborn ein Haus. 1275. — Abschr. im Copiar des Klosters, gedr. bei Niesert Marienborn p. 63.

Nos Hermannus miles dictus de Vulfhem, Albertus dapifer Monasteriensis ecclesie et Thidericus famulus dictus de Vulfhem universis Christi fidelibus notum facimus et tenore presentium protestamur, quod divina nobis clementia inspirante ob animarum nostrarum beatitudinem sempiternam domum in Bosinc sitam consensu et voluntate nostrorum adhibita coheredum, ecclesie sanctimonialium in Cosveldia libere contulimus ad usus suos iugiter possidendam. Ut igitur etc. Acta sunt hec a D. M^o.CC^o.LXXV^o.

981.

* *Lutbert, Rector der Kirche in Stromberg, bekundet, dass er sein in der Burg Stromberg belegenes Haus — domum meam in castro Stromberg sitam — dem Bischofe Everhard von Münster, vorbehaltenlich jedoch des lebenslänglichen Besitzes, schenke. Si vero me vivente, . . . dominus meus vel aliquis suorum successorum hospitio se recipere voluerit in domo mea aliquo tempore, sine mea lesione, suis sumptibus in hoc sibi nullatenus contradicam. — Actum Monasterii feria quarta post epifaniam a. D. MCCLXXV (1276 Januar 8). — Or. Fr. Münster U. 151; Abschr. Msc. I. 1. p. 186.*

Die Siegel der Burgmänner und des Pfarrers zu Stromberg entsprechen den oben z. J. 1275 U. Nro. 978. beschriebenen, sind aber noch mehr als jene beschädigt.

982.

* *Das Domcapitel zu Münster protestirt dagegen, dass der edle Junker von Lippe bei seiner neulichen Belehnung auch die Erbvogtei über viele Kirchen im Dreingau beansprucht habe und bittet den erwählten Bischof Everhard einen Gerichtstag zur Entscheidung dieser Angelegenheit anzuberäumen. 1275 (1276) Januar 25. Darphorn ¹⁾. — Abschr. Msc. I. 1. p. 345.*

Reverendo in Christo patri domino nostro E. Dei gratia ecclesie Monasteriensis electo decanus et capitulum ipsius ecclesie cum debita reverentia quanta omnino possumus ad beneplacita vestre voluntatis. Ad nostram pervenit notitiam, quod nuper, cum nobilis puer domicellus ²⁾ de Lippia suscepit de manu vestra bona sua feodalia, in denominatione ipsorum bonorum facta ad requisitionem vestram dicitur denominata fuisse minus iuste advocatia dotium ecclesiarum multarum ³⁾ in dyocesi nostra in partibus Dreini sitarum.

¹⁾ „Darphorn“ westlich von Greffen, wo noch heute an der Ems die „Neue Mühle“ liegt. — ²⁾ Simon. — ³⁾ In dem Lehnbuch des Bischofs Florenz heisst es noch, Msc. VII. 401. f. 6: „Item dominus Lippiensis . . . tenet advocacias conventuum et monasteriorum Vrekenhorst, Leysberne et Claholte“.

quasi dicto nobili ex hereditaria successione ius in eisdem dotibus deberet competere; quod circumventio-
naliter et astute apud sinceritatem vestram, ignorantem adhuc hoc ita non esse, fuit contra iusticiam pe-
nitus attemptatum. Unde huiusmodi denominationi et infeodationi, siqua hoc modo suscepta sub aliquo
colore feodi posset utrumque dici infeodatio, contradicimus nomine nostre ecclesie et quorundam aliorum,
quorum interest, coram vobis contradictione expressa, cum contra ius sit penitus attemptata, petentes in-
stanter, ut iuris intuitu nobis et dicto nobili hinc inde assignare dignemini certum diem observandum Mo-
nasterii coram in vestro palatio, ut ibidem in iure uti possimus legitimis defensionibus, ut convenit, pro
iure et libertate dictarum ecclesiarum, quarum dotes ab advocatie pressura sunt de iure libere et immunes.
In evidens etiam testimonium huiusmodi contradictionis nostre facte apud Thorphorne publice coram vobis
et aliis vobiscum presentibus, presens scriptum vestro sigillo petimus sigillari anno M^o.CC^o.LXXV^o. ipso die
conversiones sancti Pauli.

983.

* Eberhard, Erwählter von Münster, bezeugt mit der Äbtissin von Metelen eine diesem Kloster unter gewissen
Bedingungen gemachte Schenkung. 1275 (1276) Februar 2. — Or. Fr. Münster U. 152.

Nos Everhardus Dei gratia Monasteriensis electus et nos . . .¹⁾ abbatissa et conventus monasterii in
Methelen recognoscimus in hiis scriptis, quod dilectus in Christo Harmannus capellanus . . . abbatisse et ca-
nonicus in Methelen pia inductus intentione viginti et duas marcas legalium Monasteriensium denariorum,
de suo proprio, monasterio in Methelen assignavit, ut exinde redditus comparentur, quos ipse habeat in
usus vite sue, preter unum molt ordeï, quod ipse iam altari beate virginis in eadem ecclesia assignavit.
Ipso vero Harmanno defuncto, Heinricus exhibitor presentium decem et octo modios siliginis dimidie me-
sure de ipsis redditibus ad tempore vite sue percipiet annuatim, et ipso Heinrico defuncto, dicti decem
et octo modii siliginis altari beate Marie virginis pertinebunt, et quod ultra tria molt siliginis de supradicta
pecunia in redditibus annuis fuerit comparatum, hoc extunc conventui pertinebit. Verum quia dicta pecu-
nia adhuc locata non extitit, communi consilio duximus providendum, quod idem Har. canonicus et pre-
fatus Henricus de molendino Rengerinc²⁾ quatuor molt siliginis et quatuor scepel et tria molt ordeï mesure
de Scutdorpe percipiat annuatim, ita tamen, quod quicquid in molendino incendio vel inundancia vel alio
quocunque casu minus fuerit, hoc supplebitur de redditibus abbatisse. In cuius ordinationis memoriam et
munimen presens scriptum fieri fecimus et sigillis nostris communiri. Datum a. D. M^o.CC^o.LXX^o. quinto,
quarta feria ante dominicam qua cantatur Esto mihi.

Von den drei Siegeln ist keines erhalten.

984.

* Gertrudis Äbtissin, Meghildis Priorin und der Convent zu Metelen bekunden, dass sie dem erwählten
Bischofe Everhard von Münster — ecclesie Monasteriensis electo — und dem Hochstift Münster den Mansen
Kunenginchove³⁾ iuxta castrum Horstmare für 20 Mark verkauft haben. Datum Methelen a. D. MCCLXXV
XV. Kal. Martii (1276 Febr. 16). — Or. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archive.

¹⁾ „Gertrudis“ nach der folgenden Urkunde. — ²⁾ „Rengerinc Molle zu Wetteringh“ Verm. auf der Rückseite der Urk. —

³⁾ Jetzt nicht mehr nachzuweisen.

985.

Bischof Everhard bezeugt, dass Graf Friedrich von Rietberg zwei Erben dem Kl. Ägidii übertragen habe, und bestätigt demselben zugleich den Besitz des von Friedrich's Vater, dem Grafen Conrad, geschenkten Gutes Elmenhorst. 1275 (1276). Wahrscheinlich kurz nach dem 25. Februar. — Or. Kl. Ägidii U. 42; Abschr. Msc. I. 81. p. 214; gedr. Niesert U.-S. II. p. 474.

In nomine Domini. Everhardus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus omnibus presens scriptum visuris notum facimus, quod Frethericus comes de Retberg coram nobis in domo nostra Wolbeke, presente fratre suo domino C. Osnabrugensis ecclesie electo, Hermanno de Langene, Theoderico de Hornen militibus, liberaliter contulit in persona Anselmi prepositi sancti Egidii, Ode abbatisse et conventui sancti Egidii duos mansos cum omnibus suis attinentiis, hominibus videlicet, agris, pratis et aliis, quorum unus iacet in parochia Ulede in villa Berglere, alius in parochia Eningere qui dicitur Benkingdorpe ¹⁾, pleno iure perpetuo possidendos. Item scire volumus, quod Beatrix uxor iam dicti comitis de Retberg constituta coram sanctimonialibus in claustro sancti Egidii, presente iam dicto preposito, ratam habuit et gratam predictam collationem, consensu tacito et expresso renuntians omni iuri siquod sibi in dictis mansis competiit vel in futurum competere posset ex quacunque causa. Item scire volumus singulos et universos, quod Conradus pater iam dicti F. comitis, cum habitum assumeret fratrum domus Theutonice, iam dicte ecclesie sancti Egidii cum filia sua Oda mansum in Elmhorst ²⁾ contulit cum omnibus suis attinentiis, hominibus et aliis, liberaliter et absolute. Item scire cupimus presentes et posteros, quod Otto, Conradus, Symon, Frethericus, filii iam dicti comitis de Retberg, in castro Retberg predictos tres mansos coram patre eorum et matre, in manus Anselmi sepedicti prepositi ad usus ecclesie sancti Egidii resignarunt, presentibus his: Hermanno plebano in Retberg, Hugone de Cleykampe, Gozscalco de Nemore, Conrado de Avenstrot militibus, Hinrico de Suderwic, Wernhero clavigero comitis, Hermanno de A. Et ne talis a iam dictis facta collatio valeat in dubium revocari, ad petitionem sepe dicti comitis, nec non fratris sui Osnaburgensis ecclesie electi, presens scriptum sigillo nostro, Osnaburgensis electi, nec non comitis de Retberg fecimus communiri. Nos et Otto, Conradus, Symon, et Frethericus quia sigilla propria non habemus, sigillis presentibus contenti sumus. Acta sunt hec anno Domini M^o. CC^o. LXXV^o. ³⁾

Das Electensiegel Conrad's von Osnabrück ist zum Theil, das Siegel des Grafen Friedrich, mit einem Secret versehen, aber vollständig und ziemlich gut erhalten, das Siegel Everhards dagegen nicht mehr vorhanden.

- ¹⁾ Bergeler, Bauerschaft im Kspl. Oelde, und Bentrup, Colonat in der Bauerschaft Ruckamp, Kspl. Enniger.
- ²⁾ Bauersch. im Kspl. Sendenhorst; das Gut selbst hiess später Werninck. Nach der U. oben Nro. 704 gehörte es ursprünglich zu der im Kspl. Albersloh belegenen curia oder Haupthove Grevenchove, welche diesen Namen wohl dem Umstande verdankt, dass sie den Grafen von Rietberg zugehörte.
- ³⁾ Diese Urkunde ist für die Bestimmung des Ordinationstages des Bischofs Everhard von Wichtigkeit. Wir haben oben U. Nro. 976. gesehen, dass derselbe sich noch am 27. December 1275 „Monasteriensis electus“ nennt, und dass er diese Bezeichnung gleichfalls noch in den vorangehenden Urkunden vom 25. Januar, 12. u. 15. Februar 1276 führt. Zwar lautet an diesen letzten Orten das Ausstellungsjahr 1275; dass dies aber auch hier, wie sonst durchgehends, nach der Münster'schen Zeitrechnung zu verstehen und auf 1276 zu beziehen sei, geht auf's schlagendste aus der oben Nro. 960 gedruckten Bulle Papst Gregor's X. hervor, worin derselbe noch am 25. März 1275 die „Monasteriensis ecclesia . . . nunc pastoris solatio destituta“ nennt. Wenn nun Everhard in der hier im Original vorliegenden, und das Jahr 1275 führenden Urkunde als ordinirter Bischof auftritt, so liegt darin ein Beweis, dass seine Ordination vor dem Schluss des Jahrs 1275 nach Münster'scher Zeitrechnung stattgefunden haben muss. Da er aber am 15. Februar 1276 noch Elect war, und die Bischofsordinationen gewöhnlich an Aposteltagen vorgenommen wurden, so ist es wahrscheinlich, dass Everhard auf St. Matthæus Aposteltag, welcher im Schaltjahr 1276 auf den 25. Februar fiel, geweiht worden ist. Als ordinirter Bischof tritt Everhard in einer datirten Urkunde zuerst am 10. April 1276 auf.

986.

* *B. Everhard bekundet eine Verzichtleistung zu Gunsten des Kl. Marienborn. 1275 (1276) ¹⁾. — Abschrift im Copiar des Kl. p. 9 ²⁾.*

Everhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus recognoscimus in hiis scriptis, quod constitutus in nostra presentia Lubbertus filius Suederi de Chumpe renuntiavit omni questioni, quam ipse movit dilectis in Christo abbatisse et conventui in Cosvelt Cisterciensis ordinis super bonis Johannis de Sudendorpe sitis in parrochia Lare, que dicta abbatissa et conventus a Wernhero parvulo dicto de Lare iusto titulo compararunt. Acta apud Cosvelt in presentia nostra et Hermanni de Langen, Wesceli de Lembeke, Conradi Stric et aliorum plurimorum fidelium nostrorum a. D. M^o.CC^o.LXXV^o.

987.

* *Das Kl. Marienfeld kauft einen von Bischof Gerhard der h. Kreuzkirche zu Stromberg geschenkten Zehnten. 1276—1301 ³⁾. — Or. Kl. Marienfeld U. 185; Abschr. Msc. I. 106. f. 23'.*

In nomine Domini. Nos Everhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus universitati fidelium tenore presencium declaramus, quod bone memorie predecessor noster domnus Gerhardus episcopus de consensu sui capituli quamdam decimam in Cukenhem ⁴⁾ contulit in subsidium clericorum sancte cruci in Stromberg deserviencium perpetuo possidendam. Sed cum nobis a viris fide dignis persuasum esset, eiusdem fructus decime percipientibus utiliores posse fieri et commodiores, si, distracta decima ipsa, in aliam possessionem eius precium converteretur, ad hoc nostri consensus ac castellanorum in Stromberg necnon Andree clerici, qui hactenus eiusdem fructus perceperat decime, accessit arbitrium, ut eadem decima fratribus de campo sancte Marie pro quinquaginta marcis et una numerate pecunie venderetur, hoc modis omnibus intendentes, ut possessio, que tali pecunia comparata fuerit, predictis usibus deputetur. Ut autem predicta rata et inconvulsa in perpetuum permaneant, presentem paginam super hoc confectam nostro et predictorum castellanorum in Stromberg sigillis fecimus communiri.

Das Siegel des Bischofs stellt denselben auf einem mit Thierköpfen gezierten Sessel sitzend, in der Linken den Bischofsstab und die Rechte zum Segen erhoben, dar, mit der Umschrift EVERHARDUS DEI GRA MONASTERIENSIS EPS. Das Rücksiegel zeigt den h. Paulus mit dem Schwerte. Das Siegel der Stromberger Burgmänner ist das oben beschriebene.

¹⁾ Vgl. die Bemerkung zur vorhergehenden Urkunde.

²⁾ Ebendasselbst findet sich noch eine vom Pfarrer Johann zu Haltern an den Bisch. Everhard gerichtete, undatirte Anzeige, dass der Haltern'sche Bürger „Wescelus dictus de Ulede“ nach eigener Aussage dem Convente in Coesfeld gehöre.

³⁾ Diese Urk. konnte nur nach den Regierungsjahren des Ausstellers als ordinirter Bischof datirt werden.

⁴⁾ Soll zu dem Zehnten in Vohren, Bauersch. des Kspis. Altwardorf, gehört haben. Doch kann ich den Namen jetzt nicht mehr constatiren.

988.

Sühne zwischen Bischof Everhard von Münster und den vier Friesischen Ländern seiner Diocese: Emsgau, Brockmerland, Reyderland und Altamt ¹⁾. 1276 März 18 ²⁾. Faldren ³⁾. — Hier zuerst nach den in vier Ausfertigungen ⁴⁾ vorliegenden Originalen Fr. Münster U. 154—157 gedruckt; Abschr. Msc. I. A. p. 105; aus letzterem gedruckt Niesert U.-B. I. I. p. 74; nach der Hannöverschen Handschrift des Brockmerrechtes von 1345: von Richthofen *Friesische Rechtsquellen* p. 140, wo auch eine friesische und niederdeutsche Übersetzung ⁵⁾ sich finden.

Universis presentia visuris abbates Dei gratia E(verhardus) de S. Bernardo, A(dolphus) de Scola Dei ⁶⁾, H(atebrandus) de S. Benedicto ⁷⁾ ordinis Cysterciensis, H(ugo) ⁸⁾ de Merna, O(tto) de Florido Orto, G(uido) prepositus in Longerne ⁹⁾ Premonstratensis ordinis, R(emboldus) de Feldwirth, F. de Syle ¹⁰⁾ abbates ordinis S. Benedicti, L(ubertus) commendator domus in Stenvorde ¹¹⁾, A(lbertus) prior fratrum predicatorum in Norda, F. supprior loci et ordinis eiusdem salutem in Domino sempiternam. Fluctuante tempestate peri-

¹⁾ Der Emsgau im engeren Sinne umfasste nach v. Ledebur (die fünf Münster'schen Gaue p. 28) die Aemter Emden, Husum und Gretmer; Reiderland lag auf dem linken Emsufer Leer gegenüber, das Brockmerland südlich von Norden und das Altamt auf der südwestlichen Seite des Dollart. — Ueber die Veranlassung vgl. oben Nro. 910 u. 925 not. 2.

²⁾ Es könnte zweifelhaft sein, ob mit dem in drei Ausfertigungen überlieferten 18. März 1276 dies Jahr oder 1277 nach unserer Rechnung gemeint sei. Da indessen in dem Vertrage Everhard's mit dem Emsgau und Brockmerlande vom 24. October 1276, Fr. Münster U. 160, die vorliegende Bischofsühne als schon abgeschlossen und vom Bischof und dem Domcapitel untersiegelt („arbitrati sumus, quod litteras super ordinatione bannorum conscriptas, domini nostri episcopi et ecclesie Monasteriensis sigillis sigillatas, nostrarum duarum terrarum sigillis faciemus modis omnibus sigillari“) erwähnt wird, so steht hierdurch das J. 1276 für diese Urkunde fest. Die Abweichung von der sonst im Bisthum Münster üblichen Jahresrechnung möchte vielleicht darin seinen Grund haben, dass manche von den diese Urkunde ausstellenden Geistlichen der Bremer Diocese angehören, so insbesondere der Prior von Norden. Die vierte wahrscheinlich von einem Münster'schen Notar verfasste Ausfertigung hat übrigens wirklich das Jahr 1275. Siehe unten Nro. 4.

³⁾ Ein Dorf damals vor Emden belegen, jetzt aber in die Stadt aufgenommen. Vgl. Klopp G. Ostfriesland's (I. Bd.) p. 125. Egg. Beninga ap. Matth. IV. p. 122.

⁴⁾ a) Der Hauptvertrag U. 154 ist dadurch bemerkenswerth, dass Bischof Everhard an den Riemen seines Siegels einen Pergamentstreifen mit folgender Erklärung befestigen liess: „Nos Everhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus clausulam illam de advocatis taliter interpretamur, quod nomine advocatorum omnes vel maiorem partem advocatorum intelligi reputamus.“ ^{β)} Dieser Zusatz ist sodann seinem wesentlichen Inhalte nach in U. 155 übergegangen, was also eine etwas spätere Ausfertigung verräth. ^{γ)} Die U. 156 hat von den an ^α u. ^β befindlichen Siegeln des Bischofs, des Domcapitels und der im Eingange genannten Prälaten kein einziges; dagegen ist sie mit den Siegeln des Emsgau-, des Brockmer- und des Reyderlandes versehen, woraus sich also ergibt, dass wir darin das in Folge des Vertrages vom 24. October 1276 (oben Note 2) ausgefertigte Exemplar besitzen. ^{δ)} Welchen Zweck die in U. 157 vorliegende Ausfertigung hatte, ist schwer zu sagen. Da aber diese U. bei gleichem Ausstellungsort und Datum das Jahr 1275 nach Münster'scher Rechnungsweise, dagegen vorn und am Schluss nicht die Namen sämtlicher Vermittler aufweist, überhaupt im Ganzen unvollständiger ist, indessen an einzelnen Stellen Verschärfungen der Strafen enthält, so möchte ich in diesem Documente vielmehr einen von einem Notar verfassten und vom Bischof Everhard und seiner Partei schon vorher untersiegelten Entwurf sehen, dessen einzelne Punkte später von der noch durch andere Prälaten vervollständigten Friedensversammlung vielfach erweitert und gemildert wurden. Die Abweichungen dieses Entwurfs sind bisher unbekannt gewesen. — Indem wir den Text von ^α zu Grunde legen, werden wir die Abweichungen der andern Ausfertigungen unter den betreffenden Buchstaben geben und die Varianten des aus ^γ schöpfenden Domcopiars, Msc. I. A. p. 105, unter ^ε hinzufügen.

⁵⁾ Einer andern niederdeutschen Uebersetzung in Eggerics Beninga historie van Oostfriesland ap. Matthæum Anal. Vet. ævi IV. p. 124 so wie den Noten von Richthofen's entnehmen wir die vollständigen, in der Originalurkunde nur durch Initialen angedeuteten Namen der vermittelnden Prälaten.

⁶⁾ Ihlo. — ⁷⁾ Thedinga, nach Egg. Beninga l. c. p. 123 und Klopp l. c. — ⁸⁾ H. de Merna bis Benedicti fehlt in ^δ. — ⁹⁾ Longene ^β, ^γ. — ¹⁰⁾ Hierfür hat Beninga l. c. „Remberthus van Syllmunniken“. — ¹¹⁾ Beninga l. c. u. p. 131 hat „Blierus“ und „Blier tho Stensforden“, was möglicherweise eine Corruption „ballierus“ oder ähnlich für „baillivus“ sein könnte. — Der Name „Lubertus“ ergibt sich aus den Urkunden vom 24. October 1276. Wahrscheinlich ist es der oben z. J. 1271 U. Nro. 875 als Steinfurter Johanniter vorkommende Lubert von Drivorden.

culose litis iam ferme per quinque annorum curricula in partibus Frisie Monasteriensis dyocesis, videlicet quatuor terrarum Emesgonie, Brochmannie ¹⁾, Reyderlant ²⁾ et de Aldeambacht ³⁾, sic tandem placuit domno Monasteriensi episcopo ab una, et dictarum terrarum universitati a parte altera, ut vobis dictam litem plenarie committerent dirimendam. Nos igitur recepta tali commissione, mediam viam tutiorem, virtuti viciniorem eligentes, sic in diffiniendis articulis, super quibus his versari videbatur, decrevimus incedere, ut a severitate ac rigore canonum modicum ⁴⁾ cederemus et ad clementie suavitatem temperate flecteremus. Hec igitur moderatio nostre limitationis ad ea que continentur inferius se extendit.

Decrevimus quod ⁵⁾ omnis actio, que prepositis competere videbatur, de dampnis illatis et eorum complicibus, clericis sive laicis, omnino sopita sit et quiescat contra universitatem laicorum Aldeombechte ⁶⁾, terre Reydensis, Emesgonie et Brochmannie ⁷⁾.

Item ordinavimus, ut pax domni episcopi, quando ingressurus est Frisiam sue dyocesis, firmissime servetur viginti diebus ante ingressum et viginti diebus post exitum. Siquis autem in predicta pace hominem occiderit in quocunque termino Frisie Monasteriensis diocesis, in viginti marcis puniatur. Si autem homicidium factum fuerit, ubi curia domni episcopi residens est, occisor in triginta marcis puniatur.

Siquis autem ecclesiam combusserit in tantum vel confregerit, quod sit reconsecranda, teneatur ad perfectam reparationem ecclesie et pro bannis episcopi in quadraginta marcis condempnetur.

Siquis ecclesiam intraverit inductis armis, cybariis ⁸⁾ et armigeris, in decem marcis puniatur. Si vero monitus per iudicem, cui episcopus iniunxerit, non exierit, puniatur in viginti marcis. Si autem, illo recedente post ammonitionem, adversarius ipsius intraverit, puniatur in viginti marcis. Qui si monitus per predictum nuncium episcopi vel iudicem non exierit, usque ad quadraginta ⁹⁾ marcas crescat pena.

Item si ¹⁰⁾ aliquis occupans ecclesiam predicto modo egreditur ad pugnam contra inimicos ipsos ledendo, et reingreditur ecclesiam, illius excessus ¹¹⁾ puniatur in viginti marcis. Si vero ammonitus modo predicto non exierit, puniatur in quadraginta marcis. Si autem ipso recedente adversarius eius predicto modo intraverit, in quadraginta marcis puniatur.

Siquis hominem occiderit in ecclesia, puniatur in triginta marcis. Siquis ibidem patenti et gravi vulnere aliquem leserit, in decem marcis puniatur. Siquis ignem apponendo ostium ecclesie combusserit vel fregerit violenter, in decem marcis puniatur. Siquis homicidium in cymiterio fecerit, in quindecim marcis puniatur; pro patenti et gravi vulnere ibidem perpetrato, reus in quinque marcis puniatur.

Omnia premissa dicta sunt de notoriis et manifestis excessibus, que probatione non indigent. Sed ubi dubium est in facto, videlicet de homicidio facto in ecclesia vel cymiterio vel de pollutione per effusionem sanguinis facta, purgabit se reus de homicidio in dictis locis commisso cum sacerdote ¹²⁾ illius ecclesie et decem et duobus advocatis, additis decem et octo personis eiusdem ecclesie fide dignis.

De simplici pollutione facta per effusionem sanguinis ¹³⁾ purgabit se reus cum duobus advocatis illius ecclesie et decem et novem ¹⁴⁾ personis fide dignis de eadem parochia existentibus.

Item si quis cum consanguinea sua in gradu prohibito contraxerit, vel inter quos est cognatio spiritualis vel affinitas, incestum vel adulterium commiserit, vel discidium fecerit aut usuram, si per evidentiam hec manifesta fuerint, singuli excessus isti punientur in quinque marcis.

Item ¹⁵⁾ cessante consuetudine diversa in diversis terminis et parochiis in ¹⁶⁾ accusationibus delinquen-

¹⁾ Brokmannie β . γ , Brogmannie δ . — ²⁾ Reyderland β . γ , Reydenlant δ . — ³⁾ So α . δ , Aldaombecht β , Aldaombechte γ . — ⁴⁾ Ueber die Zeile geschrieben in α (vgl. den Schluss der U.), dagegen in den Text gerückt in β . γ . δ . — ⁵⁾ „quod ordinavimus“ fehlt δ . — ⁶⁾ Aldaombechte β . — ⁷⁾ Brokmannie β . γ . — ⁸⁾ „cibariis“ β . γ . δ , „tibariis“ Niesert und v. Richthofen. — Die Kirchen, als die einzigen Gebäude von Stein, wurden bei den Fehden als feste Plätze benutzt und mit Waffen und Mundvorräthen versehen. Vgl. Wiarda I. p. 252. — ⁹⁾ So α . β . γ . δ . ϵ ; nirgends aber findet sich „XXX“ was v. Richthofen recipirt hat. — ¹⁰⁾ Fehlt α . β . γ . δ . — ¹¹⁾ So sämtliche Quellen, nicht aber „egressus“ wie bei v. R. — ¹²⁾ So α . β . γ . δ . ϵ ; „sacerdotibus“ v. R. — ¹³⁾ Fehlt β . — ¹⁴⁾ So α . β . γ . δ . ϵ ; „XVIII“ v. R. — ¹⁵⁾ Statt „Item cessante“ bis „penitus non accusabit“ hat δ : „Hec predicta sic servantur, ut stola non accuset. Potest tamen presidens sinodo in omnino notoriis ammonere scabinos et diffamatum, ut se emendet. Alioquin de hoc iusticia fiat.“ — ¹⁶⁾ etiam β .

tium per scabios insufficientes¹⁾ et fide minus dignos, ut videtur, advocati singularum ecclesiarum fide digniores pretaxatis iuramentis in synodo²⁾ sollempniter accusabunt de cetero delinquentes, et sua accusatione, quam assertive fecerint, de veritate convincent accusatum, et quemcunque per sacramentum quod fecerunt excusabunt, ille sit excusatus. Si vero ad ammonitionem iudicis facientis inquisitionem de crimine aliquem accusaverint de infamia, ignorata veritate, indicetur³⁾ diffamato⁴⁾ purgatio septima manu fide dignorum facienda⁵⁾ et sic stola penitus non accusabit⁶⁾.

Item in iudiciis spiritualibus sic gradatim procedatur, ut⁷⁾ convictus legitime de bannis solvendis ammoneatur, ut infra ebdomadas sex amicabiliter satisfaciatur et componatur⁸⁾. Si vero in satisfaciendo negligens inventus fuerit, post spacium dicti temporis excommunicetur. Si autem in excommunicatione contumaciter persistit, post alias sex ebdomadas procedatur ad interdictum illius ecclesie, ubi excommunicatus moratur. Si vero idem excommunicatus tamquam profugus de una ecclesia ad aliam transierit commorando, sequatur eum semper et in omni parochia sententia excommunicationis et interdicti.

Item de homicidiis tempore feriato perpetratis fiat, sicut in Fivelgonia⁹⁾ de bannis servatur.

Item sacramentum crismatis tempore distributionis non negetur. Item quod clerici in visitationibus infirmorum, unctionibus extremis, confessionibus audiendis et sepulturis mortuorum nichil omnino extorqueant, nisi quod ex pia consuetudine Christi fideles optulerint ex devotione. Item denarii crismales secundum antiquam et approbatam consuetudinem solvantur. Item quod viri vel femine, habitu religionis abiecto, post sollempnem professionem matrimonium de facto contrahentes, excommunicentur et sint exclusi tam ipsi quam generatio per tales procreata ab omni hereditate, quam per qualemcunque successionem vendicare intendunt, et iudices seculares contrarium iudicantes excommunicentur.

Item si sacerdos occiditur, solvetur pro sexaginta marcis, dyaconus¹⁰⁾ pro quinquaginta, subdyaconus pro quadraginta, acolitus¹¹⁾ pro triginta sex marcis. Mutilatio sacerdotis in membris principalibus solvetur pro viginti marcis. Si autem vulnus grave fuerit, tamen infra mutilationem vel adhuc infra, vel si levis iniuria fuerit illata, taxabitur emenda triplex respectu lesionis laici secundum consuetudinem Emesgonum, si predicta manifesta fuerint per evidenciam facti. Si vero locus fuerit inficiationi propter dubium facti, recipiet clericus in maioribus lesionibus purgationem a layco septuaginta duobus iuramentis factam fide dignorum, in minoribus vero lesionibus septima manu factam.

Pro occisione sacerdotis solventur episcopo pro bannis quadraginta marce, pro dyacono triginta, pro subdyacono viginti, pro acolito quindecim. Predictos bannos ordinavimus solvi infra sex menses. Si autem ultra detenti fuerint, singule pene crescant in duplum. Hec omnia intelligenda de moneta Monasteriensis sint¹²⁾.

Item clerici recuperabunt sua spolia et probabunt contra suos iniuriatores secundum consuetudinem terre.

Item quod dicti sacerdotes vel clerici, qui antea minus rite, immo per detestabilem abusionem in beneficiis ad determinatos annos locabantur, de cetero singuli beneficiati in locis suis perpetuentur. Et dicti clerici excedentes per incontinentiam vel (qui¹³⁾) arma portaverint aut percussores extiterint seu ebrietatibus frequentibus deservientes et per huiusmodi negligentes et inhabiles ad divina officia fuerint inventi, si

¹⁾ Die Buchstaben „in“ von derselben Hand später in α hinzugefügt; in β . γ aber von jeher im Text. — ²⁾ „synado“ γ . — ³⁾ „ille sit excusatus. Si vero discordaverint vel de infamia accusaverint, indicetur“, γ und ϵ . — ⁴⁾ „vel reo“ fügen γ und ϵ hinzu. — ⁵⁾ Hier fügt β ein: „Nomine autem advocatorum intelligimus omnes advocatos vel partem maiorem.“ Vgl. oben p. 508 Not. 4. — ⁶⁾ Der ganze Absatz „Item cessante“ bis „accusabit“ ist bei v. R. ebenso unrichtig als unverständlich. — ⁷⁾ „ut condemnatus vel convictus in casibus supra notatis ad penas determinatas ammoneatur“ δ . — ⁸⁾ „ut infra sex ebdomadas componatur“ δ , wo auch das Folgende in einer verschiedenen Fassung gegeben wird: „Si vero infra predictum tempus non satisfecerit, excommunicetur et iudices infra alias sex ebdomadas ammoneantur, ut ad satisfactionem compellant contumacem. Si autem iudices negligentes in eius correctione fuerint, post dictas sex ebdomadas excommunicentur. Quod si adhuc sine correctione et terminatione cause in excommunicatione ipsi iudices persistierint, evolutis sex ebdomadis, tunc demum procedatur ad interdictum illius ecclesie vel illarum ecclesiarum, ubi reus et dicti iudices commorantur.“ Von „Si vero idem“ bis „de bannis servatur“ fehlt aber in δ . — ⁹⁾ „Fivelgonia“ β . γ . Der Fivelgau lag im Nordwesten des Dollart. — ¹⁰⁾ „dyaconus“ δ immer. — ¹¹⁾ „acolitus“ δ immer. — ¹²⁾ „sunt“ δ . — ¹³⁾ Fehlt in α . β . γ . δ .

se post trinam ammonitionem auctoritate episcopi factam non correxerint, canonice amoveantur, aliis rite substitutis.

Item quod iidem¹⁾ clerici in sacris ordinibus constituti, nec iurisdictionem secularem exercent nec advocent in foro contencioso, nisi in casibus a iure concessis.

Item omnes clerici et sacerdotes eieci de²⁾ suis beneficiis pro obedientia restituentur.

Item quod clericis³⁾ in sacris ordinibus vel minoribus constitutis⁴⁾, si se enormitatibus immiscuerint et ad actum prorsus clericatui contrarium transiverint, fiat secundum ius scriptum.

Item ultimas voluntates decedentium in sepulturis eligendis decrevimus esse liberas absque preiudicio sacerdotum [et in testamentis ordinandis sine consensu heredum marcam Sterlingorum non transcendant]⁵⁾.

Item si⁶⁾ Frisonem conditionis libere inter Theutonicos⁷⁾ in dominio Monasteriensis episcopi mori contigerit, heredibus et propinquis defuncti absque contradictione liceat bona ipsius morientis vindicare. Idem fiat de Theutonico⁸⁾ inter Frisones moriente.

Item quod Frisones naufragium patientes inter Theutonicos⁹⁾ sub dominio episcopi Monasteriensis res suas in naufragio perditas recuperent sine lite.

Item quod mercatores, qui allecia in hyeme quocunque tempore ante quadragesimam ducunt in Westfaliam, per novam extorsionem thelonii non graventur, et boves et equos, quos iidem¹⁰⁾ Frisones ad forum ducunt, licite omni tempore vendant et theloneum¹¹⁾ consuetum solvetur quod stetit ab antiquo. Item quod tantum casus et causæ in ipso emergentes foro¹²⁾, equo iudicio decendantur.

Item quod nullus Friso Saxonem vel Saxo Frisonem in foro et ubique¹³⁾ gravare presumat propter culpam alienam vel ipsum ibidem per iudicem indebite detinere, nisi tantum debitorem suum vel eum in quem noscitur habere legitimam actionem¹⁴⁾.

In cuius rei testimonium venerabilis patris E. Monasteriensis ecclesie et capituli sui; de Adwart¹⁵⁾, de Scola Dei, de Sancto Benedicto abbatum Cysteriensis ordinis; de Merna¹⁶⁾, de Florido Orto, prepositi de Longerne¹⁷⁾ Premonstratensis ordinis; de Feldwert¹⁸⁾, de Syle abbatum ordinis S. Benedicti; L. commendatoris in Stenvorde¹⁹⁾, prioris et supprioris fratrum predicatorum in Norda, et quatuor terrarum videlicet Emesgonie, Brogmannie²⁰⁾, Reydelant²¹⁾ et de Aldeambachte²²⁾ sigillis presens pagina communitur. Datum et actum apud Felren anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto²³⁾, quintodecimo Kal. Aprilis. Superscriptionem²⁴⁾ de verbo « modicum » approbamus. Datum ut supra.

An der Ausfertigung *a* sind von jeher nur die Siegel des Bischofs, des Domcapitels und der oben angeführten Geistlichen mit Pergamentstreifen befestigt gewesen, von welchen letzteren noch jetzt vier vorhanden sind; für die Siegel der vier Friesischen Länder aber sind wohl vier Einschnitte im Pergament gemacht, dieselben jedoch ersichtlich nie daran angehängt worden. Dies erklärt die oben erwähnte Bemerkung des Vertrages vom 24. October 1276. — Auch an *β* sind nur die Siegel von einzelnen Prälaten noch vorhanden. — An *γ* waren immer nur vorhanden die auch jetzt noch vorliegenden, aber nicht gut erhaltenen, und an Pergamentstreifen befestigten Siegel: 1) SIGILLUM IU UM²⁵⁾ EMESGONUM, die Apostel Petrus und Paulus in zwei gothischen Baldachinen; 2) SIGILLUM BROGMANNIE, eine sitzende h. Maria mit dem Jesuskinde auf dem Schosse; 3) SIGILLUM TERRE REIDENSIS eine Romanische Basilica mit zwei Thürmen darstellend²⁶⁾. — Die Ausfertigung *δ* endlich ist dadurch bemerkenswerth, dass an grünen und rothen seidenen Fäden ursprünglich 8 Siegel befestigt waren, wovon jetzt noch Bruchstücke von denen des Bischofs und des Domcapitels erhalten sind.

¹⁾ „hii idem“ *β. γ.* — ²⁾ „a“ *γ.* — ³⁾ ⁴⁾ *a.* hatte ursprünglich „clericis“ und „constitutis“, das *s* wurde aber später wegradirt; „clericis“ und „constitutis“ *β. γ. δ.* — ⁵⁾ Das Eingeklammerte ist erst in *γ.* (der nach dem 24. October 1276 abgefassten Ausfertigung) hinzugefügt worden, dem es dann auch *ε* entnahm; es fehlt in *a. β. δ.* — ⁶⁾ Fehlt *γ.* — ⁷⁾ „Teutonicos“ *γ.* — ⁸⁾ „Teunico“ *γ.* — ⁹⁾ „Teunicos“ *γ.* — ¹⁰⁾ „hii idem“ *β. γ.* — ¹¹⁾ „telonium“ *β. γ.*, „thelonium“ *β.* — ¹²⁾ fügt *δ.* hinzu. — ¹³⁾ „ubicumque“ *δ.* — ¹⁴⁾ *δ* fügt hinzu: „Item siquis Friso clericus vel laicus quocumque modo impedire presumpserit euntes ad nundinas vel de nundinis redeuntes, solvat episcopo decem marcas.“ — ¹⁵⁾ „Adawerth“ *β. γ.*, „Aduart“ *δ.*, oben „de S. Bernard“ genannt. — ¹⁶⁾ „de Merna — S. Benedicti“ fehlt auch hier in *δ.* — ¹⁷⁾ „Longene“ *β. γ.* — ¹⁸⁾ „Feldwirth“ *β. γ.* — ¹⁹⁾ „Stenforde“ *β.*, „Stenworde“ *γ.* — ²⁰⁾ „Brokmannie“ *β. γ.* — ²¹⁾ „Reyderlon“ *β.*, „Reydelant“ *γ.*, „Reydenland“ *δ.* — ²²⁾ „Aldeambachte“ *β. γ.*, „Aldeambacht“ *δ.* — ²³⁾ „quinto“ *δ.* — ²⁴⁾ „Superscriptionem — supra“ hinzugefügt in *a.*, fehlt in *β. γ. δ.* — ²⁵⁾ Wahrscheinlich „iuratorium“ vgl. die Urk. vom 24. October d. J. — ²⁶⁾ Vgl. die U. v. 24. October d. J.

989.

* *Das Münstersche Domcapitel giebt für empfangene 100 Mark eine jährliche Rente von sieben Mark. 1276 April 2. — Abschr. Msc. I. A. p. 281.*

Prepositus decanus et capitulum ecclesie Monasteriensis omnibus presens scriptum intuentibus notum facimus, quod pro centum marcis Monasteriensis monete, quas magister Hinricus cantor Monasteriensis manufidelis sive executor testamenti magistri Remfridi thesaurarii quondam ecclesie nostre defuncti capitulo nostro dedit de bonis eiusdem thesaurarii, et quas centum marcas una cum alia pecunia mutuavimus Thiderico de Sconenbeke militi, recipientes ab eodem loco pignoris omnia et singula bona pertinentia ad officia Dale et Aldorpe ¹⁾, singulis annis per celerarium vel bursarium ecclesie nostre vel utrumque faciemus eidem magistro H. ministrari septem marcas Monasteriensis monete terminis infra scriptis. Videlicet feria quinta post octavam pentecostes XXX solidos, quos tunc dabit dominis nostris pro celebranda solemnitate et officio corporis Christi; postmodum circa festum beati Bartolomei, quando agitur memoria thesaurarii predicti, dari faciemus XVIII solidos ad eiusdem thesaurarii memoriam faciendam; post hoc in dedicatione ecclesie nostre marcam unam ad luminaria ecclesie emenda, et in festo beati Martini duas marcas, quas retinebit dictus magister H. ad opus suum et quilibet eius successor in amministrationis officio supradicto. Si vero Thidericus miles predictus vel aliquis eius heres redemerit officia supradicta, tunc centum marce predictae convertentur in emptionem prediorum, de quibus prediis solventur dominis nostris quinque marce terminis supra notatis et eo modo quo in libro censuali ecclesie nostre continetur plenus amministratorum residuum sibi totali retinente. In cuius rei testimonium nostrum prepositi decani et ecclesie nostre sigillis presens pagina communitur. Datum Monasterii a. D. M^o.CC^o. septuagesimo sexto, in die cene Domini.

990.

Bischof Everhard bekundet, dass Theoderich von Schonebeck drei Höfe und gewisse Zehnten, die er vom Dompropst zu Lehn trage, dem Domcapitel auf drei Jahr für 250 Mark verpfändet habe. 1276 April 10. Auf dem Domchore. — Or. Fr. Münster U. 163_a; gedr. Niesert U.-S. II. p. 479.

Everhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus. Omnibus presens scriptum intuentibus notum facimus, quod constitutus in presentia nostra Th. de Sconebeke ²⁾ miles de expresso consensu Helwigis uxoris et liberorum suorum curtes sive officia capituli nostri Monasteriensis, videlicet Aledorpe ³⁾, Dale ⁴⁾ et Varedorpe ⁵⁾, cum mancipiis agris, sacionariis et pascuariis, sylvis arboribus molendinis piscinis piscaturis, decimis quoque que sunt septem, hec videlicet: Drenthorpe, Himberge, Cummerdinctorpe, Gimmethe ⁶⁾, Spraclo, Althorpe, Brinctorpe ⁷⁾ et omnibus attinentiis suis, que de manu prepositi Monasteriensis iure villicationis tenet et tenuit, insuper vallum sive monticulum in quo castrum Sconevelte ⁸⁾ situm fuerat preposito . . decano et capitulo Monasteriensis pro ducentis et quinquaginta marcis monete Monasteriensis quas recepit, a festo beati Jacobi nunc instantis ad tres annos titulo pignoris obligavit, sub tali forma. Quod dictus Th. uxor eius et liberi eorum dictas curtes cum suis attinentiis infra dictos tres annos luere sive redimere non debebunt. Tribus vero annis elapsis, licitum erit eis ea redimere certo termino, vide-

¹⁾ Vgl. die folgende Urkunde. — ²⁾ Bauersch. Schönebeck in den Kspln. Roxel u. Nienberge. — ³⁾ Aldrup Kspl. Greven.

⁴⁾ Nicht zu constatiren. — ⁵⁾ Vadrup? Kspl. Westbevern. Ein Vermerk saec. XVI. auf der Rückseite der U. nennt diese Höfe: „Aldrup, Dale u. Hubeldinghof“ — ⁶⁾ Colonat Drentrup in der Bauersch. Pentrup; Bauersch. Hembergen und Guntrup im Kspl. Greven, u. Gimble südlich von Stadt Greven. — ⁷⁾ Bauersch. Sprakel, Aldrup, Wentrup, im N. u. S. von Greven. — ⁸⁾ Schöneviet an der Ems, südlich von Greven.

licet octo diebus ante festum Walburgis et octo diebus post festum Walburgis tantummodo, alioquin predicta pignoris obligatio durabit in futurum, sed ita, quod dictus Th. uxor eius et liberi eorum dictas curtes cum suis attinentiis singulis annis redimere sive luere poterunt, octo diebus ante et totidem diebus post festum Walburgis, prout superius est expressum. Et quia prefatus Th. presentis anni fructus sustulerat et redditus, de quibus usque ad instans festum Jacobi quedam prebendales amministrationes adhuc tunc fieri debuerunt, adiectum est, quod celerarius sive alius a capitulo deputatus moderatas exactiones sive petitiones licite poterit exigere a litonibus ipsarum curtium ad amministrationem prebendarum, et hoc singulis annis licite fieri poterit durante obligatione, si defectus fuerit in administratione prebendarum. Preterea prefatus Th. uxor eius et liberi eorum non intrabunt predictas curtes et domos ad eas pertinentes, nec petent hospitationes vel curruum vectiones sive aratra, non exercebunt piscationes, nec facient petitiones quantumlibet minutas publice vel occulte. Quod si per eos contraventum fuerit, cadent a iure suo, quod in premissis habuerunt. Tamen si aliquis vel aliqui de ipsorum famulis, ipsis ignorantibus, vel aliquis aut aliqui quicumque sint, nomine ipsorum, ut ipsis questionem generarent et dampnum, malitiose contra premissa fecerit vel fecerint, per huiusmodi excessum a iure suo nullatenus cadent; vel si cogente fortassis aliqua necessitate tempestatis vel tarditate noctis accedentis, aliquis vel aliqui eorum alicubi hospitarentur in dictis bonis, dummodo sine dampno eius apud quem hospitati fuerint fiat, hoc eis non erit imputandum. Sed si dictus Th. aut successor suus futurus requisitus fuerit vel impetitus super premissis, uterque eorum expurgabit se per iuramentum suum, quod hoc non processerit de suo consilio vel mandato, statimque famulos huius transgressionis reos a suo domicilio et servitio removebit. Si vero expurgationem facere denegaverit unus vel alter, cadet ut dictum est ab omni iure quod habuit in curtibus et officiis memoratis. Si quoque preminatus Th. medio tempore sublatus fuerit de medio, filius eius et successor futurus requirit infra tempus debitum infeodationem predictarum curtium a preposito Monasteriensi sive a capitulo, si necesse fuerit, prout hactenus est consuetum. Si etiam, quod absit, per aliquem inopinatum rei eventum bona predicta vel aliquod ex bonis predictis incendio vel guerra vel alio quocunque casu devastata fuerint, et si litones ad predicta bona pertinentes quocunque casu depauperati fuerint, hoc ipsis capitulum non tenebitur resarcire. Si vero aliqua inter capitulum et dictos Theodericum et filios suos questio oriretur, qui mansi aut qui homines vel mancipia ad predicta bona pertinerent, erit in optione capituli, per procuratorem suum ad id deputatum sacramento obtinere ius esse capituli. Quodsi capitulum nollet facere, possent ipsi modo simili suo sacramento tactis sacrosanctis reliquiis obtinere, quod ius eius, super quo orta fuerit questio, spectet ad eos. Hec premissa singula et universa sepe dictus Th. corporali fide manuum prestita in nostras Walrami prepositi et Brunsteni decani et capituli Monasteriensi manus firmiter promisit et assecuravit, et tactis sanctorum reliquiis iuravit solempniter, et filii sui similiter tactis sanctorum reliquiis idem solempniter iuraverunt. Hiis omnibus mater eorum Helwigis predicta consensit, idemque seratum habituram, in nostras et capituli nostri manus promisit. Acta sunt hec in choro ecclesie nostre cathedralis coram altari, anno Domini M^o.CC^o.LXXVI^o, quarto Idus Aprilis, hiis presentibus: viris nobilibus Ludolpho et Baldwino fratribus dominis de Stenvordia, Goswino preposito Daventrensi, magistro Hermanno decano sancti Ludgeri officiali nostro, Luberto commendatore hospitalis in Stenvorde, Remberto de Stochem, Bernhardo de Daverenberg, Bernhardo et Gerlaco de Beveren, Bernhardo de Gesmele, Conrado Stric, Henrico de Keppelen, Machario de Camenata (*sic!*), Henrico de Rodeppe, Alberto dapifero, Henrico de Rethe, Henrico de Emesbroke, Henrico de Detten, Geruncko officiali nostro et Hermanno fratre suo, militibus, Gerewino Divite, Hermanno Kericherinc, Johanne Leone, Godefrido Biscop et aliis quampluribus fidedignis. In cuius facti fidem et testimonium, nostrum, capituli nostri et comitis Engelberti de Marcha, qui in principio contractus huiusmodi una nobiscum a dicto Theoderico et duobus filiis suis videlicet Hermanno et Ludolpho fidem manualet et assecurationem recepit, quod universa et singula que prelibata sunt firmiter et fideliter observarent, sigilla duximus apponenda, ipsiusque Theoderici sigillum ad premissorum fidem certiore et maiorem similiter est appensum.

Als Transfixbrief findet sich folgende Urkunde vom 24. October 1279 über eine weitere Verpfändung der genannten Güter.

Nos etiam Thidericus de Sconenbeke miles de expresso consensu Hermanni filii nostri ultra predictam summam, videlicet ducentas et quinquaginta marcas, curtes sive officia predicta pro quadraginta molciis siliginis et quatuor ordeï Monasteriensis mesure preposito decano et capitulo predictis titulo pignoris obligamus, et sumus et esse volumus astricti ad solvendum ipsa molcia siliginis et ordeï in redemptione dictorum officiorum, sicut ad summam pecunie antedictam. In cuius rei testimonium presentem cartulam littere principalis obligationis duximus annectendam. Datum Monasterii nono Kalendas Novembris, anno Domini M^o. CC^o. LXXIX^o.

An der Haupturkunde befinden sich noch die darin angeführten vier Siegel: 1) B. Everhard's, den Bischof auf einem mit Thierköpfen gezierten Sessel, den Bischofsstab in der Linken und die Rechte zum Segnen erhoben, darstellend, mit der Umschrift: EVERHARDUS DEI GRA MONASTERIEN EPS; das Rücksiegel hat den h. Paulus mit dem Schwerte und die Umschrift: SECRETUM E. MON. EPI; 2) des Domcapitels; 3) des Verpfänders, ein herzförmiger sechsseitiger Schild, mit der Umschrift: S. THIDERICI MILITIS DE SCONENBEKE; 4) des Grafen Engelbert von der Mark, mit einem Rücksiegel versehen.

991.

* *Everhard, Bischof von Münster, überträgt die bei Beckum belegene curtis Lovinchusen* ¹⁾, quam Wendelswedis et Everhardus filius eius dicti de Elen — a nobis et ecclesia nostra iure ministerialium in feodo tenebant dem Kloster Marienfeld, welches dieselbe angekauft, gegen eine am Vorabend vor Weihnachten jährlich zu entrichtende Abgabe von 12 Solidis. Nos vero Wendelswedis et Everhardus — contenti sumus domni nostri episcopi et ecclesie Monasteriensis — sigillis, quia sigilla propria non habemus ²⁾. Datum et actum Monasterii feria sexta ante ascensionem Domini, anno D. 1276 (*Mai 8.*). — *Or. Kl. Marienfeld U. 204. Abschr. Msc. I. 106. f. 41.*

Das Siegel des Bischofs und des Domcapitels sind gut erhalten.

992.

* *B. Everhard erlaubt dem Kl. Marienfeld obige Abgabe abzulösen und nimmt es in Schutz gegen die von dem Stift und der Stadt Beckum in dieser Angelegenheit erhobenen Ansprüche.* 1276. — *Or. Kl. Marienfeld U. 202; Abschr. Msc. I. 106. f. 41.*

Nos Everhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus. Omnibus presens scriptum intuentibus notum facimus, quod abbati et conventui campi sancte Marie Cysterciensis ordinis nostre Monasteriensis diocesis pensionem unius marce ³⁾ Monasteriensis monete, qua nobis singulis annis perpetuo fuerant obligati ratione curtis et attinentium Lovinchusen prope opidum Bekehem, que curtis cum attinentibus ad nos nostramque ecclesiam proprietatis iure pertinebat, quam etiam curtim, nostro nostrique capituli consensu et beneplacito accedente, a Wendelsuede vidua et eius filio Everhardo predicti abbas et conventus pro trecentis et quinquaginta marcis Monasteriensis monete emerant, receptis ab eodem abbate et conventu quinquaginta et quatuor marcis venditionis nomine et ratione proprietatis, ex presenti tempore de consensu capituli nostri remittimus, quitamus et in perpetuum relaxamus. Preterea recipimus in nos, quod nec opidani nec decanus et capitulum in Bekehem super curte predicta et attinentiis a predictis abbate et conventu sic empta, vel super eo quod quedam summa pecunie a Wendelsuede et filio eius Everhardo predictis deposita fuerat apud abbatem et conventum prefatos, eisdem nunquam in iure vel extra ius movebunt aliquam

¹⁾ Jetzt nicht mehr nachzuweisen. — ²⁾ Sehr bezeichnend für den Verfall der einst so mächtigen Dynastiefamilie von Elen. —

³⁾ Der in der vorhergehenden Urk. erwähnten zwölf Solidi.

questionem. Igitur ut predicta in perpetuum inconvulsa permaneant, presentem paginam exinde conscriptam nostro nostrique capituli sigillis pro confirmatione et testimonio roboramus. Datum anno Domini M^o. CC^o. LXXVI^o.

Die Siegel wie oben.

993.

* *Dechant und Capitel zu Beckum vergleichen sich mit dem Kloster Marienfeld wegen einer Geldsumme, welche letzteres der Wendelsuedis von Elen für das Gut Lovinchusen verschuldete, und welche deren Sohn Everhard ihnen überwiesen hatte, und stehen gegen Zahlung von sechs Mark Denare von der bei Bischof Everhard eingelegten Klage ab. 1276. — Or. Kl. Marienfeld U. 200; Abschr. Msc. I. 106. f. 44.*

Das Siegel des Stifts Beckum ist noch vorhanden.

994.

* *Ritter Hermann von Langen unterwirft sich nach Zerstörung seiner Burg dem Bischof Everhard von Münster. 1276 August 21. Wolbeck. — Abschr. Msc. I. 1. p. 103.*

Notum sit universis tam presentibus quam futuris, quod nos Hermannus de Langen miles et Hermannus eius filius, propter spolia, incendia, communi pace terre turbata, castro nostro in Langen ¹⁾ destructo et quibusdam de nostra familia capitali sententia condemnatis, intercedentibus pro nobis venerabili patre domino Conrado Osnaburgensi electo, de Marke, de Benthem et de Tekenebûrgh comitibus, decano et capitulo, militibus et populo totius civitatis et dyocesis Monasteriensis, talis inter venerabilem patrem et dominum nostrum Everardum Monasteriensem episcopum, suos adiutores ex una parte, nos et nostros adiutores ex altera compositio intervenit, quod omni persecutioni super destructione castri nostri in Langen ac omnibus dampnis nobis et nostris adiutoribus ibidem illatis in hominibus et rebus ac famulis nostris morti adiudicatis, pro nobis et nostris renuntiavimus libere et absolute . . . Item super omni materia rancoris et discordie, que fuit vel est inter nobiles viros O. comitem de Ravensberghe et Ludwicum fratrem suum prepositum ecclesie sancti Johannis Osnaburgensis ex una parte et nos ex altera, in dictum dominum Everardum Monasteriensem episcopum compromisimus, ratum habituri quicquid ipse ordinaverit aut statuerit inter nos et ipsos . . . Item ratum habemus, quod area dicte domus seu castri in Langen ac molendinum ad voluntatem ipsius Monasteriensis episcopi complanetur, nec ibidem mansionem vel molendinum aliquod reedificabimus in futuro. Item piscationes et occupationes illicitas, quas super marcham communem et fundum ecclesie Monasteriensis aut aliorum quorumcunque occupabimus, deoccupabimus et depoenemus domos vel structuras factas in eisdem . . . Item sub episcopo et ecclesia Monasteriensi ac servitio eorundem remanebimus et ab eo non recedemus, quamdiu vixerimus, aliqua occasione sine fraude et dolo, nec aliquam munitionem construemus sine episcopi, qui pro tempore fuerit, ecclesie et ministerialium Monasteriensium licentia speciali . . . Item rancorem omnem et discordiam, quam nos Hermannus miles et Hermannus filius eius predicti, Henricus dictus Scrodere et Hermannus filius suus, Ludolfus de Monasterio et eorum seu nostri adiutores contra Hermannum et Bernardum de Ludinchusen fratres et eorum adiutores habuimus, in ipsum dominum Monasteriensem episcopum transtulimus et in eum compromisimus, ut eas secundum suam ordinet et disponat voluntatem, ratum habituri quicquid ipse ordinaverit in premissis . . . Item de famulis nostris et adiutorum nostrorum, quos castellani de Stromberghe ceperunt, etiam si ad mortem sint iudicati aut iudicandi, nos et nostri amici non prosequemur, sed omni actioni seu iniurie, que nobis aut nostris ex hoc illata videbitur vel videtur, libere renunciamus et expresse . . . Item siqua debita

¹⁾ Haus Lange an der Bever, nördlich von Telgte.

aut dampna a dicto domino episcopo aut ecclesia Monasteriensi undecunque debita temporibus quibuscunque petere potuimus aut possumus, plane resignamus et effestucamus, ipsos quitos clamantes de eisdem... Item ratione dampnorum que episcopo et ecclesie Monasteriensi intulimus, ducentas marcas Monasteriensium denariorum eidem domino episcopo assignabimus infra crastinum beati Mychaelis proximo nunc futurum, et *orvedam* more consueto pro nobis et nostris adiutoribus tactis sacrosanctis ewangeliiis nos iuravimus observare. Pro quibus omnibus et singulis supradictis Gerardum de Monasterio canonicum Monasteriensem, Rolandum et Gotfridum de Vechtorpe, Gerardum dictum Werencze de Loon, Hermannum et Wolterum de Bunstorpe, Lodwicum de Oldenberghe, Hinricum de Keppelle, Gisekynum de Scolden, Hermannum de Gymmethe, Lubertum Langen, Henricum de Ludinchusen, Gotfridum de Meenhovele, Rotgerum de Sendene, Hinricum de Berthelwic et Arthus (*sic!*) fratrem suum milites, Hermannum de Arnhem, Alhardum Heyden, Jordanum de Velerne, Hermannum de Beveren, Lubertum de Molendino, Ludolfum de Monasterio, Engelbertum Helpwordinch, Conradum de Dyke, Cesarium de Alverskerken, Statium de Olode, Johannem de Wulfhem, Ludekinum de Bekehem, Ysereel, Remboldum de Emesbroke famulos fideiussores in solidum dedimus hoc condicto, quod in crastino beati Mychaelis predicto dictas ducentas marcas dicto domino episcopo persolvemus, alioquin dicti fideiussores sub assecuratione et fide prestita corporali intrabunt Monasteriensem civitatem more bonorum fideiussorum per quatuor septimanarum spatium ibidem remansuri pro pecunia memorata. Et tunc sine aliqua occasione et dilatione dicta summa pecunie, si per nos soluta non fuerit, per ipsos fideiussores persolvetur. Si etiam compositio in aliqua sui parte fuerit violata per nos aut nostros complices predictos aut amicos et *orveda* non fuerit servata, dicti fideiussores Monasterium intrabunt et iacebunt donec de premissis satisfiat. Si etiam aliquis aut aliqui de fideiussoribus moriantur vel non satisfecerint, ut tenentur, alii nichilominus pro omnibus articulis supradictis in solidum tenebuntur. Nos vero fideiussores predicti omnia et singula premissa vera esse profiteamur, nos omnes et singulos in solidum ad preces et instantiam eorundem Hermannî et Hermanni ac eorum adiutorum pro omnibus et singulis articulis supradictis modo quo scriptum est obligantes pro eisdem. In cuius rei testimonium nos fideiussores predicti sigilla habentes propria una cum venerabilis patris domini Conradi Osnaburgensis electi, honorabilium virorum . . . decani et capituli Monasteriensis, ac nobilium de Marke, de Benthem, de Tekeneborgh comitum, civitatis Monasteriensis ac dicti Hermanni de Langhen sigillis nostra sigilla huic scripto duximus apponenda. Et nos Conradus Dei gratia Osnaburgensis electus, . . . decanus et capitulum ecclesie Monasteriensis, de Marke, de Benthem et Tekeneborgh comites, consules et universitas civitatis Monasteriensis (sigilla nostra) ¹⁾ ad preces dictorum Hermanni et Hermanni de Langhen nec non omnium et singulorum fideiussorum predictorum presentem paginam sigillorum nostrorum una cum ipsorum sigillis munimine duximus roborandam. Nos vero fideiussores predicti sigilla propria non habentes, domini Conradi Osnaburgensis electi, nobilium virorum de Marke, de Benthem, de Tekeneborgh comitum . . . decani et capituli ac civitatis Monasteriensis nostrorumque confideiussorum predictorum sigilla rogavimus apponi huic scripto et eis utimur in presenti. Datum et actum apud Woltbeke, presentibus venerabili patre domino E. Monasteriensi episcopo, Tyderico thesaurario, Adolpho vicedomino ecclesie Monasteriensis, Bernardo de Asbeke preposito sancti Ludgeri, Goswino preposito Davantrie, Wescelo de Lembeke, Conrado dicto Stryk, Matheo de Novo Castro, Gerlaco de Beveren, Hermanno de Bermetvelde, Johanne de Dincelage, Hermanno de Polle et aliis quampluribus tam clericis quam laycis testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis, feria sexta ante festum beati Bartholomei apostoli a. D. M^o.CC^o. septuagesimo sexto.

¹⁾ Ueberflüssig.

995.

Urfehde des Ritters Heinrich Scrodere von Alen, worin er zum Ersatz für den von ihm dem Stifte Münster zugefügten Schaden auf das Gogericht in den Kirchspielen Ahlen, Beckum, Vellern, Ostensfelde, Ennigerloh, Vorhelm, Walstedde, Heessen, Dolberg, Untrup und Lippborg und zur Hälfte auf das in Sünninghausen¹⁾ verzichtet. 1276 August 24. Wolbeck. — Or. Fr. Münster U. 159; Abschr. Msc. I. 4. p. 20; II. 13. p. 261; gedr. Kindlinger Beitr. III. p. 211.

Nos Henricus dictus Scrodere de Alen miles et Hermannus eius filius, Elizabeth uxor Henrici senioris, Regelandis uxor Hermanni iunioris, Gozstia et Methildis filie, Gerhardus filius Hermanni et Regelandis predictorum ac omnes et singuli coheredes eorundem notum facimus universis, quod nos pro diversis iniuriis et dampnis venerabili patri et domino Everhardo Monasteriensi episcopo et ecclesie Monasteriensi ex parte nostra illatis, de consilio amicorum nostrorum, iurisdictionem nostram que *gogerichte* dicitur (quam)²⁾ in Alen, Bekehem, Velhern, Ostensfelde, ac Ostensfelde, Eningerlo, Vorhelme, Walstede, Hyesin, Doleberge, Ue-dorp, Lippborg parrochiis, cum medietate iurisdictionis parrochie in Sünninghusen, in recompensationem eorundem dampnorum et iniuriarum cum omnibus iuribus et attinentiis eidem iurisdictioni libere et absolute sponte contulimus Monasteriensi episcopo et ecclesie memoratis perpetuo possidendam, in manus dicti episcopi, capituli, ministerialium et civium Monasteriensium illam resignantes, et renunciantes in hiis scriptis omni iuri in perpetuum, quod nos et nostri heredes habuimus aut habere videbamur in eadem, promittentes sub iuramento nostro et fide prestita corporali pro nobis et nostris, nunquam venire contra resignationem iurisdictionis memorate et contra compositionem inter dominum nostrum Monasteriensem episcopum et ecclesiam ex una parte et nos ac nostros ex altera ordinatam. Item de omnibus iniuriis et dampnis venerabilibus viris preposito, decano et capitulo ecclesie Monasteriensi et singularibus personis de ecclesie Monasteriensi per nos et nostros illatis, compromisimus in venerabilem patrem dominum nostrum Everhardum episcopum Monasteriensem supradictum, ratum habituri et facturi, quidquid ipse ordinaverit super illis. Item omni dampno seu iniurie in destructione castri in Langen bonis et personis nobis et nostris illatis renuntiamus pro nobis et nostris libere et absolute, *orvetham* more solito dicto domino episcopo et omnibus sibi adherentibus cum iuramentis promittentes. Et ut domino nostro episcopo, preposito, decano, capitulo et ecclesie Monasteriensi ac omnibus eorum fautoribus plenius caveatur, dilectos nobis dominum Gerhardum de Monasterio canonicum ecclesie Monasteriensi, dominum Hermannum de Langen et Hermannum filium suum, Godfridum de Vechtorpe, Lubertum de Langen milites, Ludolfum de Monasterio et Hermannum de Arnhem, Gozwinum de Sosato, et quemlibet eorum in solidum dedimus fideiussores, ita videlicet, quod si nos contra promissam ordinationem in parte vel in toto venerimus, iidem fideiussores et quilibet eorum in solidum Monasteriensem civitatem more bonorum fideiussorum intrabunt, inde non exi-turi nisi de compositione et *orvetha* violata plenarie satisfiat. Nos vero Gerhardus canonicus Monasteriensi, Hermannus de Langen, et Hermannus filius suus, Ludolfus de Monasterio et Hermannus de Arnhem, Gozwinus de Sosato fideiussores omnia et singula suprascripta vera esse profitentes, nos in solidum pro eisdem Henrico Scrodere et Hermanno filio et eorum heredibus pro omnibus articulis suprascriptis obligamus, et presens scriptum una cum sigillis nostris, venerabilis patris domini Conradi Osnaburgensis electi, de Marcha, de Benthem et Thekeneburg comitum, decani et capituli ecclesie, consilii et universitatis Monasteriensi sigillis rogavimus sigillari. Et nos, qui sigilla non habemus, sigillis aliorum premissorum sigilla habentium esse volumus obligati. Et nos Conradus Dei gratia Osnaburgensis electus, de Marcha, de Benthem, de Thekeneburg comites, decanus et capitulum ecclesie Monasteriensi et civitas Monasteriensi rogati ab Henrico Scrodere et Hermanno suo filio et eorum heredibus sigilla nostra apposuimus presenti scripto. Actum et datum apud Walbeke, presentibus honorabilibus viris Thiderico thesaurario, Adolpho vicedomino Mona-

¹⁾ Sämmtlich im Kreise Beckum. — ²⁾ Ueberflüssig.

steriensi et Bernardo de Asbeke preposito sancti Ludgeri Monasteriensis, Wescelo de Lembeke, Conrado dicto Stric, Matheo de Novo Castro, Hermanno de Bermetvelde militibus, Johanne dicto Wrethe, Henrico dicto Offerhus et Bernhardo dicto Rike civibus et aliis quampluribus clericis, ministerialibus et civibus civitatis et dyocesis Monasteriensis, feria VI. post festum assumptionis beate Marie anno Domini M^o.CC^o.LXX^o sexto.

Erhalten sind noch von den ursprünglich angehängten neun Siegeln die 1) des Domcapitels, 2) der Stadt Münster 3) des Ritters Scrodere: einen aufgerichteten geflügelten Löwen führend, und 4) Hermanns von Langen (Vgl. oben Nro. 748).

996.

* *Wicbold von Laer stattet seine ins Kl. Hohenholte eintretende Tochter aus. 1276 October 2. Münster. — Or. Kl. Hohenholte U. 14a.*

Officialis Monasteriensis universis presencia visuris salutem et cognoscere veritatem. Noverit universitas vestra, quod constitutus coram nobis in figura iudicii Wicboldus de Lare famulus recognovit libere et absolute, quod priorissa et conventus in Honholte haberent unum molt tritici ad mensuram Monasteriensem et XII denarios in curia Welinchof¹⁾ nomine decimarum annis singulis recipienda, quoad usque antedictus Wicboldus vel heres suus predictae priorisse et conventui dederit decem marcas pro redemptione predictorum; predictae vero X marce promissae fuerunt predictis priorisse et conventui cum quadam puella Jutta de Lare, dum eam in sanctimoniam recipere et sororem. Que omnia et singula sepe dictus W. promisit in manus nostras sub pena excommunicationis late sententiae se inviolabiliter observaturum, predictos super premissis de cetero molestando in aliquo nullatenus aut vexando. Huic facto interfuerunt Brunstenus decanus Monasteriensis, Gerhardus de Lon, Thidericus de Bissendorpe, magister Hinricus cantor, Ludbertus, Wernerus de Rede canonici Monasterienses. Ad eternam huius rei memoriam presentem paginam sigillo nostro maiori fecimus communiri. Actum Monasterii a. D. M^o.CC^o.LXXVI^o, feria sexta post festum beati Remigii.

Das nur fragmentarisch erhaltene Siegel zeigt auf der Vorderseite und im Secret das Bild eines Bischofs. Von der Umschrift lassen sich hier und dort noch die Worte . . . CURIE MONAS . . . erkennen.

997.

Graf Otto von Ravensberg verkauft den Hof Elslere an die Stadt Beckum. 1276 October 12. Wadenhart (Marienfeld). — Hier nach Erhard's Abschrift des Orig. im Archive der Stadt Beckum; Copie Msc. II. 23. p. 85; hieraus gedr. v. Ledebur Archiv III. 308.

Otto comes de Ravenesberg omnibus presens scriptum visuris cum noticia rei geste salutem in omnium salvatore. Scire cupimus universos, quod nos de bona voluntate et consensu fratris nostri domini Ludewici ecclesie sancti Johannis Osnaburgensis prepositi, nec non uxoris nostre Hathewigis, heredum nostrorum Hermanni, Ludewici, Ottonis, Bernhardi, Jutte, Ode et Sophie, ac ceterorum coheredum, curtim nostram Elslere²⁾ sitam iuxta Bekehem cum omnibus suis attinentiis, videlicet hominibus inquilinis, agris, aquis, nemoribus, pascuis, pratis, novalibus, cultis et excolendis, una cum annipensionali tritico nobis de manso nostro Modewic debito, vendidimus oppidanis in Bekehem, pro trescentis (*sic!*) viginti marcis, libere proprietatis titulo perpetuo possidendam etc. presentem paginam nostro, uxoris nostre, fratris nostri prepositi supradicti, nec non oppidi in Bilevelde sigillis duximus roborandam. Acta sunt hec apud Wadenhart presentibus: Remberto de Busche, Everhardo de Varenthorpe militibus; Ludolfo iudice in Bekehem; Lutberto de Beveren, Godescalco Scaden, Everhardo de Anedopen, Gerhardo de Olethe, Thoma

¹⁾ Schulze Weling zu Laer, Kr. Steinfurt. — ²⁾ Wohl jetzt die Bauerschaft Elker, südwestlich von Beckum.

de Lippeburg famulis; Hermanno de Thunnichusen, Johanne de Polhem, Tizone de Wersa, Engelberto Bote, Hinrico et Hildebrando dictis de Weseldoren, Gerharδο Weten ratmannis in Bekehem, thincgravio de Ravenesberg Giselberto, et aliis quampluribus fide dignis. Anno Domini M^o.CC^o.LXX^o. sexto, quarto Idus Octobris.

Nur das Siegel des Grafen Otto von Ravensberg ist vollständig erhalten.

998.

* Die Friesischen Landschaften Emsgau und Brockmerland vergleichen sich mit dem Bischof Everhard über eine gewisse an ihn zu entrichtende Summe ¹⁾ und über andere Streitpunkte. 1276 October 24. Landegge. Orig. Fr. Münster U. 160 ²⁾; Copie Msc. IV. 3. p. 184'.

Nos consules, iurati et universitates *Emesgonie et Brocmanne* terrarum Monasteriensis dyocesis omnibus presens scriptum intuentibus notum facimus, quod super discordia exorta inter venerabilem patrem dominum nostrum Everhardum Monasteriensis ecclesie episcopum ex una parte, et nos ac *Redensium ac de Althamet* terras ex altera pro eo, quod quandam summam pecunie, quam ipsi una cum hominibus predictarum terrarum sub pena dupli promiseramus, minime solvimus terminis ad hoc statutis, et quibusdam aliis articulis atque causis, talis inter ipsum dominum episcopum et nos hinc inde mediantibus probis viris amicabilem compositio intercessit, videlicet quod eidem domino nostro episcopo transactionis sive compositionis nomine tam pro nobis quam pro hominibus Redensis et de Althamet terrarum dedimus et assignavimus septingentas et triginta marcas nove Monasteriensis monete, duodecim solidis pro marca qualibet computatis. Quibus denariis receptis idem pater et dominus noster episcopus quitos et liberos nos dimisit a promissione dupli predicta et ab omnibus iniuriis et dampnis, si que ipsi irrogavimus tempore quocunque. Nosque similiter condonavimus atque remisimus ipsi domino episcopo Monasteriensi iniuriam atque dampna, que quidam nostrum sustinuerunt ex hoc quod rapti fuerunt apud Meppen de mandato ipsius domini episcopi et naves eorum cum bonis ibidem arrestate. Preterea nos consules et iurati predicti nostro et universitatum nostrarum nomine confirmavimus prestitis corporaliter sacramentis, quod huiusmodi iniuriam sive dampna, si aliqua perpessi sumus nos vel aliqui nostrum occasione dicte captivitatis et arrestationis, nunquam aliquo tempore vindicabimus vel vindicari permittemus contra dominum nostrum Monasteriensem episcopum, quicumque pro tempore fuerit, vel aliquem de suis in personis vel rebus eorum vel etiam contra alium extraneum quemcunque. Inno compositionem presentem et firmam pacem servabimus cum domino nostro Monasteriensi episcopo et suis et faciemus ab aliis amicis nostris inviolabiliter observari. Insuper arbitrati sumus, quod si contra compositionem predictam venerimus nos vel aliquis nostrum, nisi emendatum fuerit infra quindenam a tempore monitionis domini nostri episcopi, extunc in nos consules et iuratos vel illos qui pro tempore fuerint idem dominus episcopus licite proferat excommunicationis sententiam, et si in illa excommunicatione per mensem duraverimus, ecclesias nostras licite supponat ecclesiastico interdicto. Item arbitrati sumus, quod si contra compositionem predictam venerimus nos aliqui vel aliquis nostrum, quod naves nostre cum bonis et personis, ad quodcunque forum, locum sive nundinas venerint, licite detineri valeant loco pignoris quousque fuerit emendatum. Preterea arbitrati sumus, quod litteras super ordinatione bannorum conscriptas, domini nostri episcopi et ecclesie Monasteriensis sigillis sigillatas, nostrarum duarum terrarum sigillis faciemus modis omnibus sigillari ³⁾. Item laborabimus pro omni posse nostro, quod homines Redensis et de Althamet terrarum idem faciant, quemadmodum promiserunt. Item arbitrati sumus, quod si dominus noster Monasteriensis episcopus voluerit vendere bona sua, que habet in Frisia, de consensu capituli sui in toto vel in parte, ipsum nullatenus impediemus vel permittemus per

¹⁾ Wahrscheinlich in Folge des Vertrags vom 18. März dieses Jahrs. — ²⁾ Im Domeopiar nicht abgeschrieben. — ³⁾ Vergl. oben Nro. 988. pag. 508 n. 2.

aliquem de nostris amicis aequaliter impediri. Arbitrati sumus nichilominus, quod una cum domino nostro episcopo petemus huiusmodi compositionem per sedem apostolicam confirmari. In cuius rei testimonium duarum terrarum nostrarum predictarum sigillis presens pagina communitur. Datum et actum apud Lanthegge ¹⁾, presentibus hiis: Gosvino preposito Davantrensi, Bernardo dicto de Asbeke preposito sancti Ludgeri Monasteriensis, Luberto commendatore domus de Stenvordia, magistro Henrico cantore Monasteriensis; Matheo de Novo Castro ²⁾ et Conrado dicto Strich militibus castrensibus Novi Castri, item Jacobo de Langen, Alberone et Jacobo de Bellen militibus castrensibus in Lanthegge et Hermanno dicto de Pollen dapi-fero ibidem, item Johanne de Duthe, Everhardo dicto Svenke, Hermanno dicto Bove, Henrico dicto Surnunt militibus, Godescalco dicto Diriken, Henrico dicto Peteman, Stephano dicto Tunne et Werenboldo filio domini Ottonis castrensibus in Frissenberg ³⁾ et aliis quam pluribus, anno Domini M^o.CC^o.LXX^o. sexto, nono Kalendas Novembris.

Die beiden Sigilla EMESGONUM u. BROCMANNIE, wie sie oben Nro. 988 p. 511 beschrieben worden, sind nur zum Theil erhalten.

999.

Die consules, iurati ac universitates Redensis, Emesgonie, de Althamet ac Brocmannie terrarum Monasteriensis dyocesis *wiederholen fast wörtlich* ⁴⁾ den obigen Vertrag, an dem nämlichen Tage, Orte und mit denselben Zeugen. — Or. Fr. Münster U. 161; Abschrift Msc. I. A. p. 147; II. 15. p. 107; gedruckt bei Niesert U.-B. I. I. p. 81.

Siegelöffnungen sind vier an der Urkunde, von den Siegeln aber nur zwei, die des Emsgaus und des Brockmerlandes, erhalten ⁵⁾.

1000.

Verbündniß der Gemeinden des Emsgaues und des Brockmerlandes, bei den Einwohnern des Reiderlandes und des Altamtes ⁶⁾ es dahin zu bringen, dass diese die Bedingungen des mit dem Bischof Everhard von Münster geschlossenen Friedens erfüllen. 1276 October 24. Landegge. — Or. Fr. Münster U. 162; Abschr. Msc. I. A. p. 143; hieraus gedr. Niesert U.-B. I. A. p. 84.

Nos consules, iurati ac universitates Emesgonie et Brocmannie terrarum Monasteriensis dyocesis, omnibus presens scriptum intuentibus notum facimus, quod cum compositio ordinata esset, mediantibus probis viris, inter venerabilem patrem dominum nostrum Everhardum Monasteriensem episcopum et ecclesiam suam ex una parte, et nos ac Redensem et de Mentersaten terras ex altera, super eo quod quandam summam pecunie, quam sub pena dupli una cum hominibus Redensis et de Althamet terrarum promiseramus domino nostro episcopo, minime ipsi persolvimus terminis ad hoc statutis, nos quoque de

¹⁾ Landegge auf dem linken Emsufer, nördlich von Meppen. — ²⁾ Nienborg im N.-W. von Horstmar. — ³⁾ Fresenberg auf dem rechten Emsufer, etwas nördlich von Landegge. — ⁴⁾ Nur dass statt der Worte der U. 160 „Preterea arbitrati — quemadmodum promiserunt“ sich hier folgende Stelle findet: „Preterea arbitrati sumus quod litteras super ordinatione banorum conscriptas, domini nostri episcopi et ecclesie Monasteriensis sigillis sigillatas, quatuor terrarum nostrarum sigillis faciemus sigillari.“ In der That aber haben von den genannten vier Landen nur die Emsgauer, Brockmänner und Reiderländer dies Versprechen erfüllt; von dem Altamt aber ist, wie wir oben p. 511 bemerkt haben, an dem Sübnevertrag vom 18. März 1276 ein Siegel *nie* vorhanden gewesen. — ⁵⁾ Dass das Reiderland und das Altamt diese Urkunde nicht besiegelt und also unvollzogen gelassen haben, werde ich in der Note zur folgenden Urkunde wahrscheinlich machen. — ⁶⁾ Der Volksname der Bewohner des Altamtes war, wie diese Urkunde ergibt, Mentersaten. Doch habe ich in den Quellen und Bearbeitungen der Friesischen Geschichte nichts Näheres über diese Völkerschaft finden können.

Emesgonia ac Brocmanina parati fuerimus et simus, compositionis ordinationem super hoc conceptam in omnibus suis articulis inviolabiliter observare, Redensis et de Mentersaten terrarum hominibus renitentibus et contradicentibus in hac parte, et quia a nobis, tanquam a maioribus et quasi ex antiqua consuetudine pre ceteris terris ad hoc de iure obligatis, requiritur, ut pro predictis duabus terris satisfaciamus, propter bonum pacis et concordie, et ut omnia in bonum reducantur statum, ad ea que sequuntur nos tenere presentium obligamus. Videlicet quod Redensis et de Mentersaten terrarum homines modis quibus poterimus inducimus amicitia vel inimicitia sub nostris dampnis et expensis, ut in compositionem ordinatam et conscriptam una nobiscum consentiant, et eam terrarum suarum sigillis sigillent ac inviolabiliter observent, nec naves cum bonis detentas apud Meppen, nobis presentatas, ipsis Redensibus et de Mentersaten hominibus restituemus, nisi in compositionem prefatam plenarie voluerint consentire. Item nec capsas sive reliquias ¹⁾ predictarum duarum terrarum cum auro, sicut modo sunt, ipsis aliquantulum restituemus, nec aliquas amicitias cum ipsis habebimus, nisi dictam compositionem decreverint observare. Immo si infra festum apostolorum Philippi et Jacobi plene non consenserint in huiusmodi compositionem et sigilla sua non apposuerint ²⁾, extunc infra quindenam predictas capsas vel aurum circum circa fixum mittentes domino Monasteriensi episcopo apud Lanthecege faciemus sine more dispendio presentari, nec cum eisdem terris aliquam compositionem inieimus, nisi de expressa voluntate domini nostri episcopi pariter et consensu. Item mercatores nunc detentos in partibus Emesgonie, et quos ad terram nostram in posterum declinare contigerit, sive fuerint de civitate vel dyocesi Monasteriensi vel de quocunque alio loco, ire et transire per terminos nostros cum bonis suis libere permittemus. Immo ipsos conducemus et defendemus pro omni posse nostro contra iniuriam et violentiam cuiuscunque. Item promissimus, quod illis, qui apud Meppen pecuniam exposuerunt ad componendum cum domino episcopo, suam pecuniam plenarie restitui faciemus. Et (ad) hec omnia et singula premissa firmiter observanda, nostris corporaliter prestitis nos astrinximus iuramentis. Promissionem etiam domini nostri episcopi recepimus super eo, quod homines predictarum duarum terrarum artabit per excommunicationem et interdictum ecclesiarum suarum arbitrato ipsorum ad huiusmodi compositionem inviolabiliter observandam. In cuius rei testimonium duarum terrarum nostrarum predictarum sigillis presens pagina communitur. Datum et actum apud Lanthecege, presentibus hiis: Gosvino preposito Davantrensi, Bernardo dicto de Asbecke preposito sancti Lutgeri Monasteriensi, Luberto commendatore domus de Stenvordia, magistro Henrico cantore Monasteriensi, Matheo de Novo Castro et Conrado dicto Strich, militibus, castrensibus Novi Castri; item Jacobo de Langen, Alberone et Jacobo de Bellen, militibus, Godescalco dicto Deriken, Henrico dicto Peteman, Stephano dicto Tunne, Werenboldo filio domini Ottonis, castrensibus in Frisenberg, et aliis quampluribus. Anno Domini M^o.CC^o.LXX^o. sexto Nono Kal. Novembr.

Die zwei an der Urkunde früher befindlichen Siegel sind verloren.

¹⁾ Diese Reliquien, welche wohl noch aus der ersten Zeit nach der Bekchrung herstammten, scheinen in gewisser Beziehung Nationalheiligthümer der einzelnen Friesischen Stämme gewesen zu sein. Vergl. was ich über die religiös-politische Bedeutung solcher Reliquien in der Zeitschrift f. G. u. A. W. XVIII. p. 154 sq. gesagt habe, und von Richthofen *Altfrisisches Wörterbuch* p. 1155 s. v. „witha“ und „witheth (Eid auf die Reliquien).“

²⁾ Diese Hinweisung darauf, dass die Reiderländer und Mentersaten bis zum 1. Mai 1277 untersiegelt haben müssten, scheint wirklich zu beweisen, dass sie an die vorhergehende Urkunde Nr. 999, welche mit dieser an dem nämlichen Tage ausgestellt ist, trotzdem dass für ihre Siegel die Oeffnungen daran schon angebracht waren, dieselben nicht gehängt haben. Es ist also anzunehmen, dass nach Ausfertigung jener Urkunde die Reiderländer und Mentersaten von der Vollziehung des Vertrags zurücktraten, worauf dann der Bischof noch an demselben Tage den hier vorliegenden mit dem Emsgau und dem Brockmerlande abschloss.

1001.

* *Theilungsvertrag zwischen dem Bischof Everhard von Münster und dem Osnabrückischen Stift Börstel. 1276
October 28. — Or. Fr. Münster U. 163; Abschr. Msc. I. 4. p. 23.*

Nos Hydegundis Dei gratia abbatissa totusque conventus monasterii montis sancte Marie in Borstelo¹⁾ Cysterciensis ordinis Osnabrugensis dyocesis omnibus presens scriptum intuentibus notum facimus, quod cum Monasteriensis episcopus et ecclesia sua ius advocatie haberent in octo domibus, quarum nomina inferius ponentur, pertinentibus ad monasterium nostrum proprietatis iure una cum ecclesia in Herslike²⁾ Osnabrugensis dyocesis, cuius ecclesie ius patronatus ad nostrum monasterium iure perpetuo dinoscitur pertinere, talem conventionem sive permutationem cum venerabili patre domino Everhardo Monasteriensi episcopo et ecclesia sua de communi consensu hinc et inde duximus faciendam, videlicet quod eidem domino episcopo, ecclesie sue et successoribus eiusdem in perpetuum proprietatem et omne ius quatuor domorum de dictis octo domibus quod in eis habuimus duximus conferendam, proprietatem videlicet domus Wemme in villa Luttkenbersen³⁾, domus Wilboldi de Elteren iuxta Lunne⁴⁾, domus beghine in Elteren⁵⁾ ibidem et domus Johannis de Varenrode in parrochia Plantlunne⁶⁾, in episcopum et ecclesiam Monasteriensem predictarum domorum plenum ius proprietatis et dominii transferentes, recipientes versa vice ab eodem domino episcopo et ecclesia sua omne ius, quod ratione advocatie vel alterius cuiuscumque iuris habere poterant in aliis quatuor domibus, videlicet domo in Holte in parrochia Holte, domo in Westerhem in parrochia Hersliken, domo Hermanni de Vlechnen in parrochia Lunne et domo Hermanni in Hulsten in parrochia Lunne, quod ius advocacie defensionis exactionis, quocumque nomine censeatur quod episcopus Monasteriensis et ecclesia sua in dictis quatuor domibus habuerunt vel habere poterant, sine omni dubitationis et vexationis scrupulo plenarie et libere in nostrum monasterium transtulerunt. In cuius rei testimonium sigillo nostro, quo uti consuevimus, presens pagina communitur. Acta sunt hec a. D. M^o.CC^o.LXXVI^o, quinto Kalendas Novembris, in die Symonis et Jude.

Das Siegel der Abtissin ist gut erhalten.

1002.

* *B. Everhard bekundet die Ausstattung zweier in das Kloster Vinnenberg tretenden Töchter des Ritters Wescelus von Quernheim. 1276. Münster November 29. — Abschr. Msc. I. 109. f. 25'.*

Everhardus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus . . notum facimus, quod veniens ad nostram presenciam . . Christina relicta Wessceli de Quernhem militis, que duas in monasterio Vynnenberg filias locavit, curtem quam habebat in Westenhurst⁷⁾ in parrochia Sendenhorst cum omnibus suis attinenciis proprietatis iure, quemadmodum ad ipsam pertinebat, pietatis instinctu eidem monasterio coram nobis donavit et assignavit, ac cum omnibus suis coheredibus sponte libere et sine ulla coactione resignavit presentibus: Brunsteno decano, magistro Henrico cantore et aliis canonicis ecclesie nostre Monasteriensis ac iudice civitatis Monasteriensis, coram quo Godfridus et Gerhardus milites de Quernhem fratres mariti sui dictam curtem antea, sicut ex testimonio eiusdem iudicis didicimus, resignarant etc. Actum Monasterii anno Domini M^o.CC^o.LXXVI^o, III^o Kalendas Decembris.

¹⁾ Stift Börstel im nördlichen Theile des Bisthums Osnabrück. — ²⁾ Herslake an der Haase. — ³⁾ Klein Berssen nördlich von Haselünne. — ⁴⁾ Haselünne. — ⁵⁾ An der Hase östlich von Haselünne. — ⁶⁾ Südöstlich von Lingen. — ⁷⁾ Bauerschaft Wessenhorst, westlich von Sendenhorst, gehört jetzt zum Kirchspiele Enniger.

1003.

- * Ein von dem Edlen Jonathas von Dolberg lehrnühriges Gut wird an das Kl. Marienfeld verkauft und diesem vom Gr. Otto von Ravensberg übertragen. 1276. — Or. Kl. Marienfeld U. 199a; Abschr. Msc. I. 106. f. 159 u. II 77. p. 169.

Nos Otto comes in Ravenesberg omnibus hoc scriptum visuris notum esse cupimus, quod Hermannus dictus Hadewich, de communi consensu heredum suorum necnon et fratribus suis Johanne videlicet et Winando in idem consentientibus, mansum quendam dictum Dribrugge ¹⁾ situm in parrochia Guterslo cum omnibus eius attinenciis et iuribus, et Hermannum eiusdem mansi colonum uxoremque eius Almodem et duas filias eorum Wichmodem et Alheidem, una cum casa in Vorde cum quinque ascriptiis eius: Johanne Gozwino Theoderico Alheide et Alheidem, vendidit pro triginta sex marcis fratribus de campo sancte Marie liberaliter et absolute in perpetuum possidendum. Qua sane venditione adhuc pendente, supradictus Johannes frater ipsius Hermanni, cum eisdem fratribus suis Hermanno et Winando ad nostram accedens presenciam, dicti mansi proprietatem, quam a nobili viro Jonatha de Duleberge obtinuerat, nobis pure et liberaliter contulit et nos ipsam proprietatem, eo modo quo nobis oblata fuerat, perpetua donatione ecclesie contulimus prelibate etc. Datum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto. (Testes:) Everhardus de Varendorpe, Johannes et Reinbertus fratres de Rubo, Regenbode Top milites, Hermannus Grip. Heinricus Duvelescop, Themo Nagel, Conradus Voegth, Eggehardus de Lode et alii quam plures.

Das Siegel des Gr. Otto von Ravensberg ist gut erhalten.

1004.

- Fredericus comes de Rethberge bekundet, dass Godfried von Berstrate und dessen Bruder Albert dem Kloster Marienfeld einen Mansen in Steppincdorpe ²⁾ im Kirchspiele Widenbrugge verkauft haben. Testes huius rei sunt: Otto maior prepositus Paderbornensis, Godescalcus de Nemore, Albertus de Mudelere, Conradus de Auentstrot milites, Lulfridus de Steinbeke, Temmo de Katteslere. Anno D. MCCLXXXVI. — Or. Kl. Marienfeld U. 203; Abschr. Msc. I. 106. f. 144; gedr. v. Ledebur Archiv XV. p. 58.

Von dem Siegel des Grafen ist nur ein Bruchstück vorhanden.

1005.

- * Graf Ludwig von Arnsberg überträgt, nach Verzichtleistung der Brüder von Borbein ³⁾, das Eigenthum eines halben Erben in Steppentrup dem Kl. Marienfeld. 1276. — Or. Kl. Marienfeld U. 205; Abschr. Msc. I. 106. f. 144.

Nos Lodewicus comes de Arnesberg omnibus presens scriptum visuris in perpetuum. Sciant fideles presentis temporis et futuri, quod Rodolphus dictus de Borben et duo fratres eius, Fredericus videlicet et Everhardus, cum consensu coheredum suorum proprietatem dimidii mansi in Steppincdorpe nobis absolute et libere contulerunt, omni iuri, quod sibi in eo competebat vel in posterum competere posset quoquo modo, plene renuntiando. Nos autem facta nobis collatione huiusmodi, deinceps proprietatem dicti dimidii mansi monasterio campi sancte Marie contulimus iure perpetuo possidendam. Ad huius igitur facti evidentiam nos presentem paginam sigilli nostri appensione fecimus communiri. Testes: Godefridus senior comes et Lodewicus iunior comes de Arnesberg, Conradus de Hustene, Godescalcus de Bruchhusen, Antonius

¹⁾ Nicht mehr zu constatiren. — ²⁾ „Steppentrup“ südwestlich von Wiedenbrück. — ³⁾ Im Nordwesten von Ahlen.

dictus Wrede, Helmicus Stotere milites, Hermannus Quatterlant dapifer, Heinricus de Bokeneworde, Conradus de Ervete, Rutgerus de Hustene et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M^o.CC^o.LXXVI^o.

Das Siegel ist parabolisch und verschieden von dem bei Seibertz U.-B. I. tab. II. Nro. 1. abgebildeten.

1006.

* *Der Edle Simon von Lippe schenkt dem Kl. Marienfeld zum Seelenheil für seinen dort beerdigten Vater¹⁾ eine bisher von Ecbert von Batenhorst als Lehn besessene Rente aus dem Hause Raesfeld. 1276. — Orig. Kl. Marienfeld U. 204.*

Nos Symon nobilis de Lippia universis Christi fidelibus veritatem rei scire cupientibus presenti scripto publice protestamur, quod nos cum consensu et beneplacito matris nostre Agnetis proprietatem cuiusdam annue pensionis de domo Radesvelde²⁾ duodecim denarios solventis, quam de manu nostra Egbertus de Bathenhorst³⁾ in feodo tenuerat, cum omni integritate iuris nostri cenobio sancte Marie libere contulimus et absolute iure perpetuo possidendam, saluti animarum nostrarum et maxime patris nostri iam defuncti ibidem sepulti apud omnipotentem Dominum providere tali beneficio cupientes. In cuius rei evidens testimonium presens scriptum domini Symonis Paderbornensis episcopi tutoris nostri et nostro sigillis fecimus communiri. Acta sunt hec anno Domini M^o.CC^o.LXXVI^o.

Das Siegel des Bischofs von Paderborn ist verloren; das Simons von Lippe, rund, ziemlich gross, und mit grünseidenen Fäden befestigt, zeigt auf einem erhaben hervortretenden Herzschild die Lippesche Rose und führt die Umschrift: S. SY NOBILIS VIRI D . . . NI DE LIPPIA. Das Secret stellt ebenfalls die Lippesche Rose dar mit der Umschrift: GALEA SYMONIS DE LIPPIA.

1007.

* *Johann von Batenhorst resignirt allen seinen Ansprüchen auf das Erbe Raesfeld zu Gunsten des Kl. Marienfeld. 1276. — Or. Kl. Marienfeld U. 205 a; Abschr. Msc. II. 43. p. 189.*

Nos Heinricus burgravius in Stromberg tenore presentium protestamur, quod constitutus in nostra presentia Johannes clericus dictus de Batenhorst resignavit conventui in campo sancte Marie quicquid iuris eidem competeat in manso Radesvelde vel in posterum competere posset quoquo modo. Ut igitur hec resignatio rata permaneant, presens scriptum sigilli nostri appensione communimus. Testes sunt: Omerus de Ostenvelde, Rotgerus de Bokeneworde, Gerhardus de Quernhem milites, Teodericus de Vulfhem, Hermannus filius Omeri, Heinricus Ketelhot et alii fide digni. Acta sunt hec anno Domini M^o.CC^o.LXXVI^o.

Auf dem herzförmigen Siegel sind nur noch die Stromberger Vögel zu erkennen.

1008.

Das Kloster Marienborn zu Coesfeld kauft von Godefridus Murenbrekere das Erbe Wostinge⁴⁾ im Kspl. Rekene⁵⁾, was die Äbtissin Elisabeth bekundet. 1276. — Abschrift im Copiar des Klosters Marienborn p. 9; gedr. bei Niesert Kl. Marienborn p. 66.

¹⁾ Bernhard, von dem wir noch oben Nro. 964. eine U. a. d. J. 1275 hatten.

²⁾ Raesfeld im Norden von Gütersloh.

³⁾ Im Südwesten von Wiedenbrück.

⁴⁾ Nicht „Wostringe“ wie bei Niesert l. c.

⁵⁾ Kr. Borken.

1009.

* Jutta, Äbtissin von Freckenhorst, überträgt das Eigenthumsrecht eines von ihrem Stifte lehnabhängigen Guts auf das Münstersche Domcapitel, welches dasselbe von dem Vasallen gekauft hatte. 1276 (1277) Januar 15; dies bestätigt Bischof Everhard zu Wolbeck am nämlichen Tage. —

Abschrift Msc. I. A. p. 265.

Jutta Dei gratia (abbatissa) totusque conventus monasterii in Vrekenhorst ordinis sancti Augustini Monasteriensis dyocesis omnibus presens scriptum intuentibus notum facimus, quod cum Rodolfus filius Hinrici de Horst militis defuncti de consensu et voluntate nostra quendam mansum situm in villa Walegarden¹⁾ in parrochia Vrekenhorst cum omnibus attinentiis suis, videlicet pratis pascuis agris campis nemoribus et omnibus aliis, que ab antiquo ad dictum mansum pertinebant vel de novo annexa vel addita fuerant, vendidisset magistro Henrico cantori et capitulo Monasteriensis pro decem et octo marcis Monasteriensis monete, quos denarios Ludolfus miles dictus de Walegarden nomine ipsius Rodolfi recepit a magistro Henrico cantore predicto, ut idem L. miles coram nobis confitebatur, quem mansum cum attinentiis suis idem Rodolfus a nobis ut ministerialis ecclesie sive monasterii nostri iure tenuerat feudali, nos recepta resignatione libera ab ipso Rodolfo iam dicti mansi et omnium attinentium premissorum, ad petitionem decani et capituli ecclesie Monasteriensis, proprietatem dicti mansi et attinentium eidem decano et capitulo conferendum duximus, plenum dominium ipsius mansi et attinentium in ipsos transferentes. Item protestamur, quod uxor legitima ipsius Rodolfi dicta Elyzabeth publice coram nobis recognovit, quod nichil iuris haberet in manso et attinentiis supradictis . . . In cuius rei testimonium presens presentem paginam fecimus sigillis nostris communiri. Datum et actum Vrekenhorst presentibus hiis: Gotfrido de Walegarden et Gerharde canonicis ecclesie in Vrekenhorst, item Gotscalco de Asscheberghe, Ludolfo de Walegarden et Johanne de Ruwenberghe militibus, Henrico de Hengne et Gerharde dicto Juthe et aliis quam pluribus. Anno D. millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, XVIII^o. Kalendas Februarii.

Transfæra.

Everhardus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus omnibus presens scriptum intuentibus notum facimus, quod constitutus coram (nobis) apud Waltbeke Rodolfus filius Hinrici militis de Horst publice coram nobis recognovit, quod de consensu et voluntate unanimi abbatisse et conventus in Vrekenhorst quendam mansum situm in villa Walegarden in parrochia Vrekenhorst cum omnibus attinentiis suis, videlicet pascuis agris campis nemoribus et omnibus aliis, que ab antiquo ad dictum mansum pertinebant insimul cum omnibus hiis, que de novo per eundem Rodolfum prefato manso annexa vel addita fuerant, scilicet cum duobus campis supra miricam²⁾ intra villam Walegarden et oppidum Warendorpe sitis, nec non duobus pratis uno iuxta Ebbedisschenbrucgen, et alio sito iuxta unum de campis prefatis, vendidisset magistro Henrico cantori et capitulo Monasteriensis pro XVIII marcis Monasteriensis monete, quos denarios recognovit Ludolfum de Walegarden militem ipsius nomine recepisse. Item recognovit dictus Rodolfus, quod mansum predictum cum attinentiis suis antiquis et novis, que idem Rodolfus de abbatissa et conventu monasterii in Vrekenhorst ut ministerialis eiusdem monasterii iure feudali tenuerat, in eorum manus libere resignasset, et quod abbatissa et conventus iam dicti proprietatem et plenum dominium eiusdem mansi et attinentium decano et capitulo nostre ecclesie Monasteriensis liberaliter contulissent, sicut in instrumento cui presens litera est affixa sigillis abbatisse et conventus sigillato plenius vidimus contineri. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo nostro fecimus communiri. Datum et actum Waltbeke presentibus hiis: Goszwino preposito ecclesie Davantrensis, Hermanno veteris ecclesie sancti Pauli Monaste-

¹⁾ Walgern. — ²⁾ Heideland, Mark.

riensis canonico, Luberto de Alen clerico, Alberto de Ludinchusen dapifero, et Ludolfo de Walegarden militibus ac Wetzelo de Alstede a. D. M^o.CC^o.septuagesimo sexto, feria sexta post octavam epyphanie Domini.

1010.

* *Die Canoniker von St. Mauriz erkennen die Rechte ihres Propstes an. 1276 (1277) Februar 3. — Abschr. Msc. I. 69. f. 175'.*

Nos Hinricus scolasticus et nos Everhardus de Elynchorst, Godfridus de Musne, Fredericus de Warendorpe, Wydekindus de Holte, Godefridus dictus Puer, Jordanus, canonici ecclesie sancti Mauriti extra muros civitatis Monasteriensis, scire volumus universos, ad quos presens scriptum pervenerit, quod cum Wicholdus ecclesie nostre prepositus decano et capitulo nostro super iure, quod sibi ratione prepositure et prebende, quam habet in ecclesia nostra predicta, competere dicit, movisset questionem coram decano et capitulo Monasteriensi, nos considerantes ius commune ac vicinarum ecclesiarum consuetudinem esse pro eodem, presentibus protestamur et confitemur, quod omne ius eidem preposito suisque successoribus in ecclesia nostra predicta in electionibus, in capitulo tractatibus et aliis recognoscimus competere, quod secundum ius commune vel consuetudinem vicinarum ecclesiarum canonicis vel prepositis competit vel competere poterit quoquomodo, agris nostris ac cottidianis distributionibus, obedientiis et decimis ac quibusdam curtibus que inter nos locare consuevimus duntaxat exceptis, nullum ius penitus nostro preposito Wicholdo suisque successoribus recognoscentes in eisdem. In cuius rei testimonium presentem literam nos Hinricus scolasticus et E. de Elynchorst sigillis nostris fecimus roborari. Nos vero Gotfridus de Musne sigillo Richardi plebani sancti Lamberti, Fredericus de Warendorpe sigillo decani Monasteriensis, Wydekindus de Holte sigillo magistri Lutberti canonici Monasteriensis et Gotfridus dictus Puer sigillo Gerhardi de Loen canonici et archidiaconi Monasteriensis, quia sigilla adhuc non habemus propria, presentem literam petimus sigillari. Datum in die Blasii episcopi anno Domini M^o.CC^o.LXXVI^o.

1011.

* *Burggraf Heinrich von Stromberg eignet ein ihm überlassenes Gut an das Kl. Marienfeld. 1276 (1277) Februar 7. — Or. Kl. Marienfeld U. 199; Abschr. Msc. I. 406. f. 42'.*

Nos Henricus burgravius in Stromberg . . . notum esse volumus quod Werenzo laicus de Bekehem, consenciente uxore sua Cunegunde et liberis ipsorum videlicet Bernhardo, Godefrido, Jutta, Mechthelde, acceptatis et acceptis quinquaginta et octo marcis Monasteriensis monete ab abbate et fratribus de campo sancte Marie, vendidit eis mansum quendam qui appellatur Hedhus ¹⁾ prope opidum Bekehem iure proprietatis ad se pertinentem cum omni integritate sua necnon et ascripticium eiusdem mansi nomine Ludolfum et uxorem suam Elysabeth et duos filios eorum Eylhardum et Bernhardum. Et veniens idem Werenzo cum predictis uxore sua et liberis ad nos in castrum Stromberg, coram Ricwino de Ostenvelde iudice ex arbitrio parcium communiter electo ad roborandum presentem contractum, dedit nobis quicquid iuris habuit in predicto manso et colonis prememoratis, et nos consequenter in momento contulimus eundem mansum cum omnibus attinenciis suis predictis abbati et fratribus iure perpetuo possidendum. Hunc mansum cum suis attinenciis de manu nostra receperunt ad usum ecclesie sue Anshelmus, Godefridus, Henricus conversi cenobii campi sancte Marie eodem tempore, quando hec que prediximus agebantur. Ad horum igitur evidenciam et firmitatem in posterum habendam presentem paginam inpressione sigilli nostri et castellanorum in Stromberg cautum duximus roborare. Acta sunt hec anno Domini millesimo

¹⁾ „Heimann“ Bauersch. Hinteler, Kspl. Beckum.

ducentesimo septuagesimo sexto, proxima die dominica immediate post festum Agathe virginis. Testes sunt: Lutbertus plebanus in Stromberg, Henricus capellanus suus et Franco clericus; Omerus de Ostenvelde, Hermannus de Vulhem, Rotgerus de Bokenevorde milites; item Lutbertus de Beveren, Theodericus de Vulhem (*sic!*), Johannes de Ostenvelde, Lutbertus de Batenhorst, Hermannus Hunderetmarc, Henricus Kettelhot, Retggerus de Bekehem et alii plures.

Das Siegel des Burggrafen mit den drei Vögeln und der Burgmänner zu Stromberg (vgl. oben Nro. 978.) sind beschädigt.

1012.

Graf Otto von Ravensberg verkauft die Hove Modewic an die Stadt Beckum. 1277 März 14. ¹⁾ Mariensfeld.

— Hier nach Erhard's Abschrift des Or. im Archive der Stadt Beckum; eine andere Msc. II. 23. p. 86; hiernach gedruckt v. Ledebur Archiv III. 309.

Otto comes in Ravenesberg omnibus presens scriptum visuris cum notitia rei geste salutem in omnium Salvatore. Scire cupimus universos, quod nos de bona voluntate et consensu fratris nostri domini Ludewici, ecclesie sancti Johannis Osnaburgensis prepositi, uxoris nostre domine Hathewigis, heredum nostrorum Hermanni, Ludewici, Ottonis, Bernhardi, Jutte, Ode et Sophie, ac ceterorum coheredum, mansum nostrum dictum Modewic, situm iuxta Bekehem, cum omnibus suis attinentiis vendidimus oppidanis in Bekehem pro centum et sexaginta marcis, proprietatis titulo perpetuo ac libere possidendum, abrenunciantes nichilominus omni iuri quod in dicto manso nobis, heredibus et coheredibus nostris supradictis competere poterat seu quomodolibet competebat, agris duntaxat exceptis, videlicet sex iugera que vulgo *morgen* dicuntur, que dicimus ad nos proprietatis titulo pertinere. Ut autem predicta rata permaneant ac firma, presentem paginam nostro, uxoris nostre, fratris nostri domini prepositi Ludewici, sigillis duximus roborandam. Acta sunt hec presentibus apud Wadenhart venerabilibus viris, domino . . . ²⁾ Johanne in Wadenhart, Lodewico et Johanne Fornario . . . ²⁾, Hinrico decano in Bekehem, et Sifrido scolastico ibidem; Hinrico Wiken, Thiderico dicto Rancen militibus; Ecberto thincgravio, Giselberto famulis; Gerhardo Weten, Bertoldo de Dalehem, Hildebrando de Weseldoren scabinis in Bekehem, et aliis quampluribus fidedignis. Anno Domini M^o.CC^o. septuagesimo septimo, II Idus Marcii.

Das Siegel des Grafen ist das grössere. Das der Gräfin ist ein grosses kreisförmiges Reitersiegel, auf welchem die Gräfin seitwärts auf einem Pferde sitzend erscheint, in der linken Hand einen Vogel haltend; hinter dem Pferde ist ein Strauch sichtbar; von der rechten Seite fliegt ein Vogel, welcher einen Ring im Schnabel hält, der Gräfin zu; auch zwischen den Füßen des Pferdes sieht man zwei Vögel; die Umschrift heisst: S. HADHEWIGIS COMISSE DE RAVENSBERG. †. Das Siegel des Propstes ist elliptisch und zeigt auf einem kleinen kreisförmigen Rücksiegel ein Lamm mit der Siegesfahne.

1013.

Gyvehardus et Burgardus fratres comites de Mansvelt restituiren der Münster'schen Kirche die bona penes Gerpstede sita, que nos occupavimus — minus iuste, jedoch salvo nobis in advocatia nostra iure nostro, indem sie zugleich hinzufügen: si que vero de bonis predictis per nos infeodata sunt, infeodationem huiusmodi cassamus nec prestabimus aliquibus warandiam. Datum in castro Mansfeld anno MCCLXXVII, XV. Kal. Aprilis (März 18). — Abschr. Msc. I. 4. p. 148, copirt II. 7. p. 136; gedr. Kindlinger Beitr. III. 245.

¹⁾ Da die Grafschaft von Ravensberg zum grösseren Theil der Paderborner Diöcese angehörte, so wird auch für die Urkunden ihrer Grafen der Jahresanfang auf Weihnachten des verflorenen Jahrs anzunehmen sein, wie wir dies oben Nro. 499 schon erwiesen haben. — ²⁾ An diesen beiden Stellen ist die ursprüngliche Schrift erloschen, und sind von einer späteren Feder ganz unleserliche, oder doch unerklärliche Züge eingekritzelt.

1014.

- * *Wendelsuedis, Wittve des Edlen Constantin von Elen, verzichtet auf den Niessbrauch mehrerer Güter, welche sie mit ihren Söhnen an das Kloster Marienfeld verkauft hatte. 1277 April 13. — Orig. Kl. Marienfeld U. 208; Abschr. Msc. I. 106. f. 40'.*

B. Dei gratia decanus et capitulum ecclesie Monasteriensis omnibus presens scriptum visuris notum esse cupimus, quod Wendelsuedis vidua relicta quondam nobilis viri Constantini dicti de Elen constituta in nostra presentia usufructum curtis in Lovinchusen site iuxta opidum Bekehem, quam ipsa et filii sui Johannes et Everhardus legali venditione dilectis in Christo religiosus viris abbati et conventui monasterii campi sancte Marie nostre diocesis Cisterciensis ordinis vendiderant, integraliter et absolute resignavit. Eadem nichilominus vidua similiter usufructum honorum, quorum unum Crummehus reliquum Vrighove ¹⁾ dicitur, sitorum in villa Dalehusen in parrochia Bekehem, que ipsa et dicti filii sui proprietatis iure, sicut et prefatam curtem, cum omnibus ipsius et dictorum bonorum pertinentiis antea, secundum quod ipsa vidua publice confessa existit, rite et legaliter vendiderant monasterio antedicto, resignavit omni iuri, quod in predictis bonis et usufructu ipsorum competeat eidem, abrenunciatis absolute. In cuius rei noticiam presens scriptum nostris, id est dicti decani et Theoderici dicti de Adenoys ecclesie in Bekehem prepositi, in cuius archidiaconatu dicta bona sunt sita, sigillis insimul est munita. Actum in nostra ecclesia anno Domini millesimo ducentesimo LXX^o. septimo, in vigilia Tiburcii et Valeriani martirum, ibidem tunc presentibus: Gerardo (*sic!*) de Lon, magistro Lutberto, Gerardo de Monasterio, Thetmaro de Thune canonicis nostre ecclesie.

Nur das Siegel des Dechanten ist erhalten.

1015.

- * *Heinrich, Burggraf in Stromberg, bestätigt die von seinem Vater²⁾ vorgenommene Schenkung der villica Adelburgis in Amenhorst an das Kloster Marienfeld de communi consensu et beneplacito uxoris nostre Rikezen, ac filiorum nostrorum videlicet Hinrici, Ludolfi, aliorumque coheredum nostrorum, omni impetitioni, que vulgo Ansprake dicitur, pure et absce renunciantes Datum in castro nostro Stromberge anno Domini M^o.CC^o.LXXVII^o, in octava Ascensionis Domini. (Mai 13). — Abschr. Msc. I. 106. f. 50'; copirt II. 43. p. 167.*

1016.

- * *Verordnung B. Everhard's, dass die Bürger von Beckum Marienfeldische Ländereien ungehindert in Pacht nehmen dürfen. 1277 Mai 23. Münster. — Or. in zwei Ausfertigungen: α) Kl. Marienfeld U. 207; β) im Stadtarchiv zu Beckum.*

E Dei gratia Monasteriensis episcopus dilectis fidelibus suis iudici et scabinis in Bechem salutem et omne bonum. Rogamus vos et volumus seriose, quod dilectis in Christo abbati et conventui campi sancte Marie in bonis suis impedimentum non prestetis, sed libere permittatis, quod quilibet vester oppidanus bona ipsa ab eis recipiat excolenda, qualiter quicumque ea vel partem ex eis excolendam receperit, contra nos et vos non reputetur excessisse. Datum Monasterii anno Domini M^o.CC^o.LXX^o. septimo, X. Kal. Junii.

An beiden Ausfertigungen ist das Siegel nur in Bruchstücken erhalten.

¹⁾ Das Erbe soll später „Nienaber“ geheissen haben, ist aber jetzt nicht mehr zu constatiren.

²⁾ Dem er „hereditario iure“ nachgefolgt wäre.

1017.

Der Propst Hartlev zu Kappenberg bekundet, dass Christian Buschovere, der sich vom Ritter Godfried von Meinhövel losgekauft hatte, von diesem dem Kloster als Wachszinsiger überwiesen sei. 1277 Juni 5. — Abschr. Msc. II. 45. p. 166; gedr. Kindlinger Hörigkeit p. 308.

1018.

* Die Brüder von Bevern verkaufen dem Kl. Rengering ein Gut. 1277 Juni 28. St. Mauritz vor Münster. — Or. Kl. Rengering U. 27; Abschr. Msc. 108. f. 1'.

Nos Everhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus omnibus notum esse cupimus, quod dilecte in Christo filie abbatissa et conventus monasterii in Rengerinc Cisterciensis ordinis nostre dyocesis curtem dictam Mersbeke ¹⁾ cum suis attinenciis pro nonaginta marcis iusto titulo compararunt ab Harmodo et Woltero fratribus de Beveren et eorum uxoribus Hildegunde et Felicitate et liberis ac coheredibus eorundem, ita quod omnes predicti ad nostram accedentes presentiam apud sanctum Mauricium extra muros Monasteriensis recognoverunt de nonaginta marcis predictis sibi esse plenarie satisfactum et curtem predictam resignaverunt ad opus abbatisse et conventus predictarum coram nobis cum attinenciis curtis memorate, presentibus: domno Walrammo preposito, Henrico cantore Monasteriensibus, magistro Harmanno decano ecclesie sancti Lugerii, Gerlaco de Beveren, Hermanno de Langen, Wescelo de Leynbeke, Matheo de Novo Castro, Gerungo, Hermanno et Voltero fratribus de Bunstorpe, Rolando de Vechtdorpe, Hermanno de Veltseten et Syffrido dicto Vogedinc militibus, Hermanno de Langen famulo et aliis quam pluribus clericis et laicis. Et nos rogati a venditoribus curtis prefate presens scriptum in memoriam et munimen rei geste sigillo nostro duximus muniendum. Actum et datum anno Domini M^o.CC^o.LXXVII^o. in vigilia Petri et Pauli apostolorum ²⁾.

Das Siegel ist nicht erhalten.

1019.

* B. Everhard überträgt der Johanniter-Commende zu Steinfurt das Eigenthumsrecht gewisser von ihr angekauften Güter und wird vom Verkäufer durch Überlassung anderer Besitzungen entschädigt. 1277 Juli 2. — Abschr. Msc. I. 1. p. 84; Auszug aus dem Orig. in Steinfurt: Niesert U.-S. V. p. 56.

Everardus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus etc. innotescere volumus universis, quod fidelis noster et ecclesie nostre ministerialis Conradus dictus Strik miles de Novo Castro bona in parrochia Detten ²⁾ sita, domum, que dicitur Hunbrattinch, aliam que dicitur Bidenvelde et decimam in Ysinctorpe ³⁾ fratri Luberto commendatori et fratribus sancte domus hospitalis sancti Johannis baptiste in Stenvorde vendidit pro LXXX^a marcis et una marca Monasteriensium denariorum, que bona dictus Conradus emerat erga Th. et Her. fratres dictos de Burchorst, et dicti fratres eadem bona coram nobis cum omnibus appendiciis et in manus nostras cum omnibus, quibus debebant, resignaverunt, quicquid iuris in eis habuerunt penitus effestucantes. Nos vero cum consensu et voluntate nostri capituli recipientes a dicto Conrado ad opus ecclesie nostre versa vice permutacionis sive concambii nomine proprietatem domus sue in Ebbinchove ⁴⁾

¹⁾ Nach Msc. I. 108. f. 1. jetzt Schulte Niehof, Kspl. Ostbevern. — ²⁾ Dasselbe bezeugte in einer wörtlich gleichlautenden Urkunde unter demselben Datum Conrad, Bischof von Osnabrück, der ebenfalls in St. Mauritz zugegen war. — Orig. Kl. Rengering U. 28; Abschr. Msc. I. 108. f. 1'. — ³⁾ Bauersch. Issendorf, Kspl. Emsdetten; dies beweist, dass das Ministerialgeschlecht „von Detten“ seinen Namen von Emsdetten und nicht von Schapdetten herleitete. — ⁴⁾ Schulze Ebbinghof nahe bei Schöppingen.

in parrochia Scopingen site, dicte Elardinch, cum omnibus attinentiis suis, cuius proprietas ad ipsum pertinuit, eandem domum tantum vel plus valentem quam bona premissa, de qua etiam domo ipsum Co. loco homagii infeodavimus, ad honorem sancte Dei genitricis virginis Marie et sancti Johannis baptiste et ad preces fidelis nostri dicti Conradi supradicta bona cum omnibus suis appendiciis, scilicet hominibus areis pratis pascuis agris nemoribus, quoad liberam possessionem seu proprietatem, dominium utile vel directum, predictae sacre domui hospitalis et fratribus contulimus et in eos transtulimus sponte et libere et ex toto, renuntiantes eidem iuri, omni actioni, generaliter omnibus rebus, quibus collatio seu translatio huiusmodi vitari aut impugnari potest aut dictis fratribus et eisdem bonis cum suis appendiciis aliquod prejudicium in posterum generari. In cuius rei evidentiam presens desuper conscribi fecimus instrumentum et ipsis fratribus tradidimus sigillo nostro et nostri capituli roboratum. Datum et actum a. D. M^o.CC^o. septuagesimo septimo, feria sexta proxima post Petri et Pauli apostolorum.

1020.

* *B. Everhard bezeugt, dass Arnold von Detten die Hove Hobenchof an das Kloster Langenhorst verkauft habe. 1277 Juli 7. — Or. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archive.*

Nos Everhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus omnibus notum facimus, quod . . . priorissa et conventus monasterii in Langenhorst nostre dyocesis curtem dictam Hobenchof¹⁾ cum hominibus et aliis attinentiis, pascuis nemoribus et aquarum decursibus, pro certa pecunie quantitate ab Arnolde de Dedhem milite iusto titulo comparaverunt, et dictus Arnoldus cum uxore et liberis suis ac coheredibus ad nostram accedens presenciam apud Horstmare dictam emptionem sic factam recognoscentes, curtem predictam cum omnibus pertinentiis suis sponte libere et sine ulla coactione resignarunt ad opus priorisse et conventus predictorum et effectucaverunt quicquid habuerunt in curte et attinentiis supradictis, rogantes nos quatinus in testimonium premissorum presens scriptum sigillo nostro curaremus communire. Quod et fecimus ad instanciam Arnoldi uxoris liberorum et coheredum suorum premissorum, presentibus: Gozwino preposito Daventriense, Lutberto capellano domni episcopi Monasteriensis, magistro Wilhelmo notario domni episcopi, Bernardo plebano de Horstmare clericis; Conrado dicto Strik, Ottone filio domni Mathei de Novo Castro, Cesario de Redebroke, Gerhardo de Ramesberge militibus; Wilhelmo dicto Cynke, Ernesto de Holenbornen, Hermanno dicto Scenkenk, Frederico de Beke, Mathia Saxone, Hermanno de Borchorst, Nycholao dicto Bastun, Giselberto dicto Mese et aliis quam pluribus. Acta sunt hec a. D. M^o.CC^o.LXXVII^o, crastino octave Petri et Pauli apostolorum.

1021.

* *Graf Otto von Tecklenburg überträgt das Eigenthumsrecht obiger, von ihm lehnsrührigen Hove dem Kl. Langenhorst. 1277 Juli 8. Münster. — Or. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archive.*

Nos Otto comes de Tekeneburg omnibus presens scriptum intuentibus notum facimus, quod cum Arnoldus miles dictus de Dedhem de consensu nostro expresso curtem dictam Hobenchof iuxta Scopengensitam, quam a nobis in feodo homagii iure tenuerat, priorisse et conventui in Langenhorst cum omnibus attinentiis suis, hominibus pratis pascuis nemoribus piscaturis et aliis quibuscumque ad eandem curtem pertinentibus, pro quinquaginta et tribus marcis Monasteriensis monete vendidisset, nos ad petitionem dicti Arnoldi militis et aliorum proborum virorum et precipue ad honorem Dei et beati Johannis Baptiste patroni monasterii in Langenhorst ac profectum et utilitatem eiusdem monasterii in Langenhorst, proprietatem

¹⁾ „Höping“ westlich von Schöppingen, Kr. Ahaus.

dicte curtis et omnium attinencium prefatis priorisse et conventui de consensu uxoris nostre Richarde et heredum nostrorum conferendam duximus, ius proprietatis et plenum dominium ipsius curtis et attinencium in priorissam et conventum sepedictos in perpetuum transferentes. Item Arnoldus miles predictus publice recognovit coram nobis et aliis pluribus probis viris astantibus se predictam pecuniam a priorissa et conventu prefatis integraliter recipisse. In cuius rei testimonium tam nostro quam dicti Arnoldi militis sigillis presens pagina communitur. Acta sunt hec Monasterii ante fores maioris ecclesie, presentibus hiis: Heinricho cantore, Johanne de Hovele magistro, Lutberto, Wenero de Rethe et Hermanno de Vorst canonicis Monasteriensibus, Volcmaro rectore ecclesie in Wetringe, Hermanno cappellano monasterii in Langenhorst; Giselberto de Scolde milite, Johanne de Wencken thorpe, Frederico de Beke, Hermanno dicto Kluen, Hermanno de Urbe et aliis quam pluribus anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, VIII^o Idus Julii.

1022.

* Graf Engelbert von der Mark eignet dem Stifte Kappenberg ein, demselben von Godefrid Dultinc verkauf-
tes Haus zu Rünte ¹⁾. 1277 Juli 12. — Hier nach Erhard's Abschr. des Or. im Gräfl. Archive zu
Kappenberg; eine andere Msc. II. 45. p. 112.

Nos Engelbertus Dei gratia comes in Marca etc. Noverint igitur tam presentes quam futuri, quod Godefridus dictus Dultinc, acceptis ab ecclesia Capenbergensi Premonstratensis ordinis Monasteriensis dyocesis XXX^{ta} marcis Hammonensis monete, accedente consensu uxoris sue Gertrudis et filiorum suorum Ludewici et Hillegundis, nec non et coheredum suorum, domum in Rennethe cum omnibus ad eam pertinentibus, quibus de manu nostra infeodatus fuerat, pure in manus nostras resignavit, nosque ad petitionem ipsius Godefridi et favorem quo specialiter amplectimur ecclesiam Capenbergensem, dictam domum in Rennethe cum universis suis attinentiis, cum consensu domine Elysabeth uxoris nostre et heredum nostrorum Everhardi et Gerhardi, prefate ecclesie contulimus proprietatis titulo, hereditario iure perpetuo possidendam etc. Subnotatis testibus quorum hec sunt nomina: Gerhardus de Altena, Godefridus de Hovele, Antonius dapifer, Wescelus de Galen, Everhardus de Hesne, Wilhelmus Friso, Liudolfus de Werne, Everhardus Vridach, Engelbertus de Heriborne, Adolfus de Westwich, Lambertus de Mersghe milites; Lubertus de Heringhe, Lubertus de Hesne, Lambertus de Velmede, Arnoldus de Horst, et alii quamplures. Acta sunt hec anno Domini M^o.CC^o.LXXVII^o, quarto Idus Julii.

Angehängt ist das grosse Siegel des Grafen mit einfachem Wappen und Rücksiegel.

1023.

* Ein von der Witwe Hermann's von Westenhorst dem Kl. Rengering verkauftes Haus wird diesem von dem
Richter zu Warendorf Namens des Bischofs übertragen. 1277 August 14. — Abschr. Msc. I. 108. f. 47^r.

Ego Hermannus dictus de Emesshauss iudex in hac causa omnibus Christi fidelibus presentia visuris et auditoris notum esse volo, quod constituta coram me in facie iudicii Warendorp Beatrix relicta Hermannii de Westenhorst ²⁾ cum heredibus ipsius videlicet Thiderico et Hermanno, presentibus scabinis quorum nomina hec sunt: Echertus de Belen, Hermannus de Linen, Ertmerus de Sudendorp, Thomas upper Brunningbreden, Everwinus Bur, Ottbertus in foro, Joannes Buterman, Bernolfus Selge, Ludolfus filius ipsius, Johannes Schirlo et Volmarus Junge, domum que vocatur Hovestadt in parochia Enniger sitam, quam ve-

¹⁾ Bauerschaft im Kspl. Herringen bei Hamm. — ²⁾ Noch heute existirt ein Schulte „Wessenhorst“, Bauersch. Wessenhorst, Kspl. Enniger.

nerabilis abbatissa et conventus Reggering pretio rationabili appreciati sunt ab eisdem, in manus meas cum attinentiis ipsius tam in agris quam pratis et arboribus et etiam proprietatem dicte domus resignarunt, quam domum dicte abbatisse et eidem conventui eo modo quo mihi resignata est cum proprietate et attinentiis ipsius ex parte venerabilis domini Everhardi Monasteriensis episcopi contuli et concessi. Huius rei testes sunt scabini prenotati, item magister Henricus veteris ecclesie plebanus, dominus Lubbertus nove ecclesie plebanus, Ortingus et Henricus sacerdotes; item Hermannus de Velsceten, Syfridus de Warendorp et Johannes de Hakenez militibus; item Johannes Stumpenhauß, Benedictus de Hottmen, Arnoldus Nagell, Gerhardus de Hottman, Henricus Bake, Johannes de Millethe et alii multi fide digni. Et in huius rei evidens signum testimonii presens scriptum sigillo civium de Warendorpe feci communiri, anno Domini M^o.CC^o.LXX^o septimo vigilia assumptionis Domine nostre.

1024.

* *Der Decan Werner, der Scholaster Mathias, der Thesaurar Gerwin und das ganze Kapitel zum h. Martinus in Münster beschliessen, dass von dem Ertrag des Opferstocks — sacrificium trunci — künstlich auch die abwesenden Canoniker den gebührenden Antheil erhalten sollen.* Datum et actum MCCLXXVII. in crastino B. Lamberti episcopi (September 18). — Abschr. Msc. I. 71. p. 97.

1025.

Graf Friedrich von Rietberg stiftet im Kloster Marienfeld das Seelengedächtniss seiner Gemahlin Beatrix von Horstmar. 1277, wahrscheinlich gegen Ende Septembers ¹⁾. — Abschr. Msc. I. 106. f. 152; gedr. v. Ledebur Archiv XV. p. 69.

Nos Fredericus comes in Retberg . . . tam future quam presenti generacioni notum esse volumus, quod nos intuitu mercedis eterne et pro remedio anime uxoris nostre Beatricis iam defuncte necnon et propria salute ac parentum nostrorum aliquid de nostro in gazophilacium Domini mittere cupientes, de consensu filiorum nostrorum, videlicet Ottonis, Conradi, Symonis, Frederici et Bernhadi et filie nostre Beatricis aliorumque coheredum nostrorum duos mansos, unum in Erpingen et alium dictum Cleycamp sitos in parochia Dissene, et aream case que domui Hethus adiacet cum omnibus pertinenciis suis monasterio campi S. Marie devota et prompta liberalitate donavimus perpetualiter possidendos, ita sane quod in recursu anniversarii predicte uxoris nostre Beatricis et post dicessum nostrum die, quo memoriam nostri annua revoluzione ab eodem conventu agi contigerit, supradictorum bonorum pensio eque partita ad consolacionem eiusdem conventus specialem annis singulis expendatur. Huic etiam donacioni nostre tres fratres nostri, videlicet venerabilis domnus Conradus Osnabrugensis episcopus, Otto prepositus maior Paderbornensis et Hermannus cantor Osnabrugensis per omnia consenserunt Acta sunt hec anno Domini M^o.CC^o.LXXVII^o die sepulture felicis memorie Beatricis uxoris nostre. Huius rei testes sunt: venerabilis domnus Symon Paderbornensis episcopus, Lodewicus prepositus S. Johannis in Osenbrugge, Otto comes in Ravensberg, Bertoldus nobilis de Buren, Hinricus Vinko, Th. Rance et alii quam plures.

¹⁾ Diese Zeitbestimmung entnehme ich aus den Epitaphien der Gräflin Rietbergischen Familie, welche der Pater Grothues in deren Erbbegräbniss zu Marienfeld gesammelt hat, wovon die von mir im Paderborner Actenarchiv aufgefundenen Abschriften jetzt unter den Handschriften VII. 207a beruhen. Hier heisst es:

Tres lapides in porticu Mariæveldensi ante fores . . . unus lapis habet sculpturam fœminæ coronatæ qualiter barones et comites scuta coronant:

VIII. KAL. OCTOBRIS OBIIT BEATRIX COMITISSA DE RETBERG.
REQUIESCAT IN PACE. AMEN. VALE IN CHRISTO. †. †.

1026.

* *Bertradris von Altennottuln verkauft dem Kl. Nottuln ein Erbe.* 1277 October 10. — *Or. Kl. Nottuln U. 21; Abschr. Msc. IV. 1. f. 413'.*

Nos Megthildis Dei gratia abbatissa monasterii in Nutlon universis presentia visuris notum esse cupimus, quod Bertradis de Oldennutlon, Stephanus eius filius, ceterique eorundem heredes coram nobis constituti mansum dictum Wiscinch¹⁾ situm in villa Stewerne ad utilitatem nostri conventus libere et voluntarie resignarunt, quod appensione sigilli nostri duximus protestandum. Nos etiam Everhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus sigillum nostrum ad petitionem abbatisse predictae consanguineae nostrae²⁾ presentibus duximus apponendum. Huic vero resignationi interfuerunt Th. plebanus ecclesie in Nutlon, Jo. presbiter capellanus abbatisse predictae; Albertus scultetus de Vehove, Suederus scultetus de Honhove, Everhardus de Oldennutlon. Datum anno Domini M^o.CC^o.LXX^o. septimo, in die beatorum Gereonis et Victoris martirum.

Die Siegel sind nicht erhalten.

1027.

Thidericus de Adenoys prepositus veteris ecclesie S. Pauli *bekundet, dass Wolfard von Len mit Zustimmung seines Oheims Themo dem alten Dom eine Rente von 12 Solidi aus dem zum Hof Len³⁾ gehörigen Erbe Bovescenbroke verkauft habe, und den Kaufpreis in emptionem advocatie bonorum ad dictam curtem Len pertinentium verwenden wolle.* Actum Monasterii in domo nostra presentibus hiis: Volcwino decano, Johanne custode, Cristiano, Gerharde, Themone, Alberto Kerinch et Hermanno canonicis S. Pauli, item Henrico presbitero S. Vincentii⁴⁾, Lutberto de Alen clerico; Egeharde et Wenero de Grevene fratribus et Themone de Len predicto. Anno D. MCCLXXVII, in die XI milium virginum (October 21). — *Or. Coll.-Stift des alten Doms U. 1; Abschr. Msc. I. 61. fol. 6⁵⁾; gedr. Niesert U.-B. I. 1. p. 391.*

Das Siegel ist verloren.

Manu sinistra super chlamidem nixum tenet librum, dextræ duobus digitis intendit in istum librum, gemmis et auro decorum.

Die bei Grothues hierauf folgenden Abzeichnungen der beiden daran befindlichen Wappen erweisen, wie mich dünkt, dass hier von der Gemahlin des Grafen Friedrich die Rede ist. An ihrer rechten Schulter befindet sich nämlich der „aquila monoceph“, das Rietbergische Wappen; an ihrer linken aber ein vierfach quadrirter Schild, worin 1. u. 4. schwarz schraffirt und wie Grothues bemerkt, „elevata erant in sculptura.“ Dies ist ersichtlich das Ahaus'sche Wappen, wie es auch die „Alheydis domna in Ahus“, die Mutter der Beatrix in dem Siegel einer Urkunde von 1259 (Kl. Gravenhorst U. 8; gedr. bei Niesert U.-B. I. II. p. 366.) neben dem Horstmar'schen führt. Durch die Ehe dieser Ahaus'schen Erbtöchter mit Otto von Horstmar waren die Güter beider Familien vereinigt worden; doch gingen nach ihrem Tode die Ahaus'schen Besitzungen auf ihren Sohn Bernhard, die Horstmar'schen auf ihre Tochter Beatrix und deren Gemahl Friedrich von Rietberg über; vgl. Niesert U.-B. I. I. p. 419. Auffallend freilich bleibt es, dass Beatrix trotzdem das Ahaus'sche Wappen führt. — Da die vorliegende Urkunde am Begräbnistage der Beatrix ausgestellt ist, so glaube ich jetzt, dass auch die von Friedrich's Vater, dem Grafen Conrad ausgehende ähnliche Stiftungsurkunde, oben Nro. 692, gegeben: „die defunctionis beate memorie Ode uxoris nostre“, an dem Tage selbst, wo Oda starb, ausgestellt ist, nicht aber an einem späteren Anniversarium dieses Todestages, wie ich oben p. 361. not. 1. angenommen habe. Demnach wird Oda am 20. September 1262 gestorben sein.

¹⁾ In der Bauerschaft Stevern, Kspl. Nottuln, nicht aufzufinden.

²⁾ Sie soll eine Gräfin von Isenberg gewesen sein.

³⁾ Soll nach Niesert l. c. bei Ahlen gelegen haben.

⁴⁾ Vom Vincentiushospitale zu Ahlen.

⁵⁾ Wo eine Hand des XV. Jahrhunderts am Rande bemerkt hat: „Queratur a Johanne Crechtine, si sciat aliquid de isto.“

1028.

* *Balduin, Edler von Steinfurt, verzichtet mit seiner Familie auf die Vogtei über gewisse Güter des Klosters Kappenberg. 1277 November 20. Altenberge. — Or. Fr. Münster U. 166; Abschr. Msc. II. 45. p. 59; VI. 38.*

Nos Baldewinus vir nobilis dominus de Stenvordia et Elysaabeth uxor nostra notum facimus universis litteras has visuris, quod nos a viris, religiosis Hartlevo preposito et conventu monasterii Capenbergensis Premonstratensis ordinis Monasteriensis dyocesis trecentis et quinquaginta marcis receptis, tali iuri, quale in advocatia bonorum eiusdem monasterii, videlicet in curia Cörde ¹⁾ cum suis attinentiis quibuscunque hominibus seu bonis, Dichus ²⁾ cum suis attinentiis, Herbeden ³⁾ cum suis attinentiis, Blotincthorpe cum suis attinentiis, Sorbeke ⁴⁾ cum suis attinentiis, Keppelhof cum suis attinentiis quibuscunque, hominibus seu bonis mansis et mansionariis habuimus, in venerabilis patris ac domini Everhardi episcopi Monasteriensis, Hartlevi prepositi . . . prioris et . . . cellerarii monasterii suprafati manus ad utilitatem eiusdem monasterii et profectum renuntiavimus et in hiis scriptis renuntiamus, hereditibus nostris videlicet Ludolpho et Lysa voluntarium ad hoc consensum prebentibus et expressum. Insuper domina Jutta, fratris nostri domini Ludolphi bone memorie relicta, coram eodem venerabili patre domino Everhardo Monasteriensi episcopo iuri eiusdem advocatie renuntiavit. Pro Ottone vero fratre nostro canonico Monasteriensi Parisius existenti promissimus et promittimus fide data, quod infra sex septimanas postquam ipse in dyocesim Monasteriensem venerit iuri eiusdem advocatie similiter renuntiabit. Alioquin nos moniti ex parte . . . prepositi et . . . conventus in Cappenberg infra octo dies a tempore monitionis intrabimus civitatem Monasteriensem vel opidum Cosvelt, sive Telget, non inde recessuri quousque predicta renuntiatio perducta fuerit ad effectum, et dampna, siqua predicti . . . prepositus et . . . conventus ex hoc sustinerint, eis fuerint restituta. Si quis autem defectus per nos, quod absit, in hoc eveniret, tunc Lutbertus de Langene, Hermannus de Selen, Richardus de Legden, Rucherus de Millete milites, et Gerhardus de Wullen post nos hoc fide prestita promiserunt, quod ipsi ex parte predictorum . . . prepositi et . . . conventus moniti infra octo dies sequentes civitatem Monasteriensem vel unum ex opidis supradictis intrabunt ibidem iacendo tam diu permansuri, donec renuntiatio fuerit hec peracta. Per hoc vero omnis dissensio, que inter eosdem . . . prepositum et . . . conventum et nos super advocatia prefatorum bonorum exorta fuerat, est sopita. Actum iuxta Oldenberg presentibus: domino Walramo preposito maioris ecclesie, Wicboldo preposito sancti Mauricii, Theoderico thesaurario, Adolpho vicedomino, Heinrico cantore, Theoderico de Byssendorp canonicis Monasteriensibus, Goswino preposito Davantrie, Luberto commendatore domus hospitalis in Stenvordia, Hartlevo preposito Capenbergensi, Rodolpho priore, Conrado cellerario, Heinrico sacerdote canonico Capenbergense; Lutberto de Langene, Hermanno de Selen, Richardo de Legden, Ruchero de Millite militibus, Heinrico de Scedelike, Winando Dancevot ministerialibus nostris; Bernhardo Kericherinc, Hengelberto Dapifero ⁵⁾ et Johanne Brūmerinc, civibus Monasteriensibus et aliis quam pluribus. Et ne premissa a quocumque in dubium valeant revocari, nostrum, venerabilis patris domini Everhardi episcopi et capituli Monasteriensis sigilla ad preces nostras presenti pagine sunt appensa. Datum anno D. millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, XII. Kalendas Decembris.

An der Urkunde sind noch vorhanden: 1) Das künstlerisch schön ausgeführte und gut erhaltene Siegel des Ausstellers, auf der Hauptseite den Steinfurter Schwan mit der Umschrift: S. DOMINI BALDEWINI DE STENVORDIA und auf der Rückseite eine Hand mit den zum Schwur erhobenen beiden Vorderfingern und der Umschrift: SIGILLUM SECRETUM darstellend; 2) das schon früher beschriebene Siegel Bischof Everhard's.

¹⁾ Bauersch. Cörde, Kspl. Mauritz, längs des rechten Aa-Ufers. — ²⁾ Ein Colonat Dickhof liegt Cörde gegenüber im Kspl. Ueberwasser. — ³⁾ Bauersch. Herbern, Kspl. Greven. — ⁴⁾ Kspl. Saerbeck, alle drei im Kreise Münster. — ⁵⁾ Droster-Hülshof.

Die oben erwähnte Resignation des Domherrn Otto von Steinfurt wurde in einem Transfix¹⁾ zur Haupturkunde am 1. August 1278 gegeben:

Decanus et capitulum ecclesie Monasteriensis. Omnibus presens scriptum intuentibus notum facimus, quod constitutus in presentia nostra Otto . . . frater nobilis viri Baldewini de Stenvordia, noster concanonicus, resignavit publice et recessit a iure advocacie, si quod ei competere posset quoquo modo de iure vel de facto, in bonis Korede cum suis attinentiis quibuscunque hominibus seu bonis, Dichus cum suis attinentiis, Herebede cum suis attinentiis, Blotinctorpe cum suis attinentiis, Sorbeke cum suis attinentiis, Kappelhof cum suis attinentiis quibuscunque hominibus seu bonis mansis et mansionariis ad usus et utilitatem religiosorum virorum . . . prepositi et monasterii Cappenbergensis nostre dyocesis, quemadmodum iam dictus Baldewinus se dictis . . . preposito et monasterio Cappenbergensi pro resignatione dictorum bonorum ab Ottone predicto facienda, cum adhuc existeret Parisius, obligaverat fide data, quemadmodum in instrumento super hoc confecto, cui presens est annexa littera, plenius est expressum, quod presentibus protestamur. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo ecclesie nostre ad causas communitur. Actum in ecclesia nostra Monasteriensi coram nobis presentibus hiis una nobiscum: Baldewino nobili de Stenvordia supradicto, . . . commendatore domus hospitalis in Stenvorde, Henrico dapifero in Stenvorde, Luberto de Langene, Eberto de Methelen, Richardo de Legden militibus et aliis quam pluribus, a. D. M^o.CC^o.LXX^o. octavo, die beati Petri ad vincula.

Dieses Transfix ist durch das hier zum ersten Male vorkommende domcapitularische SIGILLUM AD CAUSAS, den h. Paulus in ganzer Figur darstellend, an die Haupturkunde befestigt.

1029.

* Das Kloster St. Ägidii vergleicht sich mit Dietrich von Schonebeck wegen dessen Ansprüche an ein Erbe in Stevern. 1277. — Or. Kl. Ägidii U. 44; Abschr. Msc. I. 81. p. 178.

Everhardus D. g. M. e. e. notum facimus . . . , quod Hermannus dictus de Sconenbeke, Alheydis uxor sua et Berta filia sua coram nobis in castro nostro Horstmere publice multis presentibus in manus nostras mansum in Steveren, super quo dissensio fuerat iam dudum inter conventum sancti Egidii Monasteriensis et iam dictum Her, ad usus et utilitatem ipsius conventus libere resignarunt, datis ipsi Her. ab ipso conventu memorato nomine transactionis primitus quinque marcis; quem videlicet mansum post iam dictam resignationem contulimus in manus Anselmi prepositi nomine ecclesie sue . . . Acta sunt hec presentibus hiis: Walraveno preposito Monasteriensi, Luberto capellano, Wilhelmo scriptore clericis; Th. de Sconenbeke, Alberto dapifero, Hiurico Seleking, Gerharo Brunen militibus et aliis quam pluribus. In cuius rei testimonium presens scriptum nostro, Thiderici de Sconenbeke necnon Alberti dapiferi sigillis fecimus communi. Datum a. D. M^o.CC^o.LXXVII^o.

Sämmtliche drei Siegel sind beschädigt; das Schonebeck'sche zeigt einen sechsfach getheilten Schild, das des Drostens Albert einen Turnierkragen.

1030.

* Bernhard Wulf von Lüdinghausen entlässt in seinem Gerichte eine Frau mit ihren Kindern aus der Hörigkeit und überweist sie als Wachszinsige dem Kloster Kappenberg. 1277. — Abschr. Msc. II. 45. p. 174.

Nos Bernhardus miles dictus Vulf de Ludinchusen universis Christi fidelibus presentia visuris notum facimus, quod nos una cum uxore nostra domina Regelende et filio nostro Heinricho et uxore sua Guda

¹⁾ Wovon Msc. II. 45. p. 61. u. VI. 138 Abschriften vorliegen.

et filia nostra Imma omni iure proprietatis, quod in Windelburge in dote Bore commorante et liberis suis, videlicet Brunone, Johanne, Bernharde et Christina, habuimus, renuntiavimus et presentibus renuntiamus et coram iudicio nostro in Ludinchusen ipsos manumisimus, donantes eosdem cum omni spe posteritatis ecclesie Capenbergensi iure cerocensuali perpetuo possidendos. In cuius rei evidens testimonium presentem literam super hoc confectam sigilli nostri munimine duximus roborandam, subnotatis testibus quorum hec sunt nomina: Alexander plebanus in Ludinchusen, Hermannus frater noster, Gerlacus de Beveren, Henricus dictus Bullic, Heribordus dictus Cule, Theodericus de Bore, Conradus de Magna Domo milites, Ludolphus de Methlare, Henricus de Ovethe, Johannes, Bernardus, Conradus, Heribordus et Henricus fratres dicti Morrian, Herimannus de Herestede et alii quam plures. Datum et actum anno Domini M^o.CC^o.LXX^o. septimo.

1031.

* B. soror abbatissa totusque conventus Cystericiensis in Renggerinc *verkaufen* decimam apud Wredene sitam, que nostra erat propria, scilicet de domo Herikinc, que solvit XXVII modios ordeï et XVII modios siliginis cum decima minuta per mensuram abbatisse eiusdem loci, et de domo Bullinc, que solvit decem mensuras siliginis decimalis *measure dem Cistercienser-Kloster in Coesveld. 1277.* — *Abschr. im Copiar des Kl. Marienborn p. 44.*

1032.

* Jo. dictus de Reth, maioris ecclesie Monasteriensis canonicus et archidiaconus in Fredene *bekundet*, quod Bernardo dicto de Horste decima maior et minuta duorum mansorum, qui dicuntur Herikinc et Bällinc in parrochia Fredene per iustam sententiam in sinodo generali Monasterii coram nobis est adiudicata. *O. J., aber nach Massgabe der vorhergehenden U. wohl 1277.* — *Abschr. im Copiar des Kl. Marienborn p. 44.*

1033.

* *Everhard von Stromberg verkauft das Erbe Magorisinc an das Kloster Marienfeld. 1277.* — *Or. Kl. Marienfeld U. 205^b; Abschr. Msc. I. 406. f. 56.*

Henricus de Wolde miles vicem gerens iudicis, consules et scabini Widenburgensis oppidi fidelibus universis presencia visuris notum esse volumus, quod Everhardus famulus dictus de Stromberge de communi consensu et beneplacito fratrum suorum, Johannis videlicet sacerdotis et fratris Bernardi, necnon uxore sua Sophya et filio suo Johanne et tribus filiabus suis Sophia, Jutta et Christina in idem consentientibus, mansum quendam situm Westerwic in parrochia Ulethe, dictum Magorisinc¹⁾, cum omnibus attinentiis et iuribus suis et Johannem eiusdem mansi asscripticum uxoremque eius Cunegundim cum quatuor pueris eorum monasterio campi sancte Marie pro viginti marcis et una numerate sibi pecunie vendidit proprietatis iure perpetuo possidendum. Qui sane Everhardus ad nostram accessit presenciam secum adducens personas supradictas. Qui omnes et singuli unanimi voluntate dictorum honorum et hominum proprietatem, que ad ipsum Everhardum et heredes suos pertinebat, coram nobis in figura iudicii resignarunt, abrenunciantes pure et simpliciter omni iuri, quod in predictis omnibus competeat vel in posterum competere posset eisdem. In cuius facti evidens testimonium presens scriptum sigillo civium nostrorum fecimus communiri. Acta sunt hec in Widenbrugge anno Domini millesimo ducesimo septuagesimo septi-

¹⁾ Weder „Magorisinc“ noch „Westerwic“ vermag ich im Kspl. Oelde nachzuweisen; der Colon soll später den Namen „Kuhr“ oder „Curen“ geführt haben. Noch jetzt giebt es dort ein „Curenholz“. Vgl. auch Nro. 879. 880.

mo. Testes: Henricus de Wolde tunc presidens iudicio, Arnoldus Crede, Otto de Odeslo milites; Jürdanus, Johannes Dolike et Hermannus frater eius, Hermannus Grip, Themo de Keteslere, Helmicus Cremere, Hermannus Christininc, Nicolaus Petronille filius, Hermannus de Osthove et alii quam plures.

Das Siegel zeigt eine Stadtmauer mit zwei Thürmen, zwischen welchen oben ein Schlüssel, unten in einem Medaillon das Osnabrückische Rad sich befindet. Die Umschrift lautet: CIV(ES WID)ENBURGENSES.

1034.

* Zwei Verwandte Everhard's von Stromberg bekennen an dem obengenannten Gute kein Recht zu haben. 1277. — Or. Kl. Marienfeld U. 206; Abschr. Msc. I. 106. f. 56.

Nos Bernhardus dictus de Strunkethe fidelibus Christi presentibus et futuris notum esse cupimus et presenti scripto sigillo nostro roborato fideliter protestamur, quod Wescelus plebanus in Herne ¹⁾ et Theodericus laicus fratres in presentia nostra constituti se nichil iuris in manso Everhardi cognati ipsorum dicto Machorisinc sito in villa Westerwic in parochia Olede habere vel unquam quoquo modo habuisse recognoverunt, et quod ratum habeant, ut idem Everhardus prefatum mansum in quemcunque voluerit, venditionis titulo transferat, publice sunt confessi. Actum anno Domini M^o.CC^o.LXX. septimo, presentibus hiis: Albertus de Hamme, Arnoldus de Castro, Sybodo de Castorpe, Macharius de Lidere milites et alii quam plures.

Das Siegel ist abgefallen.

1035.

Der Bischof Everhard gesteht in seiner Sühne mit der Stadt Münster dieser die Jurisdiction und andere Rechte zu. 1277 (1278) Januar 18. — Or. Fr. Münster U. 164; Abschr. Msc. I. 4. p. 24; gedr. Niesert U.-B. I. II. 267.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Nos Everhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus recognoscimus in his scriptis et omnibus cupimus esse notum, quod de consensu dilectorum in Christo prepositi, decani et capituli ecclesie nostre Monasteriensis super rancore, qui inter nos et civitatem nostram Monasteriensem fuerat, talis compositio intercessit, quod omnes excessus infra emunitatem et extra emunitatem tam predecessorum episcoporum quam nostris temporibus per cives nostros Monasterienses commissi, omnino sunt pacati. Preterea est condictum quod iudices civitatis Monasteriensis apud iudicem episcopi sedebunt in iudicio, et quicquid ibidem de excessibus emergerit in maioribus et minutis, illius medietas erit episcopi, et altera medietas erit perpetuo civitatis Monasteriensis; salvo capitulo nostro, nobilibus, ministerialibus, burgensibus et quibuslibet hominibus iure suo. Ita tamen, quod proventus qui dicuntur *herewede*, *rathe* ac hereditates, episcopo de iure competentes, ipse solus percipiet, sicut est consuetum. Item ordinatio venditionis in civitate Monasteriensi ad scabinos et ipsos cives Monasterienses, sicut ab antiquo, sine aliqua contradictione pertinebit. Item turres apud Bisscopinchof, super quibus questio fuit inter nos et civitatem, erunt in custodia civium, sicut alie turres civitatis. Item gruta erit civium, et persolvent de ipsa capitulo Monasteriensi quadraginta marcas perpetuis temporibus annuatim, scilicet in festo pasche dabuntur de gruta decem marce, item in festo beati Jacobi apostoli decem marce, item in festo beati Michaëlis decem marce, et in nativitate domini decem marce. Et ut omnia et singula premissa perpetuo rata et firma permaneant et inconversa sèrventur, presens scriptum nostro et ecclesie nostre Mona-

¹⁾ Kr. Bochum, Grafsch. Mark.

steriensis sigillis est communitum. Actum et datum anno domini millesimo ducesimo septuagesimo VII^o, XV^o. Kalendas Februarii.

Die Siegel des Bischofs und des Domcapitels hängen an rothen und gelben seidenen Fäden an.

1036.

Bischof Everhard's weiteres Privilegium für die Stadt Münster. 1277 (1278) Januar 18. — Or. Fr. Münster U. 165; Abschr. Msc. I. 4. p. 128; II. 43. p. 91; gedr. Perger Otto v. Rietberg p. 62.

Nos Everhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus. Omnibus presentia visuris notum facimus, quod de consensu dilectorum in Christo prepositi, decani et capituli ecclesie nostre Monasteriensis, talis inter nos et civitatem nostram amicitia est ordinata, quod si unus civis noster aliquod delictum commiserit, hoc ipse solus emendabit in amicitia vel in iure, nec occasione illius alter civium debet aggravari. Si vero inter nos et civitatem nostram talis questio fuerit exorta, propter quam civitatem debeamus inculpate, nos ad hoc quatuor de nostris fidelibus, et civitas quatuor de suis deputabit, qui hoc componant in amicitia vel in iure, et omnino auctoritatem habeant componendi, ita quod exinde guerra nullomodo susciteatur. Siquis autem civitatem nostram dampnificaverit preter iustitiam in corporibus vel rebus, nullo coram nobis iure prosequuto, nos in hoc civitati nostre pro posse nostro assistemus, causam civitatis sicut nostram defendendo bona fide. Super quo presens scriptum sigillo nostro una cum sigillo maiori ecclesie nostre Monasteriensis communitur. Actum et datum anno Domini M^o.CC^o. septuagesimo septimo, XV^o. Kal. Februarii.

Die Siegel wie oben.

1037.

* *Der Ritter Godfried von Meinhövel bekundet, dass er Johann, den Sohn Henrich's von Ternynce aus dem Hörigkeitsverhältnisse — a iure, quo nobis naturaliter et civiliter obligatus fuerat — entlassen, und dass derselbe mit seiner Zustimmung sich als Wachsziensigen an den Thesaurar der Münster'schen Kirche, damals Henrich von Dorenbergh, gegeben habe. 1277 (1278) Januar 26. Münster. — Abschr. Msc. I. 4. p. 372.*

1038.

* *Macharius Dechant, Rabodo Thesaurar, Heinrich Scolasticus und das Capitel zu St. Mauritz bei Münster compromittiren auf die Domherren zu Münster: den Dechanten Brunstejn, den Cantor Heinrich und den Magister Lubert, als Schiedsrichter zur Beilegung der Streitigkeiten, welche daraus entstanden waren, dass sie mehrere zu Canonikern ihrer Kirche ernannt hatten, ohne dass Präbenden erledigt waren. 1277 (1278) Januar 26. — Abschrift Msc. I. 69. f. 140.*

1039.

* *Die vorgenannten Schiedsrichter entscheiden jene Streitigkeiten und ordnen das Aufsteigen von den sogenannten Knabenpräbenden zu den grössern Präbenden. 1277 (1278) Januar 26. St. Mauritz. — Abschrift Msc. I. 69. f. 138.*

Nos Brunstenus decanus, Hinricus cantor, magister Lubertus canonicus Monasteriensis arbitratores ordinatores seu amicabile conpositores per Wichboldum prepositum, Macharium decanum, Rabodonem thesaurarium, Henricum scolasticum totumque capitulum ecclesie sancti Mauriti extra muros Monasteriensis et illos, qui in eadem ecclesia, quibuscumque nominibus censentur, in canonicos et in fratres prebendis non vacantibus ibidem sunt recepti, constituti, super hiis que in forma compromissi super hoc confecta conti-

nentur, arbitrando, ordinando et amicabiliter componendo pronunciamus et dicimus: Quod Gerhardus de Marcha habebit prebendam Conradi decani ecclesie sancti Mauritii defuncti, cum anni gratie secundum consuetudinem transierunt, et eandem prebendam ipsi Gerardo cum omni iuris plenitudine assignamus, quam eidem nichilominus decanus dicte ecclesie, cum ad capitulum venerit sancti Mauritii, assignabit et in corporalem possessionem inducet. Fructus vero prebende, quam habuit Lutgerus de Watenschede, dividunt inter se Bernardus filius Swederi militis de Monasterio et Johannes filius Everhardi Advocati, prioratu apud filium Swederi predictum remanente. Quamcito autem contingit aliquam vacare prebendam in ecclesia sancti Mauritii vel facultas se obtulerit, illam habebit integraliter Johannes filius Advocati predictus, prebenda Lutgeri antedicti apud Bernardum filium Swederi integraliter remanente. Quia vero cultus divinus ubicumque fieri potest augmentandus est, de consilio et expresso consensu decani totiusque capituli ecclesie sancti Mauritii et omnium illorum qui ibidem prebendis non vacantibus sunt recepti, provide duximus ordinandum, quod Conradus ¹⁾ filius Amelgardis et Henricus dictus Vreckenhorst, ibidem in canonicos et in fratres prebendis non vacantibus recepti, habeant duas pueriles prebendas, ad quas ex nostra et capituli ordinatione ad presens tantum assignatum est, videlicet due marce, quas thesaurarius ministrabit, et quatuor molta cum dimidio semisiliginis et semiordei cum minuta decima quarundam domorum, que domus dictam annonam cum minuta decima ministrabunt. Item ordinavimus et ordinamus de consilio et expresso consensu totius capituli et omnium premissorum, quod Theodericus dictus de Tilia nepos Macharii decani similiter puerilem prebendam in ecclesia predicta habeat cum redditibus ad hoc per ipsum Macharium nobis et capitulo presentibus in perpetuum deputatis. Quos redditus percipiet de domo sita iuxta domum Christiani dicti Loere transaquas in parrochia sancte Marie et de bonis que cum octo marcis usualis monete poterint comparari. Istas autem tres pueriles prebendas habebunt isti tres, quousque maiores prebendas in eadem ecclesia consequi valeant secundum ordinationem assignationis huiusmodi. Et ne aliqua dubitationis questio in futurum possit oriri, ordinamus, quod postquam Bernardus filius Swederi et Johannes filius Advocati militum predictorum integrales adepti fuerint prebendas, fructus prebende, quam post hoc vacare contigerit vel ad quam se facultas obtulerit in ipsa ecclesia, dividant inter se Conradus et Henricus iam dicti, quousque ad aliam prebendam obtulerit se facultas, quam integraliter habebit Henricus, priori prebenda et prioritate apud Conradum integraliter remanente, post quos Theodericus nepos Macharii decani predicti maiorem prebendam cum se facultas obtulerit consequetur, dehinc Arturus dictus Gest clericus de Derne, qui predictos immediate sequetur, positus in puerili prebenda maiorem prebendam cum se facultas obtulerit consequetur. Preterea ordinamus ut dicte tres pueriles prebende in duas restringantur, quam primum ad id se obtulerit facultas puerilibus prebendis ad alios ibidem in canonicos receptos devolvendis. Ordinamus insuper ut pro iure observetur in dicta ecclesia de cetero, quod de puerili prebenda secundum ordinem introitus sui ascendat aliquis ad maiorem nec maiorem aliquis valeat adipisci, nisi in puerili constitutus prebenda fuerit approbatus. Si quid autem dubii emerit in premissis vel aliquo premissorum, declarationem super hiis vel super eos nobis presentibus reservamus. In cuius rei testimonium sigillis nostris presens pagina comunitur. Datum et ordinatum apud sanctum Mauritium anno Domini M^o.CC^o.LXX^o. septimo in crastino conversionis beati Pauli apostoli.

1040.

* Die Schöffen der Stadt Münster erkennen die Verpflichtung an, dem Domcapitel jährlich 40 Mark aus der Grut zu zahlen. 1277 (1278) Januar 30. Münster. — Abschr. Msc. I. 1. p. 280.

Nos magistri scabinorum et scabini civitatis Monasteriensis, quicumque pro tempore fuerint, recognoscimus, quod decano et capitulo ecclesie Monasteriensis tenemur solvere singulis annis quadraginta marcas

¹⁾ Vergl. oben Nro. 944.

Monasteriensis monete de gruta Monasteriensi, duodecim solidis pro marca qualibet computatis, talibus terminis videlicet: in pascha decem marcas, Jacobi apostoli decem marcas, Mychahelis decem marcas et in nativitate Domini decem marcas. Quod si defecerimus in solutione alicuius termini predictorum terminorum, arbitramur, quod decanus et capitulum predicti contra nos, sicut contra alios detentores prebendarum suarum, procedere possunt iuxta consuetudinem capituli Monasteriensis hactenus observatam. In cuius rei testimonium sigillo civitatis nostre presens pagina communitur. Datum Monasterii a D. M^o.CC^o. septuagesimo septimo, III^o. Kal. Februarii.

1041.

* B. Everhard überträgt auf dem Laerbrock dem Kloster St. Ägidii ein angekauftes Gut. 1277 (1278) Februar 21. — *Or. Kl. Ägidii U. 43, Abschr. Msc. I. 81. p. 17.*

Nos Everhardus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus omnibus presens scriptum intuentibus notum facimus, quod Gerhardus dictus de Bekehem vendidit venditione legali abbatisse sancti Egidii Monasteriensis et conventui eiusdem curtum que dicitur Geschere ¹⁾ cum omnibus suis attinentiis, lignis, agris, pratis, aquis et pascuis et uno manso qui solvit duo molt annone, nec non cum hominibus in eadem curte degentibus, Bertoldo scilicet cum uxore sua Evece et duabus filiabus suis Helenburgi et Evece, pro nonaginta et quinque marcis Monasteriensis monete pecunie sibi numerate; quam curtum resignavit coram nobis in Larebroke iam dictus Ger., Bertradis uxor sua, Guburgis filia sua et tres filii Johannes, Arnoldus et Redgerus. Item Gerhardus dictus de Quernhem maritus filie sue, cui iam dicta bona quondam titulo pignoris fuerant obligata, ius, si quod sibi competiit vel competere posset in eisdem, in manus nostras cum iam dictis dedit, totaliter resignando et renuntiaudo omni iuri et actioni, quam tunc habuit et in posterum habere posset. Cuius curtis proprietatem cum omnibus suis attinentiis contulimus de voluntate et consensu expresso premissorum in manus fratris Conradi ²⁾ patris iam dicte abbatisse et Anselmi prepositi nomine ecclesie sue sancti Egidii iam dicte. Acta sunt hec coram nobis in Larebroke presentibus hiis: Bernharde preposito sancti Ludgeri, Gerharde de Lon, Burchardo, Theoderico de Heringen canonicis Monasteriensibus; Lutberto capellano episcopi, Wilhelmo scriptore; Hermanno et Bernharde de Ludinghusen fratribus, Hermanno de Langene, Wescelo de Lembeke, duobus fratribus de Bermtvelde, Thederico de Wirdeden militibus, Gerewino Divite, Johanne dicto Leone, Hermanno Kerchering, Ludolfo de Cervo, Adolfo Sintramming burgensibus. In cuius videlicet curtis possessionem misimus iam dictum prepositum nomine conventus sancti Egidii sepedicti per Johannem dictum Cole, qui iam dictum prepositum nomine nostro et premissorum duxit in possessionem corporalem dictorum bonorum hiis presentibus: Adolfo de Lenderikeshem, Hermanno de Sungere, Wilhelmo civi Monasteriensi, Gerlaco de Olden-Nutlon, Johanne de Osenbrugge, Ludolfo de Cervo. In cuius rei testimonium presens scriptum nostro et prenotatorum sigillis communitur. Et nos Gerhardus dictus de Bekehem, Bertradis uxor eius et liberi, necnon Gerhardus dictus de Quernhem prelibati sub reverendi patris E. Monasteriensis ecclesie episcopi ac prenotatorum sigillis, quia propriis sigillis non utimur, per omnia ut prelibatum est publice recognoscimus esse actum a. D. M^o.CC^o.LXXVII^o, nono Kal. Martii.

Ausser dem Siegel des Bischofs sind noch drei andere geistliche erhalten, unter welchen das Siegel des Propstes von St. Ludger bemerkenswerth ist.

¹⁾ Nach Ausweis der Notizen auf der Rückseite der U. und des Repertorii, Geschermann in Albersloh, dessen Colonat auf der Kreiskarte nicht, wohl aber auf der General-Stabs-Karte nördlich von diesem Orte sich findet.

²⁾ Conrad, Graf von Rietberg, Vater der Aebtissin Oda, der in den deutschen Orden eingetreten war. Vgl. oben Nro. 723 und 726.

1042.

* *Graf Dietrich von Limburg belehnt Heinrich Kersecorf mit der Vogtei des Hofes Einen* ¹⁾. 1277 (1278)
März 5. — *Orig. im Besitze des Freiherrn von Korff.*

Nos Thidericus comes de Lymborch universis presentia visuris notum facimus publice protestantes, quod nos, de consensu et de bona voluntate uxoris nostre domine Aleydis comitisse ac filii nostri Everhardi, necnon aliorum heredum nostrorum, Hinrico dicto Kersecorf militi, uxori sue Wendelmodi et heredibus suis advocatiam curtis nostre in Enen contulimus in feodum quiete ac libere possidendam, pro qua advocatia noster fidelis idem H miles dictus Kersecorf permanebit. Ne igitur huiusmodi infeodatio a nobis vel a nostris heredibus possit infringi, presens scriptum nostro sigillo fecimus communiri. Actum presentibus: Wolquino sacerdote, nostro videlicet capellano, Hinrico de Eclo milite, Degenhardo de Lethmete, Bertrammo dapifero nostro, Alberto Scacken, Wolthero de Dale et aliis quam pluribus fide dignis. Datum Limborch a. D. M^o CC^o. LXX^o. septimo, sabbato ante dominicam Invocavit me Dominus etc.

Das Siegel ist nicht erhalten.

1043.

* *Everhard, Bischof von Münster, bestätigt die von den Schiedsrichtern erlassene Entscheidung* ²⁾ *wegen der im Kapitel zu St. Mauritius dadurch entstandenen Misslichkeiten, dass man mehrfach Expectanzen auf Präbenden ertheilt hatte, ohne dass solche erledigt gewesen wären.* Datum a. D. MCCLXXXVII (1278), VIII. Idus Martii (März 8). — *Abschrift Msc. I. 69. f. 138^r.*

1044.

* *Vor Ludwig dem Jüngern, Grafen von Arnsberg, überträgt der Edle Jonatas von Dolberg ein bisher lehnbares Gut dem frühern Vasallen zum freien Eigenthum.* 1277 (1278) März 20. Arnsberg. *Vgl. oben Nro. 1003. — Or. Kl. Marienfeld U. 209; Abschr. Msc. I. 106. f. 159.*

Nos Ludewicus comes iunior de Arnesberg literis presentibus protestamur universis, quod Jonatas nobilis vir dictus de Doleberg in nostra presentia constitutus bona sua ³⁾ propria apud Drebrucken in parochia Guterslon sita, que Johannes dictus Hadewigh ab eo tenuit in feodo, proprietatem ³⁾ eorumdem bonorum eidem Johanni contulit perpetuo possidendam. Presentes fuerunt Antonius dictus Wrede, Hermannus de Bynole, Johannes dictus Rise milites; Hermannus dapifer in Arnesberg, Henricus de Bokenvorde, Godefridus dictus Bone, Rutcherus de Hustene, Henricus de Broyle, Johannes iunior Rise, Hermannus de Bynole ⁴⁾, Johannes dictus de Wesal, Henricus de Holtvelde, Conradus de Ervethe et alii quam plures. In cuius rei testimonium presentem literam conscribi fecimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum Arnesberg anno Domini M^o.CC^o.LXX^o. septimo, dominica ante mediam quadragesimam proximam.

Das Siegel ist beschädigt.

¹⁾ Auf dem rechten Emsufer, zwischen Warendorf und Telgte. — ²⁾ Oben Nro. 1039. — ³⁾ So die U. — ⁴⁾ „Bymole“ die U.

1045.

* Everhard, Graf von der Mark, eignet dem Stifte Kappenberg einen Hof und ein Erbe zu Broke, welche dasselbe von dem Münster'schen Bürger Bernhard Kerkerink für einen Hof zu Blotincdorp und ein zu dem Hofe Cörde gehöriges Erbe zu Hammenhem eingetauscht hat. 1277 (1278¹⁾) März 23. — Hier nach Erhard's Abschr. im Gr. Archive zu Kappenberg; eine andere Msc. II. 45. p. 113.

Nos Everhardus nobilis comes de Marca. Omnibus presens scriptum intuentibus notum facimus, quod constituti coram nobis apud Stenvorde super Drenum honorabiles viri Hartlevus prepositus et Conradus celerarius monasterii Capenbergensis Monasteriensis diocesis, pro se et toto conventu suo, ex una parte, et Bernardus dictus Kercherinc civis Monasteriensis, pro se et Cristina eius uxore ac eiusdem Cristine filio Gerhardo privigno ipsius Bernardi, ex altera, recognoverunt predicti hinc et inde publice coram nobis, se fecisse quandam permutationem de quibusdam bonis suis infra scriptis, taliter videlicet quod prepositus et celerarius iam dicti cum consensu totius conventus sui permutationis nomine dederunt et assignaverunt prefatis B. et uxori sue Cristine et Gerhardo privigno eiusdem Bernardi memoratis curiam in Blotincdorpe cum suis attinentiis, mansionariis, pascuis, nemoribus et aliis quibuscumque, et mansum in Hammenhem cum omnibus suis attinentiis, qui pertinuerat ad curiam Cörde²⁾, plenum ius domini et proprietatis in prefatos Bernardum, Cristinam et Gerhardum sub permutationis nomine transferentes. Versa autem vice iam dicti Bernardus, Cristina et Gerhardus ipsis preposito, celerario et conventui in Capenberg dederunt et assignaverunt curiam in Broke cum omnibus suis attinentiis, hominibus, nemoribus, pascuis et aliis quibuscumque, et mansum situm ibidem dictum Broke cum suis attinentiis, plenum ius domini et proprietatis, sicut ad eos de iure pertinuit, in eosdem prepositum et conventum sub permutationis titulo transferentes. Et hanc permutationem de bonis predictis sic factam predicti hinc inde coram nobis publice innovarunt, Bernardusque uxoris sue Cristine et Bernardi eius privigni nomine curiam et mansum in Broke cum omnibus attinentiis eorundem ad utilitatem dictorum prepositi et conventus in Capenberg in manus nostras libere resignavit. Nosque ipsam curiam et mansum in Broke cum ipsorum attinentiis memoratis preposito et conventui monasterii Capenbergensis cum omni iuris plenitudine conferendam et assignandam duximus presentium testimonio litterarum. Cuius rei testes sunt: Gerhardus de Altena, Theodericus et Johannes Volenspit, Antonius de Schedulinge, Everhardus de Hesne, Wescelus de Galen, Adolphus de Westwic, Winimarus de Grinberge milites; Lambertus de Boyne, Hermannus de Nehem, Johannes et Hermannus de Hüvele, Johannes Leo, Gerwinus Rike, Johannes Cleyhorst, Heinricus de Offerhus, et tota civitas Monasteriensis. Datum anno Domini M^o. CC^o. LXX^o. septimo, feria quarta ante annunciationem Domini.

1046.

* Everhard, Bischof von Münster, vertauscht seinen Ministerialen Hugo von Dike gegen Wilhelm von Dülmen an das Stift Essen. 1278 Mai 9. — Abschr. Msc. II. 117. p. 14.

¹⁾ Dass nur 1278 gemeint sein kann, erweist der Todestag des Grafen Engelbert, welcher den 16. November 1277 starb; im März 1277 war dieser, und nicht Everhard, Graf von der Mark. Vgl. die Note zur folgenden Urkunde.

²⁾ Vgl. die U. vom 20. Novbr. 1277 oben Nro. 1028.

1047.

Friedensvertrag zwischen dem Grafen Everhard von der Mark und dem Edlen Hermann von Lon, vermittelt durch Bischof Everhard von Münster. Ohne Datum, aber wohl kurz vor dem 15. Juni 1278 ¹⁾. — Or. Fr. Münster U. 173; Abschr. Msc. I. A. p. 107; hieraus copirt IV. 5. p. 145, und gedruckt Kindlinger Samml. merkw. Nachrichten p. 122.

Nos Everhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus. Notum facimus universis presentia visuris, quod cum inimicitie capitales essent inter nobilem virum Everhardum comitem de Marka ex una parte, et Hermannum de Lon nobilem ex altera ac eorum consanguineos et amicos hinc et inde super morte nobilis viri domini Engelberti quondam comitis de Marka patris domini Everhardi comitis predicti, nos, pro bono pacis partes nostras interponentes, compositionem inter ipsos ordinavimus in hunc modum: Videlicet quod idem Hermannus assumptis sibi trecentis viris militibus ac famulis bone nationis veniam queret dicti comitis Everhardi et petet humiliter, quod ipsum suscipiat ad emendam, et una cum ipsis iurabit, quod ipse de morte dicti domini comitis Engelberti doluit et dolet, et idem Hermannus ac illi, qui armati captivitati dicti comitis Engelberti interfuerunt, discoopertis capitibus, nudis pedibus, laneis vestibus sine camisiis incedent. Item idem Hermannus comparabit pro remedio anime comitis quondam de Marka predicti in loco, ubi idem comes captus extitit, vel alio quem idem comes

¹⁾ Zur Erläuterung dieser wichtigen Urkunde bemerke ich Folgendes: Gegen die vom Cölnischen Erzbischof Siegfried von Westerburg in grossartigem Maassstabe angestrebte Erneuerung des Herzogthums Westfalen hatten sich durch Verbundbrief vom 7. April 1277 (Lacomblet II. Nro. 700.) der Bischof Simon von Paderborn und der Landgraf v. Hessen mit den Grafen von Jülich, Berg, Arnsberg, Mark, Tecklenburg, Nassau, Sayn, Solms, Waldeck und andern vereinigt, der Erzbischof dagegen am 24. October (Wigand Archiv VI. II. p. 245) mit Bischof Conrad von Osnabrück, und am 17. November desselben Jahrs mit dem Abt Heinrich von Corvey (Lac. I. c. 708) sich verbündet. Als nun der alte Graf Engelbert von der Mark um den 1. November 1277, wahrscheinlich in den Angelegenheiten des Bundes, eine Reise in die unter seiner vormundschaftlichen Verwaltung stehende Grafschaft Tecklenburg unternahm, wurde er von dem vermuthlich im Cölnischen Interesse handelnden Edlen Hermann von Lon überfallen und in die diesem seit dem J. 1238 gehörige Burg Bredevoord (oben Nro. 352) in Geldern geführt, wo er dem Verdross über diese Schmach schon am 16. November 1277 erlag. (Levold's v. Nordhof Chronik ed. Tross p. 104.) Engelbert's Sohn, Graf Everhard von der Mark, machte sich im nächsten Jahre auf, die seinem Vater angethane Beleidigung zu rächen, und belagerte Bredevoord, dessen Besatzung ihm auch zunächst den Leichnam Engelberts überliess, der dann im Erbbegräbniss der Grafen von der Mark zu Kappenberg feierlich bestattet wurde. Dennoch wurde die Belagerung fortgesetzt, und als die Burgmänner, den ungestümen Angriffen der Belagerer weichend, bei Nacht die Feste verliessen, diese der Erde gleichgemacht (Levold I. c. p. 108). Durch vorliegenden Vertrag söhnte sich nun Hermann von Lon mit Everhard von der Mark aus und musste zu diesem Zweck sich der strengsten Busse unterwerfen und seine dynastische Unabhängigkeit opfern. Die Abfassungszeit dieser leider nicht datirten Urkunde ergibt sich wohl aus den anderweitigen Ereignissen des Jahrs 1278. Es gelang dem Erzbischof den Bund zu sprengen oder wenigstens zu lockern; so musste Graf Godfried von Arnsberg schon am 21. Januar 1277 d. i. 1278 nach unserer Rechnung Friede machen (Wigand VI. II. p. 245), und auch Everhard von der Mark am 15. Juni dess. Jahrs sich insofern zu einem noch demüthigenderen Vertrage verstehen, als er „ad emendam . . . archiepiscopo faciendam“ zu versprechen genöthigt war, die Städte Iserlohn, Camen, und erforderlichen Falls auch Lüdenscheid zu schleifen (Lacomb. II. Nro. 716). Da er in dieser Urkunde zugleich die Verpflichtung übernimmt, das von einem nicht näher bezeichneten Propste Wichold (ohne Zweifel von St. Mauritz bei Münster, aus der Dynastenfamilie von Holte) bei Gelegenheit seiner Gefangenschaft an Hermann von Lon gezahlte Lösegeld zur Hälfte zu erstatten, so möchte ich daraus folgern, dass an jenem Tage der vorliegende Vertrag schon abgeschlossen war, und dies um so mehr glauben, als, wenn bei seinem Abschluss diejenige Fehde zwischen Mark und Cöln noch fortgedauert hätte, dies wohl an jener Stelle, wo von den Cölnischen Vasallen Hermanns von Lon die Rede ist, welche von nun an Graf Everhard vom Erzbischof zu Lehn haben soll, deutlich und bestimmt angegeben worden wäre. Auch ergibt sich aus der U. oben Nro. 1045, dass der mit Graf Engelbert gefangene Theodericus Volenspit, dessen Entschädigung hier festgestellt wurde, am 23. März 1278 schon wieder in Freiheit war. — Welche Stellung übrigens der Bischof von Münster in dieser grossen Fehde einnahm, habe ich bisher nicht constatiren können: doch bemerke ich, dass nach Lacomblet's Angabe II. Nro. 716. not. 2 sich der Erzbischof mit dem Grafen von der Mark am 15. Juni 1278 gegen Jedermann verbündete und hiervon beide nur den Bischof Everhard von Münster ausnahmen.

Everhardus ad hoc auxerit exigendum, redditus XV marcarum, ad quos quidem quindecim marcarum redditus comparandos idem Hermannus dabit centum et quinquaginta marcas Monasteriensium denariorum legalium. Item idem Hermannus et sui heredes ius patronatus, quod habent in ecclesia Sutlon, libere resignabunt ad manus . . . prepositi et conventus in Cappenberg, et ad proventus quos nunc habet¹⁾ ecclesia in Sutlon pro sustentatione plebani qui pro tempore ibidem fuerit, ad voluntatem eiusdem comitis, tantum de bonis suis propriis ipsi ecclesie conferet, quod computatis redditibus nunc ad ipsam ecclesiam pertinentibus plebanus habeat annuatim redditus decem marcarum. Plebanus autem nunc vivens non plus percipiet temporibus vite sue quam hactenus habuit de antiquis proventibus ecclesie memorate, et quod idem Hermannus superaddiderit, cedit preposito et conventui in Cappenberg ad memoriam dicti defuncti comitis peragendum; post mortem vero dicti plebani in Sutlon prepositus et conventus in Cappenberg dictam ecclesiam ordinabunt, prout ipsis et saluti anime dicti comitis viderint expedire. Item idem Hermannus et sui heredes omnia bona sua propria, scilicet curtem in Sutlon²⁾ que Provestinchof dicitur, domum Switinc, curtem Dudinchof, domum in Oslore, domum Hobertinc cum suis attinentiis, nec non ubicunque sita in manus dicti comitis resignabunt, et idem comes ipsa bona eidem Hermannus et suis heredibus iure conferet feudali. Item idem Hermannus et sui heredes omnes wasallos ac ministeriales, quos a . . . comite de Marka tenent et sui antecessores tenuerunt, in manus eiusdem comitis resignabunt, et dictus comes et sui successores ipsos infeodabunt, et ipsi eidem comiti et suis successoribus fidem facient, quod vulgariter *hulden* dicitur, prout dicto H. et suis antecessoribus facere consueverunt. Quod si aliquis wasallorum vel ministerialium de Marka predictorum bona recipere vel fidem facere eidem comiti noluerint, propter hoc, quoad dictum Hermannum, compositio non violatur. Item idem Hermannus procurabit quod decem proximi consanguinei et amici ipsius, videlicet dominus de Borlo, dominus de Ahus, Hermannus de Monasterio, Suetherus de Alphem, Gerhardus de Lon milites, Suetherus de Vorste, Stephanus de Wische, Suetherus de Merevelde, Gerhardus de Langen et Alhardus de Heydene famuli, singillatim quilibet pro se de bonis suis propriis ad estimationem centum marcarum in manus eiusdem comitis resignabunt, et idem comes quemlibet ipsorum de bonis suis predictis, videlicet (ad) centum marcarum estimationem, iure hereditario infeodabit. Item idem Hermannus et sui heredes resignabunt in manus eiusdem comitis omnes wasallos, quos a venerabilibus patribus domino Coloniensi archiepiscopo et episcopo Monasteriensi in feodo tenuerunt, et idem comes eosdem in feodo tenebit ab archiepiscopo et episcopo memoratis, si hoc ab ipsis poterit impetrare, exceptis illis wasallis, quos ab ecclesia Monasteriensi de officio suo marscalci³⁾ tenent, quos sibi idem Hermannus et sui heredes reservabunt. Item idem Hermannus aut sui heredes in loco seu fundo, in quo idem comes diem clausit extremum, nullum castrum seu munitionem edificabunt, antequam redierit de peregrinatione, in qua per biennium in partibus transmarinis vel Livonie, ubi nos mandaverimus, pro salute anime dicti comitis permanebit, seu dicta peregrinatio sit expleta. Sed post reditum dicti Hermanni, vel eius peregrinatione expleta, si dictus Her. vel sui heredes in alio loco quam supra scriptum est, castrum aut munitionem edificare voluerit, contra compositionem predictam non venient nec ipsam violabunt. Item idem Hermannus eidem comiti serviet fideliter tanquam ligius homo, qui vulgariter *ledigman* dicitur, quando ex parte sui fuerit requisitus, et contra quoscunque suos inimicos assistet eidem, venerabili patri domino episcopo Monasteriensi et comite Gelrensi duntaxat exceptis. Item Hermannus ac illi, qui captivitati eiusdem comitis interfuerunt, nunquam comitatum eiusdem comitis intrabunt ac ipsum comitatum vitabunt, fraude et dolo exclusis, nisi ex parte ipsius comitis specialiter fuerint requisiti; et si aliquis ipsorum comitatum intraverit, hoc dicto Hermannus non imputabitur et per hoc compositio quoad dictum Hermannum non violabitur, si de ipso iusticia facta fuerit. Item idem Her. nemini assistet contra dictum Hermannum comitem seu illos quos idem comes voluerit adiuvare, si eidem Her. ab eodem comite fuerit intimatum. Item idem Hermannus infra annum a die presenti in Livoniam vel partes trans-

¹⁾ „habent“ das Orig. — ²⁾ Kirchspiel im Kr. Ahaus, wo sich aber die übrigen Namen nicht nachweisen lassen. — ³⁾ Als „Ober-Marschall.“ Vgl. Perger Otto v. Rietberg p. 65 u. in d. Zeitsch. XIX. p. 337.

marinas cum omnibus viventibus, qui captivitati eiusdem Engelberti comitis de Marka manu armata interfuerunt, in peregrinatione ibunt et ibi per biennium sine spe redeundi ante idem biennium elapsum permanebunt pro memoria anime comitis memorati. Si vero aliqui ex eis ire in peregrinatione, ut predictum est, noluerint, ab hac compositione exclusi erunt, nec per hoc quantum ad dictum Her. compositio violatur. Item idem Her. restituet Th. dicto Volenspit quinquaginta marcas, quas ab ipso et suis fideiussoribus extorsit tempore captivitatis sue. Item idem Her. dabit consanguineis Theoderici de Edinchus et Lamberti Foyic occissorum quinquaginta marcas ad emendam. Item idem Her. confraternitatem ac participationem fratrum domus hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani, domus Theutonice, Premonstratensium, Predicatorum et Minorum in Alemannia infra annum, ordinis vero Cysterciensis in sequenti capitulo impetrabit. Duo millia missarum celebrari faciet pro salute anime comitis supradicti, ac illorum qui secum mortui extiterunt, et sic omnis rancor et inimicitie tam inter comitem predictum et suos consanguineos et amicos ex una parte, et dictum Hermannum et suos consanguineos et amicos ex altera, penitus conquescent et sunt sopita, prout reconciliari secundum consuetudinem terre capitales inimicitie consueverunt.

An der Urkunde ist immer nur ein Siegel, das jetzt noch erhaltene Bischof Everhard's, vorhanden gewesen.

1048.

* Hinricus nobilis advocatus de Monte bekundet, dass Gerhard mit dem Beinamen Mychel in Betreff seiner Ansprüche an das Haus in Remese, welches seines Bruders Sohn Tymmo an das Kloster Marienfeld verkauft hatte, mit zehn Mark Denare abgefunden worden sei. 1278 Juni 25, Zeugen: Johannes de Wilmene ¹⁾ miles, Hermannus Parvus, Hinricus de Meysen, Nycolaus de Lerbeke famuli. — Or. Kl. Marienfeld U. 240; Abschr. Msc. I. 406. f. 9'; II. 43. p. 129.

Das Siegel ist abgefallen.

1049.

* B. Conrad von Osnabrück fordert unter Verheissung eines Ablasses von 40 Tagen die Eingesessenen seiner Diöcese auf, zum Unterhalt der Kirche und des Konvents des Klosters Rengering beizutragen. Datum apud Widenbrugge in vigilia Margarethe virginis (Juli 12.) MCCLXXXVIII. — Abschr. Msc. I. 408. f. 124.

1050.

* Jacob von Thie verspricht bei den von ihm gegen den Grafen von Tecklenburg zu unternehmenden Raubzügen die Güter des Stifts Metelen zu verschonen. 1278 Juli 16. — Or. im Fürstl. Salm-Horstmarschen Archive.

Jacobus de Thie castellanus in Gore ²⁾ universis presentes litteras inspecturis salutem. Litterarum presentium tenore protestor, quod cum domum dictam Otbertinc sitam in Manhere ³⁾ emerem de communi consensu et voluntate abbatis prioris et totius conventus in Methelen, advocaciam, que ad suum conventum non pertinuit, mihi non vendiderunt. Promitto etiam bona fide et litteris presentibus protestor, quod si pro dampnis et captivitate a patre meo bone memorie perpeccis ex parte comitis de Thekeneborig, necessitate cogente, rapinam commiserit, bona et homines conventus in Methelen a me meisque heredibus et amicis libera permanebunt. In huius rei testimonium presentes litteras sigillo ecclesie Aldenselensis ⁴⁾ rogavi communiri. Datum anno Domini M^o. CC^o. LXXVIII^o. sabbato post Margarete.

Das Siegel hängt noch an.

¹⁾ So die Urk. — ²⁾ „Goor“ in der Twenthe, nördlich von Borkulo. — ³⁾ Nicht zu constatiren. — ⁴⁾ „Oldenzaal“ in d. Twenthe. Westfäl. Urk.-Buch. III. A.

1051.

* *Vertrag des Kl. Kappenberg mit dem Ritter Ludolf von Werne wegen der Fischerei auf der Lippe, bestätigt durch Bischof Everhard. 1278 August 22. Kappenberg. — Hier nach Köndl. Abschr. des Or. Msc. II. 45. p. 61; vergl. mit Erhard's Abschrift einer Copie aus dem 17. Jahrhundert im Gr. Archive zu Kappenberg, Fr. Münster U. 170.*

Everhardus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus. Omnibus presens scriptum intuentibus notum facimus, quod constituti coram nobis apud Capenberg prepositus et conventus ipsius monasterii in Capenberg ex una parte et Ludolphus de Werne miles, Adolfus, Alexander, Godefridus et Johannes eiusdem militis filii et heredes ex altera recognoverunt publice coram nobis, quod questio et totius dissentionis materia, que fuerat inter ipsos hinc et inde super quadam piscatura in fluvio Lippie iuxta Wernen, coram venerabili patre domino Gerhardo ecclesie Monasteriensis episcopo predecessore nostro licet conscripta et sigillata tunc enim fuit, de consensu et bona voluntate utriusque partis taliter, ut subsequitur, compositione amicabilem extitit terminata. Videlicet, quod supradictus miles et filii sui iam dicti publice recognoverunt, prepositum et conventum Capenbergensem in eadem piscatura ius plenum habere et ad ipsos ius piscature intelligitur pertinere. Quo facto amicitie et concordie causa prepositus et conventus memorati dictum militem in piscatura spatii quod est a molendino dicto Rikesmolen usque ad domum dictam Waterhus, ubi *pal* quidam vulgariter dictus nunc fixus meta extitit, benevole investierunt et ipso decedente unum heredum suorum successorie et perpetualiter iure investient feudali, hoc inserto pacto, quod piscatores predictorum prepositi et conventus superiores et inferiores cum piscatoribus eiusdem militis sive heredis sui infra predictae piscature spatium, sicut ante consueverunt, sine utrorumque impedimento non minus piscabuntur, hoc excepto, quod piscatores militis prenominati vel heredis sui metam prescriptam in piscando ascendendo vel descendendo in ipso gurgite Lippie vel extra gurgitem non transibunt et piscatores monasterii prefati stagnum quod dicitur Widelingmere piscando non intrabunt. Precautum est etiam, quod nec prepositus et conventus nec prefatus miles vel aliquis eius in hac parte secundum premissa futurus heres vel ipsorum piscatores casam piscatoriam, infra terminum a molendino Gidenberg ¹⁾ usque ad casam piscatoriam sitam versus Westhele, construere vel mutabunt. Predictus insuper miles cum pleno prefatorum filiorum suorum consensu molendinum dictum Rikesmolen, quod ab episcopo Monasteriensi, quicumque pro tempore fuerat, tenebat in feodo, in manus venerabilis patris predecessoris nostri resignaverat et postea in manus nostras resignavit, ea conditione, quod idem molendinum monasterio sepedicto in Capenberg ob amorem Dei et remedium anime sue et presentium suorum liberorum conferremus, resignationi sue huiusmodi hoc beneficium liberalitatis adiciens, quod in confiniis agrorum ipsius militis et heredum suorum contingentium ibidem dicti molendini litus, absque sui et suorum contradictione heredum, preposito et conventui prenotatis liberum erit, perpetuo construere et obstruere in quantum opus fuerit ad emendandum idem molendinum in structura huiusmodi que *slacht* vulgariter nuncupatur. Nos vero molendinum predictum a prefato milite et suis heredibus Adolfo, Alexandro, Godefrido et Johanne in manus nostras publice resignatum sepedicto monasterio in Capenberg de consilio capituli nostri Monasteriensis contulimus et conferimus perpetuo possidendum. Ratam etiam et gratam habentes huiusmodi compositionis ordinationem in omnibus articulis sicut expressum est superius, ipsam auctoritate nostra ordinaria confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, in cuius rei noticiam et firmitatis robur presentes litere nostro, ecclesie nostre et ipsius monasterii in Capenberg sigillis pariter sunt munitae. Actum his presentibus: Walramo preposito Monasteriensis ecclesie, magistro Henrico notario nostro, Luberto capellano nostro; Hermannno de Wittene, Gerlaco dicto Bitter de Stenhus, Weszelo de Lembeke, Alberto dapifero, Friderico de Daverembergh, Herbordo dicto Kulen, Frederico dicto de Lunen militibus; Hermannno de Boslare, Henrico de Sce-

¹⁾ „Widenberg“ Erhard, noch heute liegt das Schulzengut „Gedenberg“ zwischen der Stadt Werne und der Lippe.

delike, Henrico dicto Murrian, Bernardo dicto Pagen, magistro Wenero et Henrico filio suo et aliis quam pluribus. Datum a. D. millesimo ducentesimo septuagesimo octavo, undecimo Kal. Septembris.

1052.

B. Everhard überlässt der Stadt Beckum die Bieraccise und die Hälfte von den Einkünften des Gerichts. 1278 September 13. Beckum. — Or. Fr. Münster U. 171; Abschr. Msc. I. A. p. 17; II. 23. p. 84; gedr. Wigand Archiv VI. 1. p. 268.

Nos Everhardus Dei gratia Monasteriensibus episcopus. Notum facimus universis presentia visuris, quod, receptis a dilectis oppidanis nostris in Bechem trecentis et quinquaginta marcis Monasteriensium denariorum et in utilitatem ecclesie nostre conversis, nos de consensu et voluntate capituli nostri ac fidelium nostrorum proventus braxationis cervisie in Bechem oppidanis in Bechem perpetuo contulimus, sicut hactenus multis retroactis temporibus tenuerunt, ita quod de braxatione cuiuslibet non magis recipient, quam sex denarios usualis monete; et si minus recipere vulerint, eorum relinquimus voluntati. Item medietatem iudicii eiusdem oppidi dictis oppidanis, secundum quod hactenus multis antecessorum nostrorum retroactis temporibus obtinuerunt, contulimus, ita videlicet quod emendam excessuum sex denarios excedentem cum iudice nostro participant, exceptis causis, que ultimum supplicium requirunt, in quibus nichil iuris habebunt, sicut hactenus est servatum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo ecclesie Monasteriensis presentibus est appensum. Acta sunt hec Bechem a. D. millesimo CC^o. LXX^o. octavo, vigilia exaltationis sancte crucis.

Die Siegel fehlen jetzt.

1053.

Bernhard, Edler von Ahaus, verkauft der Johanniter-Commende in Steinfurt alle seine Besitzungen in Laer und das Patronatrecht über die dortige Kirche, vorbehaltlich der Grafschaft, dreier freien Leute und des Markrechtes. Datum in Ahus in crastino Remigii (October 2). Acta sunt hec a. D. MCCLXXVIII in Horstmaria feria sexta quatuor temporum post Mauricium (September 23.) coram supranotatis: domino episcopo et prioribus, Gerlaco de Beveren, Alberto dapifero, Matheo de Novo Castro, Conrado Stric, Remberto de Stochem, Aegidio gogravio militibus; Theoderico officiali et Hermanno fratre suo, Henrico de Lare, Ludewico coco et aliis. — Abschrift Msc. II. 13. p. 228; gedr. Kindl. Beitr. III. U. p. 221. — Das Weitere siehe unten in der Urkunde vom 11. Februar 1278 (1279).

1054.

** B. Everhard überträgt das Eigenthumsrecht eines von ihm lehrührigen Hauses dem Stift Langenhorst, und empfängt von dem Vasallen ein anderes als Entschädigung. 1278 September 23. Sandwelle. — Orig. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archive.*

Everhardus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus omnibus presens scriptum intuentibus notum facimus, quod constituti in presencia nostra Reinbertus miles dictus de Stokhem ¹⁾ et uxor eius Megtheldis cum Reinberto filio suo et uxore eiusdem filii Elizabeth et duabus filiabus eorundem, Gertrude et Megthelde, recognoverunt publice coram nobis se vendidisse priorisse et conventui in Langenhorst nostre dyo-

¹⁾ Dass diese Familie von dem Hause Stockum nordwestlich von Schöppingen herkommt, dürfte sich aus dem Nachfolgenden ergeben. Nach einer U. von 1282 führte sie mit dem Geschlechte von Galen das nämliche Wappen.

cesis domum dictam Holthus, sitam in parrochia Ochtope ¹⁾, et unum hominem Heinricum, videlicet filium Arnoldi dicti de Westerwik, cum *aptario* ²⁾ quod vulgariter dicitur *ymnehof* eidem domui vicino et cum decima eiusdem domus maiore et minuta, pratis pascuis silvis campis agris et aliis attinenciis quibuscumque, pro triginta duabus marcis Monasteriensis monete, quos denarios eciam recognoverunt se totaliter recepisse. Hanc quidem domum cum attinenciis suis, quam a nobis et ecclesia nostra R. miles predictus iure homagii tenerat, in manus nostras cum uxore et filio suo R. et uxore eiusdem filii et filiabus predictis resignarunt, ab omni iure quod in dicta domo et attinenciis habebant vel habere poterant totaliter recedentes. Nosque facta nobis et ecclesie nostre collacione proprietatis domus Gerhardi Gerebrachtinc in Stokhem site in parrochia Scopingem a predictis permutacionis nomine, sicut ad ipsos pertinuit, et recepta proprietate domus Holthus predictae et attinencium, cum omni iuris plenitudine priorisse et conventui in Langenhorst memoratis contulimus, plenum ius tam possessionis quam domini in ipsos sine diminucione qualibet transferentes. Promiserunt nichilominus coram nobis publice fide media R. miles et filius suus R. predicti priorisse et conventui prefatis, quod quamdiu vixerint ipsis warandiam super dicta domo et attinenciis in iure contra quemlibet hominum prestabunt et ab impeticione, quantum ius requirit, qualibet liberabunt. Super qua promissione fideiussores posuerunt milites Conradum dictum Strik, Cesarium de Redebroke, Ottonem filium domini Mathei ³⁾, Gerhardum de Rammesberg et Matheum famulum filium domni Mathei, qui opidum Cosvelde una cum predictis R. milite et filio eius R., si aliquis defectus fuerit, intrabunt, sicut omnes tam principales quam fideiussores fide media promiserunt, non inde recessuri, quousque cuiuslibet contradicentis et impetentis questio complanata fuerit, et priorisse et conventui sepedictis de dampnis, si aliqua incurrerint, plenarie fuerit satisfactum. In cuius rei testimonium sigillo nostro et sigillo castellanorum de Novo Castro et sigillo ipsius R. militis sepedicti presens pagina communitur. Actum apud Santwellen ⁴⁾ IX. Kalendas Octobris anno Domini M^o.CC^o.LXXVIII^o, presentibus hiis: Alberto de Herpen, Theoderico de Herengen canonicis Monasteriensibus, magistro Wilhelmo notario domni episcopi, Hermanno sacerdote in Langenhorst; militibus Gerlaco de Beveren, Theoderico de Lere, Matheo de Novo Castro, Alberto dapi-fero, Bernardo de Sebelingen, Heinrico de Keppelen, Egidio gogravio, Heinrico dicto Wether, Johanne dicto Husche, Ludolfo de Sconenvelde, Heinrico de Rethe et fideiussoribus prenotatis; famulis Willekindo dicto Ammetman, Theoderico dicto Riddere et aliis quam pluribus.

Die Siegel sind nicht erhalten.

1055.

* B. Everhard eignet dem Münster'schen Domcapitel einen demselben vom Osnabrücker Domdechanten zum Behuf der Beleuchtung des Hochaltars geschenkten Zehnten. 1278 October 25. Münster. — Orig. Fr. Münster U. 172; Abschr. Msc. I. A. p. 262.

Universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, Everhardus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus inperpetuum. Notum esse cupimus quod proprietatem predialis decime curtis in Mastorp ⁵⁾ site in parrochia Greven, pertinentis ⁶⁾ monasterio in Leden Osnabrugensis diocesis, duodecim modios siliginis per Monasteriensem mensuram et tres solidos denariorum Monasteriensis monete annuatim solventis pro decima, et alterius curtis ibidem in Mastrop pertinentis ecclesie sancte Marie ultra aquam Monasterii et solventis annuatim duos solidos denariorum Monasteriensis monete, ac domus Nigenhus ibidem in Mastorp solventis duodecim denarios Monasteriensis monete, domus quoque Lo iuxta Mastorp solventis

¹⁾ Ochtrup Kr. Steinfurt. — ²⁾ Bienenhaus. — ³⁾ Von Nienborg. Vgl. den Schluss dieser U. u. Nro. 1060. — ⁴⁾ Nach einer freundlichen Mittheilung lag dieser später durch sein Gogericht so berühmte Ort auf dem Wege von Metelen nach Burgsteinfurt, am Gauksbach, zwischen dem Schulzenhof Oesbeck und dem Colonate Gauksmann. Der Besitzer des ersteren war früher zur Unterhaltung der von Bäumen umgebenen Gerichtsstätte verpflichtet. In den letzten Zeiten des Fürstbisthums Münster wohnten die Richter in Horstmar und hielten daselbst auch das Gericht ab. — ⁵⁾ Brsch. Naestrup, Kspl. Greven. — ⁶⁾ „pertinente“ die Urk.

octo modios siliginis per Monasteriensem mensuram, quam decimam Hermannus miles dicit de Langen a nobis tenuit in feodo quamque ipse H. miles pro se et heredibus suis in manus nostras presentibus Brunsteno Monasteriensi decano, Bertramo Osnabrugensi decano, Adolfo vicedomino, Heinrico cantore, Gerardo de Lon, Thedmaro de Thunen canonicis Monasteriensibus, Wescelo de Lembeke, Conrado dicto Strik militibus et aliis quam pluribus resignavit, dicto capitulo nostro contulimus et presentibus conferimus perpetuo possidendam ad usus luminarium maioris altaris in choro nostro Monasteriensi, prout a dicto B. Osnabrugensi decano, qui ipsam decimam comparavit, fuerit ordinatum. Actum et datum Monasterii a. D. M^o.CC^o.LXXV^o. octavo, in die Crispini et Crispiniani martirum.

Das Siegel ist nicht erhalten.

1056.

Everhard, Bischof von Münster, bekundet, dass die Brüder Johann und Godefrid Scenkynck, mit Einwilligung der Frau Johannis, Richardis, und ihrer Kinder Johann und Jutta, ihren bei Handorf gelegenen Hof Lusinc mit allem Zubehör, namentlich dem Gerichte, gewöhnlich buirichte genannt, welchen sie vom Bischofe zu Lehne trugen — in feodo iure ministerialium —, dem Decan und Kapitel zu Münster verkauft haben. 1278 December 18. 1) bei Warendorf. — Abschr. Msc. I. A. p. 413; gedr. Niesert U.-S. VII. p. 439.

1057.

* Der Propst Wichbold 2) von St. Mauritz zieht, zur Abhilfe der von dem Vogte des Hofes Cobbinck 3) ausgeübten Bedrückungen, den dortigen Stiftsamtmann in das Interesse der Kirche und belehnt ihn mit einzelnen Gütern jenes Hofes. 1278. — Abschr. Msc. I. 69. f. 397.

Wicholdus Dei gratia prepositus ecclesie S. Mauritii extra muros Monasterienses etc. Cum propter graves et iniustas ecclesie nostre . . . advocatorum exactiones, homines et bona ecclesie nostre annihilentur in tantum, quod etiam propter dictorum advocatorum excoriationes, quas faciunt in misericorditer in litones ecclesie, ipsa ecclesia multotiens suis iustis annuis pensionibus defraudatur, ob quorum advocatorum talias et exactiones immoderatas curtis Cobbinck ad eum statum est redacta, quod necesse habet officiatu dictae curtis et ipsa curtis cum suis attinentiis, ut eisdem celeri remedio consulatur: quare provida deliberatione prehabita cum decano et capitulo ecclesie nostre S. Mauritii predictae, de consensu eorundem sperantes tam nos quam dictum capitulum in hoc ecclesie nostre conditionem facere meliorem, Godefrido officiatu dictae curtis Cobbinck concedimus et porrigimus in feudo (agros) qui vulgariter *Twyntegerden* dicuntur et agros *By den weghe* sitos iuxta opidum Cosvelde ad dictam curtem Cobbinck pertinentes, ut si forte onus advocatie comparare valeat idem Godefridus et suas et ecclesie nostre vexationes et exactiones redimere, suam eo melius facere possit de dictis agris utilitatem. Per huiusmodi tamen infeudationem nolumus, quod pensiones antiquae de dicta curte Cobbinck ecclesie nostre debite in aliquo minuantur, sed integraliter persolvantur, prout est consuetum ex antiquo. In cuius rei etc. Datum Monasterii anno M^o.CC^o.LXXIII^o.

1) „XV. Kal. Januar.“ nicht „Kalend. Januar.“ wie Niesert hat. — 2) von Holte, der 1297 Erzbischof von Cöln ward. —

3) Die Cobbinckhove muss, nach Ausweis des Pertinenzverzeichnisses Msc. I. 69 fol. 615' eine sehr umfangreiche Besizung gewesen sein. Vgl. auch das Güterverzeichnis des alten Evangeliars von St. Mauritz, copirt ibidem f. 66'; sodann die weitere Nachricht ib. f. 85': „Curtis Cobbinck sita iuxta Coesvelde Monasteriensis diocesis, legione Flameshem, in parrochia S. Jacobi. Est vera hereditas et patrimonium S. Mauritii, cuius officiatu modo nomine ecclesie est Henricus Valke famulus. Habet quatuor mansos dictos *hienhove*, primus Lette . . . secundus Calvesbeke . . . tercius Holeic . . . prope Dulmen, quartus Besengedeheve. Preterea sunt agri qui vulgariter Twintegerde dicuntur et agri By dem wege.“ In der Bauerschaft Flamschen bei Coesfeld ist dieser Name heute nicht mehr nachzuweisen.

1058.

* *Graf Otto von Ravensberg gründet mit seiner Gemahlin und seinem Bruder im Kloster Marienfeld die Memorienstiftungen seiner Eltern.* 1278. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 212; *Abschr. II.* 11. p. 143 und II. 77. p. 169.

Nos frater Johannes dictus abbas campi sancte Marie et eiusdem loci conventus ad habendam in eternum memoriam geste rei noticiam. Noverint fideles presentis temporis et futuri, quod Otto comes de Ravensberg, de beneplacito et consensu uxoris sue domine Hadewigis comitisse et fratris sui Lodewici prepositi et liberorum necnon et heredum suorum, pro spe futurorum et salute animarum, sue videlicet et suorum, quandam decimam iuxta oppidum Warendorp comparavit ad manus ecclesie nostre pro centum et sexaginta marcis, tali videlicet conditione, ut sex vicibus in anno conventui nostro in refectorio de preventibus ipsius decime ministretur, ita ut in qualibet vice due marce in quolibet servicio expendantur, prima vice in anniversario patris sui comitis Lodewici in die Mauri abbatis ¹⁾, secunda vice in anniversario matris sue comitisse Alheydis in die sancto exaltationis sancte crucis ²⁾, tercio in festo sancte trinitatis, quarto in festo undecim milium virginum, quinto in commemoratione omnium fidelium defunctorum, sexto in vigilia sancti Columbani abbatis. Quod si aliqua negligentia in premissis exequendis ex parte claustrii surreperit, ut fratres nostri predicto modo minime procurentur, liceat heredibus predicti comitis predictam decimam tamdiu inpetere, donec ea que ad voluntatem eiusdem comitis ordinavimus in presenti pagina impleantur. Ut igitur predicta in suo robore perpetuis temporibus inconvulsa permaneant, presentem paginam sigillis nostro et predictorum comitis et comitisse ac prepositi fecimus communiri. Actum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo octavo.

Die vier Siegel sind ziemlich gut erhalten; besonders bemerkenswerth ist das der Gräfin Hadewig ³⁾, welches ganz der oben Nro. 1012 gegebenen Beschreibung entspricht, der nur das hinzuzufügen ist, dass die Gräfin einen breitkrämpigen Hut trägt.

1059.

* *Heinrich, Burggraf zu Stromberg verkauft mit Genehmigung seiner Gemahlin und Kinder, so wie seiner Brüder, der Herren von Rüdberg, mehrere Güter an das Kloster Marienfeld.* 1278. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 213; *Abschr. Msc. I.* 106. f. 60; *auszugsweise gedr. Kindlinger Volmestein II.* p. 63.

In nomine Domini. Amen. Heinricus burgravius in Stromberg etc. notum esse cupimus, quod duas curtes nostras, qui appellantur Westhove ⁴⁾, in parrochia Velheren sitas iure proprietatis ad nos pertinentes cum asscriptitiis ipsarum Conrado videlicet et Johanne uxoribus et liberis eorum et duas casas cum omnibus attinentiis suis, agris videlicet cultis et incultis, silvis et pascuis, et omnibus iuribus suis vendidimus fratribus de campo sancte Marie pro centum et quinquaginta marcis numerate pecunie consenciente bona voluntate uxore nostra domina Rikece et liberis nostris Hermanno videlicet, Heinricho, Ludolfo, Jutta et Alleide, necnon fratribus nostris domino Conrado et Godefrido de Rudenberg, Johanne canonico Mindense et Cunegunde vidua ⁵⁾ sorore sua. Hiis inquam omnibus assensum nobis per omnia prebentibus, predictas possessiones vendidimus, a supradictis fratribus iure perpetuo possidendas. Ad cuius rei evidenciam et stabilitatem in perpetuum habendam presentem paginam exinde conscriptam sigillo nostro, domini Conradi et Godefridi fratrum nostrorum et castellanorum in Stromberg cautum duximus roborari. Huius rei testes sunt: dominus Luthertus sacerdos in Stromberg, Omerus de Ostenvelde, Rotcherus de Bokene-

¹⁾ Jan. 15. Vgl. meine Note zu Nro. 499. — ²⁾ September 14. Ihr Todestag wird im Necrol. Marienf. Msc. II. 76. p. 332. nicht angeführt. — ³⁾ Sie war eine geborene Edle von der Lippe. Vgl. Preuss u. Falkmann Lippesche Regesten I. Nro. 368. — ⁴⁾ Westhof, Kspl. Vellern, nördlich von Beckum. — ⁵⁾ Vgl. Seibertz Dynasten p. 254.

vorde, Hermannus de Vulfem, Gerhardus de Quernhem milites, item Ricwinus, Hermannus et Johannes fratres de Ostenvelde, Theodericus et Johannes de Vulfen, Lutbertus de Beveren, Hermannus Hunderetmarc, Lutbertus de Batenhorst, Hermannus de Merevelde, Hermannus de Hakenesge et alii plures. Acta sunt hec anno Domini millesimo ducesimo septuagesimo octavo.

Die vier genannten Siegel sind noch vorhanden. Das des Burggrafen Heinrich ist wohl erhalten und entspricht in der Zeichnung dem seines Vaters Conrad II., wie es bei Seibertz U.-B. I. Tab. III. Nro. 1. abgebildet ist, nur dass es kein Rücksiegel hat. Das seines Bruders Conrad III., abgebildet bei Seibertz l. c. Nro. 3. führt die Umschrift: SIGILLUM CONRADI DNI DE RODENBERG; das Godfrieds, Seibertz l. c. Nro. 5, ist fast nicht mehr zu erkennen, dagegen das Siegel der Burgmänner zu Stromberg schön erhalten und führt die Umschrift: S. BURGVI ET CASTELLANOR. I. STRONBC, wie ich schon oben Nro. 978 vermuthete.

1060.

* B. Everhard überträgt dem Kloster Marienborn ein Haus. 1278. — Abschrift im Copiar des Kl. Marienborn p. 9.

Everhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus. Notum esse cupimus, quod cum dilecte in Christo filie abbatissa et conventus in Cosvelt domum dictam Huninch in villa Otterbeke¹⁾ in parrochia Geschere ab Arnolde de Erlere in Bocholte cum omnibus suis pertinentiis emissent pro certa pecunie quantitate, dilecti in Christo . . . decanus et capitulum ecclesie nostre Monasteriensis nobis humiliter supplicarunt, quatenus proprietatem dicte domus Huninc, quam idem Ar. tenuerat ab ecclesia nostra dictis abbatisse et conventui daremus pleno iure. Nos igitur, considerantes in hac parte voluntatem dictorum decani et capituli nostri et habito consensu dicti Arnolde et suorum heredum, proprietatem domus Huninc cum omnibus suis pertinentiis transferimus in prefatas abbatissam et conventum in Cosvelt . . . , presentibus fidelibus nostris: Mattheo de Novo Castro, Ottone filio suo, Hermanno de Bermetvelde, Gerlaco de Beveren, Henrico Kersekorf²⁾ militibus et aliis, Alrado dicti monasterii provisore hoc negotium promovente a. D. M^o.CC^o.LXXVIII^o.

1061.

Otto von Rietberg, erwählter Bischof von Paderborn, lässt die Gränzen des Marienfelder Hofes Stapelage feststellen. 1279 Januar 11. — Or. Kl. Marienfeld U. 248; Abschr. Msc. I. 406. f. 11'; gedr. v. Ledebur Archiv XIII. p. 351; Zeitschr. XI. p. 351.

In nomine Domini. Amen. Nos Otto Dei gratia Paderbornensis electus etc. declaramus, quod cum incertum haberemus, quibus locorum spatiis, a latere montis Osninc versus solitudinem, curtis Stapelage termini clauderentur, tali ratione de premissis hesitatio nostra quievit, quod secundum veridicam relationem antiquorum et modernorum hominum in confinio dicte curtis commorantium dominus Johannes abbas campi sancte Marie et fratres sui tam clerici quam laici, ad quorum ecclesiam ipsius curtis dominium pertinebat, facta demonstratione terminorum et ipsa demonstratione per eos iuramento confirmata, nullam a nobis vel a successoribus nostris super hiis in posterum molestiam paterentur. Insuper ad omnem ambiguitatem a nobis et a posteris nostris penitus removendam ipsorum etiam terminorum loca propriis suis vocabulis cautum duximus exprimenda. Quorum locorum initium appellatur *Horsteregigge*³⁾; inde extenduntur ad superiorem partem vallis que dicitur *Berendal*, inde per descensum eiusdem vallis ad medium *Bavenhustede*, hinc ad semitam que dicitur *Jegerepaht*, inde per eandem semitam usque ad cimiterium capelle, hinc ad

¹⁾ Diese Bauerschaft hat später wohl ihren Namen geändert, da Haus Hüning, Kspl. Gescher, Kr. Coesfeld, jetzt in der Bauerschaft Tungerloh-Pröbsting liegt. — ²⁾ „Kersekorf“ die Handschrift. — ³⁾ „Hörsteregge“ nach Preuss u. Falkmann Lippesche Regesten Nro. 384.

vallem rivi, qui dicitur *Westerehalte*, inde per ascensum eiusdem rivi usque ad locum qui dicitur *Bredenhorne*, inde sursum trans montem *Rammesberg* ¹⁾ per vallem que dicitur *Westeredille*. Quapropter veraciter profitemur ad proprietatem sepedicte curtis pertinere, quicquid intra dictorum locorum ambitum continetur, liceatque predictis abbati et fratribus in hiis locorum terminis propriis utilitatibus in omnibus providere, sive in edificiorum structuris seu agriculturalis vel pascuis aut molendinis vel in ceteris, que ad humane vite necessaria requiruntur, et volumus, ut cultores novalium nostrorum in *Brehtmen* ²⁾ et iamdicti fratres pascua sua sibi mutuo in pace communicent, excepto tempore glandium, quando sua sibi cuique propria in hac parte decernimus remanere. Demonstrationi vero dictorum terminorum predicto modo celebrate testes ad hoc rogati aderant, quorum nomina subnotantur: ex parte capituli nostri: dominus Hinricus maior ecclesie nostre prepositus, Hermannus scolasticus, magister Thetmarus, dominus Amelungus de Driburg canonici, item Alexander plebanus in Orlinchusen, Wernherus Crevet dapifer, Volmarus de Brincke, Udo Sumerkalf, Godescalcus de Patberg milites; ex parte vero ecclesie predicti abbatis: dominus Conradus Osnabrugensis episcopus, Fredericus comes de Retberg, Otto comes de Ravensberg, Hermannus cantor Osnabrugensis, Godescalcus, Hinricus, Lutbertus fratres dicti Slavi, Johannes de Rubo ³⁾ milites et alii quam plures. Porro ad istius negotii firmitatem immobilem in posterum habendam et memoriam in perpetuum retinendam presentem paginam exinde conscriptam sigillis tam nostro quam fratrum nostrorum supradictorum, videlicet venerabilis domini Conradi Osnabrugensis episcopi et Frederici comitis de Retberg necnon et capituli nostri, de cuius consensu et beneplacito per omnia presens negotium emanavit, insuper et comitis Ottonis de Ravensberg fideliter fecimus communiri. Acta sunt hec anno Domini M^o.CC^o.LXXIX^o. in crastino beati Pauli primi heremite.

Vorhanden sind noch die Siegel des Bischofs Conrad, der Grafen von Ravensberg und Rietberg und das Electensiegel Otto's von Paderborn, welches als Secret den Rietberger Adler führt.

1062.

* Die Einkünfte eines vom Stift Metelen gerichtlich erstrittenen Gutes werden vom Bischof Everhard zur Stiftung verschiedener Memorien und Feste bestimmt. 1278 (1279) Februar 4. — Or. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archive.

Nos Everhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus omnibus in perpetuum notum facimus, quod dum Hadewerchus dictus Blome miles bona monasterii in Methelen, in quibus Hodegardis habuerat usufructum, sibi de facto usurparet, dilecte in Christo filie abbatissa et conventus in Methelen convenientes eundem Hadewerchum coram nobis dicta bona obtinuerunt in figura iudicii sentencialiter coram nobis. Pensantes igitur dicte . . . abbatissa et conventus, qualiter sibi de dictis bonis utiliter providerent, cum de hiis sex marce et amplius annis singulis possint provenire, communi consensu duxerunt salubriter statuendum, quod in anniversario nostro tres solidi in memoriam nostram conventui ministrentur, in anniversario autem . . . abbatisse Gertrudis sex solidi conventui et quinque solidi pauperibus distribuantur, quinque sacerdotibus etiam ipsius ecclesie cuilibet unus denarius porrigatur et provideatur eodem die ad luminaria de libra cere; item in anniversario fundatricis ipsius monasterii quatuor solidi; item infra octavas patronorum Cornelii et Cipriani, dum ipsorum reliquie circumferuntur, quatuor solidi; item in translatione beati Augustini quatuor solidi ad refectorium ministrentur. Ad altare autem beate Marie semper virginis unum molt silliginis in cathedra beati Petri detur annuatim et in vigilia pasche cuilibet de canonicis ipsius ecclesie duodecim denarii pro superpelliciis eorum emendandis tribuantur. Quod autem superfuerit de dictis bonis in emptionem linei panni ad vestes dominarum convertatur. Amministrationem vero predictorum bonorum

¹⁾ Ravensberg, zwischen Stapelage und Oerlinghausen. Die andern Localitäten haben Preuss u. Falkmann l. c. nicht mehr bestimmen können. — ²⁾ Noch heute existirt ein Colon „Brechmann“, Kspl. Stuckenbrock, Kr. Paderborn. — ³⁾ von dem Busche.

habeant due ex personis conventus, que de consilio alicuius de canonicis predictis, quem duxerint assumendum, provideant de premissis. Nos igitur tam pium propositum coram nobis ordinatum perpetuo precipimus in virtute sancte obedientie inviolabiliter observari, sub distinctione anathematis inhibentes, nequis hoc in posterum audeat violare. Actum presentibus: Lamberto dicte ecclesie rectore, Bernhardo, Hermanno, Thiderico et Johanne dicte ecclesie canonicis, Wilhelmo nostro notario et aliis pluribus vocatis et rogatis testibus predictorum. Datum apud Horstmare anno Domini millesimo CC^o.LXX^o. octavo, crastino beati Blasii martiris.

1063.

* *B. Everhard bestätigt den Verkauf gewisser vom Stift Münster lehnrübrigen Güter seitens des Edlen Bernhard von Ahaus an die Johanniter-Commende zu Steinfurt¹⁾, und nimmt dafür andere Güter als Entschädigung an 1278 (1279) Februar 11. Horstmar. — Nach dem Or. im Fr. Bentheim-Steinfurt'schen Archiv; Auszug gedr. bei Niesert U.-S. V. p. 58.*

In nomine Domini. Amen. Nos Everhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus, recognoscimus in hiis scriptis et volumus omnibus esse notum, quod accedentes ad nostram presentiam vir nobilis, fidelis noster, Bernardus dominus de Ahus, domina Aleydis mater eius, Sophia uxor eius, Johannes, Otto et Jutta liberi eorumdem, recognoverunt se vendidisse dilectis in Christo . . . commendatori et fratribus sancti Johannis Jherosolimitani in Stenvorde curiam Wellinc²⁾ cum omnibus suis attinentiis, ius patronatus ecclesie in Lare pertinens ad eandem curiam cum omnibus suis attinentiis, item curiam dictam Middelhof cum suis attinentiis et molendinum dictum Kalcine et quinque domos trans aquam dictam A. cum omnibus suis attinentiis, hominibus videlicet infra bona ipsa vel extra manentibus, casis, silvis, pratis, pascuis, piscaturis, agris, areis cultis et incultis, item duas domos Smedinc et Riderinc cum suis attinentiis, et plane cum omnibus spectantibus ad omnia bona predicta et quicquid in predicta parochia Lare habuerunt, preter comitiam cum tribus liberis hominibus et ius fori ibidem³⁾, pro trecentis et septuaginta marcis Monasteriensium denariorum, de quibus recognoverunt sibi esse totaliter satisfactum. Dicta quoque bona et quicquid iuris habebant in eisdem resignaverunt libere in manus nostras et Adulphi vicedompni, Ottonis de Stenvorde et Alberti de Herpen canonicorum Monasteriensium, quos ad hoc decanus et capitulum nostrum deputarat. Verum quia dicta bona tenebantur in feodo ab ecclesia nostra, prefati, B. dominus de Ahus et sui heredes, proprietatem bonorum suorum, videlicet curtis Hederike et trium casarum ibidem ac nemoris quod sufficit ad pasturam centum porcorum vel amplius, item domus Brinchus, item apud Graz domus Wescelinc et domus Heyinc, domus Colderwede, domus Overbeke, item apud Ammelo domus Heyerinc, domus Elekinc, domus Luncinc et domus Themminc resignaverunt in manus nostras et canonicorum predictorum, que bona tenebunt decetero ab ecclesia nostra in recompensam bonorum venditorum. Nos quoque proprietatem bonorum superius expressorum, que ipsi commendatori et fratribus predictis vendiderunt, de consensu dilectorum in Christo decani et capituli nostri Monasteriensis transtulimus et transferimus in dictos commendatorem et fratres memoratos et eorum successores in hiis scriptis. Resignationibus autem premissis et ordinationibus interfuerunt decanus et capitulum nostrum: Matheus et Conradus Stric, Rembertus, Egidius de Asbeke de Novo Castro milites; Gerlacus de Beveren, Albertus dapifer noster, Nicholaus de Horstelo, Rotgerus de Rammesberge, Hermannus de Willen et Conradus dictus Spiegel milites et quam plures alii clerici et layci vocati et rogati testes premissorum. Super quo de voluntate omnium et singulorum predictorum presens instrumentum fieri fecimus, et sigillo nostro ac ecclesie nostre Monasteriensis

¹⁾ Vgl. die Urk. vom 23. Sept. 1278, oben Nro. 1053.

²⁾ „Willing“, Kspl. Laer, Kr. Steinfurt.

³⁾ Siehe die Urk. vom 1. April dieses Jahres Nro. 1069.

Westf. Urk.-Buch. III. A.

communiri. Datum apud Horstmare anno Domini M^o.CC^o.LXX^o. octavo, Sabbato ante dominicam qua cantatur Esto michi.

Die zwei Siegel sind noch erhalten.

1064.

* *Der Pfarrer von Warendorf bezeugt, dass der Johanniterritter Everhard von Elen schon früher auf gewisse an das Kl. Marienfeld erhobene Ansprüche verzichtet habe. 1278 (1279) Februar 19. — Or. Kl. Marienfeld U. 211; Abschr. Msc. I. 106. f. 42.*

Ego magister Henricus plebanus veteris ecclesie in Warendorp universis presentes litteras visuris notum esse cupio et tenore presentium protestor, quod in presentia mea et aliorum quam plurium fide dignorum Everardus dictus de Elen, quondam frater et miles domus hospitalis Christi, constitutus, actioni et iuri, si quod habuit seu habere videbatur contra viros religiosos abbatem et conventum monasterii campi sancte Marie Cysterciensis ordinis occasione cuiusdam summe pecunie ex causa venditionis curtis sue Lovinchusin¹⁾ sibi debite ab eisdem, ut dicebat, et eius accessoriis, libere et absolute prehabita deliberacione spontanea voluntate penitus et liberaliter atque simpliciter renunciavit et effestucavit, nullo pacto seu condicione aliqua interveniente. In cuius testimonium presens littera est exinde conscripta et sigillo meo communita. Actum in cimiterio Warendorp, presentibus: Bertramo de Walengarde, Hermanno de Veltzethen, Syfrido militibus; Wolfardo advocato, Johanne Stumpenhûs, Henrico et Conrado fratribus de Strunckede, Gerungo iudice et aliis quam pluribus, anno Domini M^o.CC^o.LXXVIII^o. die dominica qua cantatur Invocavit.

Das Siegel ist verloren.

1065.

Everhard, Bischof von Münster, bestätigt dem Prämonstratenser-Nonnenkloster in Wesel das demselben von dem Ritter Suether von Ryngeleberge übertragene Patronatrecht über die Kirche in Brünen. 1278 März 1. Horstmar. — Abschr. Msc. II. 1. p. 79; gedr. v. Ledebur Archiv XII. p. 71.

1066.

* *Johann von Busche tritt als Laienbruder in das Kloster Kappenberg und gründet dort seine und seiner Eltern Memorie. 1278 (1279) März 7. — Or. Fr. Münster U. 168.*

Hartlevus Dei patiencia prepositus ecclesie Capenbergensis etc. protestamur, quod cum dominus Johannes de Buscho miles ex sincere devotionis intentione propositum mutaret a seculo et sacre religionis habitum, qui datur fratribus quos ad succurrendum appellamus, primo assumeret, contulit ecclesie nostre bona sita in Wirinctorpe²⁾, que dominus Conradus de Meclen miles locaverat domino Theoderico Clot militi cum filia sua Margareta pro LIII^{or} marcis Monasteriensium denariorum, salva tamen eidem Conrado militi et suis legitimis hereredibus potestate redimendi in festo Margarete virginis eadem bona pro LIII^{or} marcis memoratis. Domino Th. Clot predicto recipiente a domino Jo. prefato bona sita in Sepenhagen³⁾ sub titulo permutationis, talis conditio inter dominum Johannem et nostram ecclesiam intercessit, quod quicumque officiatu noster, cuius cure predicta bona in Wirinctorpe commissa fuerint, dabit conventui annuatim ad perpetuum servicium marcam legalium denariorum ad memoriam parentum dicti domini Jo. et uxoris

¹⁾ Nach der Urk. vom 13. April 1277, oben Nro. 1014, bei Beckum. — ²⁾ Nach einem gleichzeitigen Vermerk auf der Rückseite „prope Alen“, wo aber dieser Name jetzt nicht mehr nachzuweisen ist. — ³⁾ Gleichfalls im Kspl. Ahlen.

sue et suam, post suum decessum, sabbato ante Letare cum vigiliis IX^{em} lectionum et missa pro defunctis perpetuo sollempniter celebrandam; preterea de dictis bonis providebitur domino Jo. prehabito in vestibus et in marca denariorum in festo beati Martini hyemalis ad procuracionem piscium suorum, nisi proprio duxerit marcam arbitrio relaxandam, que modo eo defuncto ad ecclesiam nostram libere revolventur. In cuius rei testimonium et munimen presentes litteras dicto domino Jo. dedimus nostro sigillo confirmatas. Datum a. D. M^o.CC^o.LXX^o, octavo in die Perpetue et Felicitatis martyrum.

Das Siegel des Propstes ist gut erhalten.

1067.

* B. Everhard stiftet mit dem Gute Nicinch in der Bauerschaft Sprakel, Kirchspiel Überwasser, welches der Münster'sche Bürger Johann Löwe früher von ihm zu Lehen getragen und welches der Cleriker Heinrich, Sohn des Krämers Alhard, diesem abgekauft hatte, eine Subdiaconalprébende an dem St. Ludgeristifte zu Münster, und überträgt sie diesem Letztern. 1278 (1279) März 12. — Abschr. Msc. I. 70. p. 11; hieraus copirt Msc. II. 43. p. 106.

1068.

* Der Abt Johann von Marienfeld verkauft der Stadt Beckum ein derselben benachbartes Grundstück. 1278 (1279) März 30. — Or. Fr. Münster U. 469.

Johannes Dei gratia abbas ecclesie in Wadenhart ¹⁾ omnibus presens scriptum visuris salutem in eo qui est salus omnium. Notum esse cupimus universis, quod nos et conventus noster consensu unanimi ac bona voluntate domum nostram dictam Uphusen ²⁾ sitam iuxta opidum Bekehem cum omnibus suis attinentiis, videlicet agris aquis pratis nemoribus pascuis novalibus cultis et excolendis, vendidimus oppidanis in Bekehem pro centum et quinquaginta marcis proprietatis titulo ac libere in perpetuum possidendam, agris duntaxat exceptis quos Hinricus dictus Muddepenninc civis Bekemensis iam dudum quiete possedisse dinoscitur, qui aliquando attinuerunt domui superius memorate. In cuius rei testimonium presentem paginam nostri sigilli munimine duximus roborandam. Acta sunt hec apud Bekehem a. D. M^o.CC^o. septuagesimo octavo, tercio Kalendas Aprilis.

Das Siegel ist abgefallen.

1069.

Der Edle Bernhard von Ahaus verspricht, seine Freigrafschaft in Laer dem Edlen Balduin von Steinfurt bis zum 1. Mai d. J. zu übertragen. 1279 April 1. — Hier nach dem Druck bei Niesert U.-S. V. p. 62.

Nos Bernhardus nobilis dominus de Aahus notum facimus literas has visuris, quod nos et domini Hermannus videlicet de Willen, Rotgerus de Ramesberge, Claus de Horstelo et Conradus Spiegel milites, Robertus de Burse et Rodolphus Brinkinc nostri castellani hoc pariter promisimus et in his scriptis promittimus fide data, quod nos cum uxore nostra et nostris heredibus omnibus qui vulgariter *anerven* appellantur, infra festum beate Walburgis proxime nunc venturum, (ad) liberum iudicium quod *vridhinc* appellatur (et ad) domini Johannis pincerne liberam sedem que *vristol* nominatur veniemus, liberamque in Lare comitiam et nundinas ibidem, nec non liberam domum Wickerinc cum fructibus universis eidem attinentibus, sicut sita est, consanguineo nostro vero nobili domino videlicet Boldewino in Stenvordia atque suis here-

¹⁾ Schon im Jahr 1275, oben Nro. 963, kommt dieser antiquirte Name wieder vor. — ²⁾ Jetzt nicht mehr zu constatiren.

dibus omnibus qui dicuntur *anerven* donabimus et ad manus renunciabimus eorundem. Quod si non fecerimus, ex tunc opidum Cosvelt cum fideiussoribus nostris superscriptis intrabimus ibique tam diu simul iacebimus, donec predicta nostra promissio fuerit adimpleta. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est impressum. Et nos fideiussores domini nostri prenotati recognoscimus in hiis scriptis, nos pro ipso huiusmodi cautionem fideiussoriam prestitisse, sigilli sui appensione id litteris his docentes, quia sigilla propria non habemus. Datum anno Domini M^o.CC^o.LXXIX^o, Kal. Aprilis.

1070.

* *Das Münster'sche Domcapitel nimmt ein von dem Colonen schlecht bewirthschaftetes Gut auf acht Jahr unter die eigene Verwaltung. 1279 April 6. — Abschr. Msc. I. A. p. 296.*

Thidericus de Bissendorpe canonicus ecclesie Monasteriensis omnibus presens scriptum intuentibus notum facimus, quod inter nos ex una parte et Meghteldem ac filium eius Wilhelmium de Rodorpe ex altera super manso Renerinc¹⁾ et eius attinentiis talis ordinatio sive amicabile compositio intercessit, quod Mechtildis et Wilhelmus predicti, quia non fecerant de ipso manso et attinentiis Renerinc secundum quod de iure facere tenebantur, resignaverunt in manus nostras presentibus probis viris dictum mansum cum attinentiis suis ad octo annos, qui incipiunt a festo sancti Jacobi apostoli nunc futuro; infra quos octo annos libere utemur omniibus et singulis pertinentibus ad dictum mansum sive in agris pascuis pratis nemoribus et aliis quibuscumque, excepta domo et area comprehensa infra septa domus que Nedertun dicitur, quam inhabitabit dicta Meghteldis usque ad octo annos superius computatos, et cum eadem domo habebit illud ius nemoris, quod *lofware* vulgariter dicitur. Dictis vero octo annis elapsis ipsa Mechteldis tenebit ipsum mansum a nobis vel successore nostro, quamdiu vixerit, dummodo de ipso solitam solvere valeat pensionem, videlicet quatuor²⁾ Monasteriensis monete et duos modios nucum dimidie mesure singulis annis in festo beati Martini et tempore glandium unum porcum. In evidens vero testimonium premissorum tam nostro quam domini cantoris et Ludolphi de Rechede canonicorum Monasteriensium sigillis presens pagina communitur. Acta sunt hec Monasterii presentibus hiis: magistro Henrico cantore et Ludolfo de Rechede predictis etc. a. D. M^o.CC^o.LXX^o. nono, VIII^o. Idus Aprilis.

1071.

* *B. Everhard überträgt dem Kloster Rengering ein von der Familie von Busche angekauftes Gut. 1279 April 16. — Or. Kl. Rengering U. 29; Abschr. Msc. I. 108. f. 44.*

Everhardus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus etc. scire volumus tam presentes quam posteros, quod in presentia nostra constituti Jutta dicta de Buscha, Cristina filia eius, Helmicus de Hon maritus dicte Cristine, Everhardus et Jutta nati dicte Cristine recognoverunt, se domum dictam Sūthotman³⁾ que quondam fuerat Everhardi militis de Buscha, legaliter vendidisse dilectis in Christo . . . abbatisse et conventui in Rengerinc ordinis Cisterciensis pro certa pecunie quantitate . . . resignantes dictam domum in manus nostras cum omnibus suis attinentiis apud Woltbeke coram nostra familia . . . Nosque recepta libera resignatione dicte domus cum suis attinentiis ab eisdem, abbatisse et conventui memoratis contulimus iure proprietatis possidendam. Huic etiam quidam adciti sunt homines venditioni et resignationi, Bernhardus videlicet et uxor sua cum liberis ipsorum, ut eodem iure, quo supradictis servierant, predicto cenobio in perpetuum attinerent. Acta sunt hec hiis presentibus: honorabili viro Wolramo preposito Monasteriensis.

¹⁾ Im Kspl. Borup, Kr. Coesfeld, nicht mehr nachzuweisen. — ²⁾ „solidos“ fehlt. — ³⁾ Im Kspl. Enniger nach dem Copiar und dem Actenrepertor; daher wohl das jetzt „Sudhof“ genannte Colonat, nördlich von Enniger.

Hermanno de Langen, Rolando de Vegthorpe, Henrico Kirsekorf, Hermanno Codde, Hermanno quondam iudice, Bernhardo Salvisch, Wolthero et Hermanno de Bunstorpe militibus, Hermanno dicto Guncen et Hermanno de Hondorpe et Stacio dicto Gans, Ludolfo de Santberge et Andrea de Scolden famulis et aliis quam pluribus anno Domini M^o.CC^o.LXXVIII^o, XVI^o. Kalendas Maii.

Das Siegel des Bischofs ist beschädigt.

1072.

* B. Everhard tauscht mit Rembert von Stockum Besitzungen aus. 1279 Mai 18. Horstmar. — Or. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archiv (Metelen).

Nos Everhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus universis presentia visuris notum facimus, quod nos ius proprietatis decime domus de Stengrove ¹⁾ site in parrochia de Oyttope, quam decimam Rembertus de Stochem miles tenuit a nobis et ecclesia nostra Monasteriensi, eidem contulimus, recipientes ab ipso ius proprietatis domus de Slade ²⁾ site in parrochia de Epe cum suis atinentiis pro eadem, presentium testimonio litterarum presentibus hiis: Matheo de Novo Castro, Ottone filio suo, Hermanno de Gy-methe, Johanne de Tunen militibus, Wescelo Stric, Johanne dicto Tuent famulis et aliis quam pluribus. Datum apud Horstmare feria quinta ante festum pentecostes anno Domini M^o.CC^o.LXXIX^o.

1073.

Gernhard von Quernheim leistet, mit verschiedenen Mitgliedern seiner Familie, Verzicht auf einen von ihm an das Kloster Vinnenberg verkauften Hof. 1279 Juni 21. — Or. Kl. Vinnenberg U. 5; Abschr. Msc. I. 109. f. 21; gedr. Niesert U.-B. I. 1. 420.

Everardus Dei gratia episcopus Monasteriensis . . . notum esse cupimus, quod constituti in presentia nostra Gerhardus de Quernhem famulus et Oburgis uxor eius, nullos filios et filias legitimos habentes, recognoverunt et confessi sunt se vendidisse dilectis in Christo . . . preposito . . . abbatisse et conventui monasterii in Vinnenberg nostre dyocesis curtim dictam Ludolfinchhof ³⁾ et casam dictam Horn cum omnibus suis iuribus et atinentiis, sitis in parrochia Ostbeveren pro centum et decem marcis usualis nostre monete, quam pecunie summam sibi recognoverunt ab eisdem preposito, abbatisa, et conventu traditam et assignatam, renuntiantes omni exceptioni non tradite, non numerate pecunie, seu alio quocunque legis auxilio quod sibi contra premissa possit aliquatenus suffragari, resignantes dictam curtim et casam cum suis atinentiis una cum Cristina relicta quondam Wesceli de Quernhem militis matre eiusdem Ger. et Brunone fratre, Cristina et Gysla uxore Everhardi de Lon militis, sororibus eiusdem, Ger. ac Wescelo et Cristina eorundem Gysle et Everhardi liberis et Bernhardo de Daverenberge milite, qui dicte venditioni consenserunt, in manus dictorum prepositi, abbatisse et conventus dicta bona resignantes et assignantes libere et expresse iure proprietatis quod *egen* vulgariter nuncupatur. Qui omnes et singuli renuntiaverunt omni iuri seu actioni, quod ipsis seu aliquibus ipsorum nunc competeret in dictis bonis vel posset competere in futuro. Idemque Gerhardus de Quernhem famulus, Bruno frater suus, Gotfridus monachus in Lysborn frater suus, Gerhardus miles de Quernhem avunculus eorundem ad liberam sedem apud Enen ⁴⁾ personaliter accedentes tertia feria post octavas Pentecostes ⁵⁾ presentibus ibidem fidelibus nostris nomine nostro:

¹⁾ Steingrub, südlich von Ochtrup, Kr. Burgsteinfurt. — ²⁾ Schlaman bei Epe, Kreis Ahaus. Vgl. die U. Nro. 1075. — ³⁾ Nach einem älteren Vermerk auf der Rückseite der Urkunde „Schulte Lölinck“, ohne Zweifel der im Krsp. Ostbevern beim Hause Bevern belegenen Schulzenhof, der auf der Kreiskarte von Stierlin und auf der Generalstabskarte fälschlich „Schulze Lötting“ genannt wird. — ⁴⁾ Freistuhl bei Eine, unweit Warendorf. — ⁵⁾ Mai 30.

Hermanno de Langen, Hermanno de Wittene, Theodorico de Sconenhek, Hinrico Kersencorf, Johanne de Darevelde, Bertrammo de Walegarden, Syffrido de Warendorp, Hermanno de Spadowe, Gozscalco de Ascheberge et aliis quam pluribus militibus et famulis dictam curtim et casam ut predictum est ibidem resignarunt, recognoscentes premissa ita esse. Dictusque Gerhardus de Quernhem miles promisit ibidem, quod omnes liberos suos filios et filias coram castrensibus in Stromberge premissa faceret resignare et hoc scripto suo et castrensium communire. Promiserunt etiam ibidem Hermannus de Velzeten, Gerhardus de Quernhem, Syffridus advocatus et Bruno de Vrekenhorst milites, Johannes de Stumpenus et Adolphus de Ostenvelde famuli pro Gerardo predicto famulo et suis veris heredibus quod super dictis bonis debitam faciant warandiam. Pro Godefrido de Quernhem milite promiserunt iidem milites et famuli, quod infra festum beati Bartholomei proximum veniet, si poterit, ad nostram presentiam predicta predia resignaturus. Si vero venire personaliter pre necessitate urgente non poterit, dictam resignationem faciet apud Vlotowe, ubi ipse manet, coram castrensibus cum suis liberis et super eo dabit literas patentes suo sigillo et aliorum castrensium suorum quos habere poterit sigillatas. Predicti etiam Gerhardus famulus et sui fideiussores prefati promiserunt, quod soror ipsius Gerhardi sanctimonialis in Hersebroke de dictis prediis resignationem faciet coram sua abbatissa et conventu et super eo dabit literas patentes ipsius abbatisse, quas omnes literas idem Gerhardus de Quernhem et sui fratres promiserunt in suis expensis monasterio in Vinnenberg presentare. Actum presentibus Brunsteno decano maiore, Gerardo de Lon, Bernhardo de Asbeke preposito, Adolpho vicedompno, magistro Hynrico cantore, magistro Lutberto, Gerardo de Monasterio, Wernhero de Rede, Theodorico cellerario canonicis Monasteriensibus. Datum anno Domini M^o.CC^o. septuagesimo nono, undecimo Kalendas Julii.

Das Siegel B. Everhard's ist ziemlich gut erhalten.

1074.

B. Everhard vermittelt den Frieden zwischen den Edlen Bernhard von Ahaus und den Burgmännern zu Nienborg einer- und den Bürgern von Groenlo andererseits. Datum apud Sutholte a. D. MCCLXXIX, sabbatho post festum B. Bartholomei Apostoli (August 27.). — Wiederholt bei Niesert U.-S. V. p. 434. nach dem fehlerhaften Abdruck bei Bondam Charterb. p. 632.

1075.

* Rembert von Stockum stattet seine Enkelin Gertrud bei ihrem Übertritt ins Kloster Marienborn mit einem vom Hochstift Münster lehrührigen Gute aus, und entschädigt letzteres durch Übertragung einer andern Besitzung. 1279 August 28. — Or. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archive (Marienborn).

Nos Everhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus omnibus notum esse cupimus, quod Rembertus de Stochem¹⁾ miles et sui heredes Gertrudem neptem suam monasterio in Cosvelt Cisterciensis ordinis tradentes, predium quod vocatur Dethardine apud Hewen in parrochia Scopingem²⁾ eidem monasterio contulerunt. Verum quia proprietates dicti predii erat ecclesie Monasteriensis, proprietatem domus in Sla...³⁾ in parrochia Epe ecclesie Monasteriensi resignarunt et eandem tenent a nobis per modum concambii ratione predii supradicti. Ut autem etc. Actum et datum apud Cosvelt, presentibus Matheo de Novo Castro, Ottone filio suo, Conrado Stric, Gerlaco Bittere, Gerlaco de Beveren, Alberto dapifero militibus et aliis quam pluribus a. D. M^o.CC^o.LXX^o. nono, dominica ante decollationem Johannis Baptiste.

An leinenen Fäden hängt ein Bruchstück des kleineren Siegels B. Everhard's.

¹⁾ Vgl. die U. v. 23. September 1278, oben Nro. 1054. — ²⁾ Deiter, Br. Heven, Kspl. Schöppingen, Kr. Ahaus. — ³⁾ Die übrigen Buchstaben sind zerstört; aus der U. vom 18. Mai d. J. oben Nro. 1072, ergibt sich aber, dass „Slade“ zu lesen ist.

1076.

* *Arnold von Hassel verkauft vor dem Gericht Bernhard Wulfs zu Lüdinghausen ein Grundstück an das Kloster Kappenberg. 1279 September 22. — Abschrift Msc. II. 45 p. 174*

Nos Bernardus miles de Ludinchusen dictus Vulf universis ad quos presentia pervenerint, protestamur, quod Arnoldus de Hasle constitutus coram nobis in figura iudicii Ludinchusen, presentibus Godefrido de Emete et Gerlaco Bettinc militibus, Theoderico Kiege, Ludolpho de Metlere, Theoderico de Huppelo, Arnoldo de Reno et Rotgero de Hasle et aliis quam pluribus, resignavit omne ius quod habuit vel ad ipsum potuit pertinere in casa que Scarpenburg dicitur, et quibusdam agris pertinentibus ad eandem sitis in Hasle ¹⁾, prestito consensu uxoris sue Petronille et Jutte unice filie sue, quem consensum subsequendum repromisit Conradus de Metlere. Demum in figura iudicii Borch coram Alberto iudice, Wilhelmo et Theoderico sacerdotibus de Capenberg, Richardo de Alstede, Ludolpho de Aldenborch, Johanne de Dorle et quam pluribus aliis dicta Petronilla et Jutta eius filia prestitum prius consensum adhibuerunt voluntarium et expressum. Postremo nequid de contingentibus videretur omitti, prefati Arnoldus, Petronilla et Jutta prehabitam casam cum suis attinentiis resignaverunt in manus domini Hartlevi prepositi Capenbergensis dicte Capenbergensis ecclesie iure proprietatis perpetuo possidendam, presentibus Conrado celerario, Bernardo de Metlere qui predictas duas recepit resignationes ab eisdem, Bernardo custode sacerdotibus; Bertoldo camerario, Henrico dicto Horich fratribus et aliis quam pluribus. In cuius rei testimonium evidens sigillum nostrum et sigillum domini Hartlevi prepositi Capenbergensis predicti ad petitionem sepedicti Arnoldi presentibus literis sunt appensa. Datum in die beati Mauricii et sociorum eius anno Domini millesimo ducesimo septuagesimo nono.

1077.

* *Nachdem der Münster'sche Bürger Johann Blanke mit seinem Sohne, dem Cleriker Alexander, das von dem Hochstift Münster lehrwürdige Gut Weninctorpe in parochia Hiltorpe (Wentrup, Kspl. Hiltrup bei Münster) in die Hände Bischof Everhard's resignirt hatte, stiftet dieser zum Behuf des Alexander Blanke eine neue Präbende an dem St. Ludgeri-Stifte. 1279 October 1. — Das fast ganz zerstörte Original: St. Ludgeri U. 6; Abschrift Msc. I. 70. p. 17; hieraus copirt Msc. II. 43. p. 107.*

Von den drei früher anhängenden Siegeln sind die des Bischofs und des Domcapitels fast ganz zerstört; das des Capitels von St. Ludgeri aber wohl erhalten. Es zeigt das Brustbild des h. Ludgerus, der in der Rechten einen Bischofsstab und in der Linken ein geschlossenes Buch hält.

1078.

* *Dechant, Richter und Rathmänner von Beckum bezeugen den Verkauf einer Rente. 1279 October 7. — Or. Fr. Münster U. 174 a.*

Nos Hinricus decanus Bekemensis ecclesie, iudex et consules Bekemenses tenore presentium protestamur, quod nobis presentibus Gertrudis relicta quondam Alberti dicti Wostehoven de consensu heredum et coheredum suorum vendidit voluntate spontanea redditus decem solidorum quibusdam nostris concivibus coheredum suorum vendidit voluntate spontanea redditus decem solidorum quibusdam nostris concivibus decimam de curte Bildewic solvere debentibus, receptis ab eisdem octo marcis numerate pecunie, et pro una marca agris in parte sitis iuxta rivum Eherades molen ac iuxta Collenberg et agris versus orientem apud Thuninchusen ²⁾ sitis. Ad quorum decem solidorum solutionem se taliter obligavit, quod si eandem

¹⁾ Bauerschaft Hassel, Kspl. Bork, Kr. Lüdinghausen. — ²⁾ Bauersch. Dünninghausen im S.-W. von Beckum.

quolibet anno nomine decime predictae de Bildewic statutis temporibus non persolverit, emptores memoratos de dampnis provenientibus ex tali negligentia redderet indemnes. Demonstravit autem prelibatam pensionem recipi de ipsius area infra muros Bekemenses et de agris sitis iuxta viam Stromberg, ac de agris iuxta Elherades molen, necnon de agris iuxta aream Bildewic sitis sibi attinentibus, si per inopentiam ipsa vel sui coheredes in solvendo fierent negligentes. Acta sunt hec presentibus Jo. de Polhem, Henrico de Thunninchusen, Hinrico de Weseldoren, Tizone de Wersa, Burghardo de Sutholt, Gerewino Suartewolt et aliis quampluribus fide dignis. In cuius rei testimonium presenti pagine nostra sigilla nos decanus Bekemensis, iudex et consules Bekemenses duximus apponenda. Datum anno Domini M^o.CC^o.LXX^o. nono, nonis Octobris.

Die beiden Siegel sind verloren.

1079.

Eberhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus *macht* universis abbatibus, prioribus, prepositis, decanis, archidiaconis, provisoribus religiosarum domorum, ecclesiarum rectoribus, sacerdotibus et ecclesiis ordinis seu status cuiuscunque civitatis et diocesis Monasteriensis *eine Reihe von Statuten bekannt, an deren Schlusse es heisst*: Hec universis vobis sub sigillo curie nostre signavimus. Datum et pronunciatum feria secunda post Gereonis et Victoris martirum anno D. Millesimo CCLXXIX. (1279 October 16). — *Zuerst gedruckt in dem zweitältesten Buche der Münster'schen Typographie: «Statuta Provincialia et Sinodalia Dyocesana Monasteriensia — a Johanne Lymburgio Aquensi Monasterii Vuesfalie electissimo caractere impressa anno nostre salutis 1486 Pridie Ydus Octobris»¹⁾. fol. 73 et sqq. hieraus wiederholt bei Hartzheim III. p. 644. und bei Niesert U.-B. I. I. p. 4—26.*

Die Ächtheit dieser Statuten unterliegt, wie mir scheint, sehr begründeten Zweifeln. Zunächst ist zu bemerken, dass sie von keiner einzigen archivalischen Quelle uns überliefert werden; es liegt weder eine Originalurkunde davon vor, noch finden sie sich in dem im J. 1362 verfassten Domcopiar, Msc. I. A, worin, wie man mit aller Bestimmtheit sagen darf, sie abgeschrieben sein müssten, wenn sie je in Münster publicirt worden wären, ebensowenig aber auch giebt sie das Statutenbuch des Doms, Msc. I. 7. p. 84—136. Sodann muss es aber das höchste Bedenken erregen, dass in diese angeblich am 16. October 1279 publicirten Verordnungen (ed. v. 1486 f. 80^v) das von ebendemselben Bischof Everhard anno D. 1282 in generali synodo post Gereonis et Victoris martirum erlassene Statut, welches im Originale (Fr. Münster U 188^a) und in der Abschrift des Domcopiars, Msc. I. A. p. 184, vorhanden ist, sich aufgenommen findet, aber mit Unterdrückung des ganzen Datums und unter Hinzufügung bedeutender im Original nicht befindlicher Zusätze²⁾. Zeigt sich nun schon darin, dass ein urkundlich älteres Statut mit Verschweigung des richtigen Jahrs einem angeblich frühern eingereiht wird, eine fälschende Absicht, so sehen wir diese in den Veränderungen, welche das ächte Statut von 1282 im Druck Lymburgs erfahren hat, noch schärfer hervortreten. Denn während der Eingang des ersteren lautet: Everhardus Dei gratia episcopus, prepositus, decanus et capitulum ecclesie Monasteriensis, wonach also der Bischof zusammen mit dem Domcapitel und dessen Vorstehern die erlassende Behörde bildet, hat der Druck dies fälschend in: Everhardus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus prepositus, decanis tam religiosis quam secularibus, nec non toti clero civitatis et diocesis Monasteriensis umgewandelt, und auf den Bischof allein die Vollgewalt der geistlichen Autorität über-

¹⁾ Der Druck des ältesten Buchs „Rodolphi Langii carmina“, von welchem die Paulinische Bibliothek hierselbst zwei Exemplare besitzt, wurde am 29. Juli des nämlichen Jahrs beendet. Der historisch wichtige Inhalt der „carmina“ des in der politischen und Culturgeschichte so bedeutsam hervortretenden Propstes am alten Dom, Rudolf von Langen, dürfte allein schon ihren Wiederabdruck, welchen auch, wie wir hören, Herr Friedrich Regensberg als Nachfolger Johann Lymburgs und als Besitzer der ältesten (fürstlichen und domcapitularen) Buchdruckerei der Stadt Münster in der nächsten Zeit besorgen wird, rechtfertigen. — ²⁾ Abgedruckt bei Niesert l. c. p. 26. mit von „Et licet — adimplere procurent“. Niesert spricht die Vermuthung aus, dass diese Zusätze von einer spätern Erneuerung herrührten. Doch dafür fehlt jeder Beweis. Im Domcopiar von 1362 finden sie sich wenigstens nicht.

tragen. Wir werden demnach den ähnlichen Eingang in den angeblichen Statuten von 1279 als den kirchlichen Verhältnissen der damaligen Zeit widersprechend zu verwerfen um so mehr das Recht haben, als das ächte Statut von 1282, weit davon entfernt, dem Bischof in der Kirche seines Landes eine solche gebieterische Stellung anzuweisen, vielmehr die ausdrückliche Angabe enthält, dass es de communi consensu prelatorum tam religiosorum quam secularium nec non totius cleri et civitatis et dyocesis Monasteriensis . . . erlassen sei. Wenn der Bischof dann in den Statuten von 1279 zum Schluss sagt: Hec universis vobis sub sigillo curie nostre signavimus, so tritt auch hierin das Streben hervor, die bischöfliche Gewalt als eine absolute, unumschränkte darzustellen, aber auch hier im entschiedensten Widerspruch mit der beglaubigten Geschichte. Zwar muss zugegeben werden, dass in dieser Zeit schon ein geistlicher Gerichtshof in Münster bestand; wir haben selbst oben Nro. 996 eine bisher ungedruckte Urkunde von dem Official desselben bekannt gemacht, welche er sigillo nostro maiori beglaubigte und bemerkt, dass dies die Umschrift (Sigillum) Curie Monasteriensis führe. Aber hier ist wohl zu bemerken, dass dasselbe von dem Official gebraucht wird, nicht von dem Bischofe. In der That wäre es auch höchst sonderbar, wenn der Bischof, der sein eignes Siegel hatte, nicht dieses jedenfalls in höherem Ansehen stehende, was er allein zu führen berechtigt war, gebrauchen, sondern bei einer so wichtigen, das ganze Land im höchsten Grade interessirenden Veranlassung, wie die Publication von Synodalstatuten ist, das Siegel einer ihm untergeordneten Behörde in Anwendung bringen wollte. Und dass B. Everhard damals nur dies sein persönliches Siegel, welches wir oben Nro. 987 u. 990 beschrieben haben, zusammen mit dem bekannten des Domcapitels bei Publication von Synodalstatuten gebrauchte, das ergiebt sich auf's Schlagendste aus den ächten Statuten von 1282, an deren Schluss es heisst: Ut autem hec provide statuta tam a nobis quam ab aliis inviolabiliter observentur, presentem paginam tam nostro quam ecclesie nostre Monasteriensis sigillis fecimus communiri. Als einen ähnlichen Verstoss haben wir es zu bezeichnen, wenn der Fälscher den Bischof von seinen Unterthanen sprechen lässt (Niesert p. 23. præcipimus universis nostris subditis); das sind Begriffe und Anschauungen wohl des 15., aber nicht des 13. Jahrhunderts; selbst König Rudolf, als er dem Bischof Everhard am 19. Juni 1275 die Regalien seines geistlichen Fürstenthums verließ, oben Nro. 966, machte er dies nicht den Unterthanen, sondern vielmehr: universis et singulis vasallis, ministerialibus et hominibus ecclesie Monasteriensis bekannt. Dass der Redacteur der Statuten von 1279 überhaupt jener Zeit fern gestanden und die chronologischen Verhältnisse der Regierung B. Everhard's nicht gekannt haben muss, ersehen wir auch aus dem Eingange, wo er den Bischof zuerst Meminimus nos plura statuta pro honestate et defensione nostri cleri edidisse sagen und dann weiter ausführen lässt, weil trotzdem die Sitten der Cleriker sich verschlechtert hätten, so habe er durch Erneuerung der von ihm und seinen Vorfahren erlassenen Statuten, ihrer Faulheit und Nachlässigkeit zu Hülfe kommen wollen. Der Ausdruck meminimus setzt jedenfalls eine längere Reihe von Jahren voraus, als dass B. Everhard, der erst gegen den 25. Februar 1276 consecrirt wurde, ihn schon am 16. October 1279 hätte gebrauchen können. Überdies ist von Statuten aus diesen Jahren auch nicht das Mindeste bekannt; aber selbst angenommen, Everhard habe solche schon im J. 1276 erlassen, so berechtigte ihn eine Erfahrung von nur drei und einem halben Jahre nicht, in diesem Ton von der Erfolglosigkeit seiner Anordnungen zu sprechen. Aber diese Klagen gehören gar nicht B. Everhard an; alle diese schönen Redensarten sind Lumpen und Lappen, die der Fälscher aus dem Eingang der Statuten des Erzbischofs Siegfried von Köln 1275—1297 sich zusammengesucht und auf B. Everhard übertragen hat. Und nicht bloß diese Einleitung, sondern auch der ganze Inhalt der Münster'schen Statuten v. 1279 sind jener Quelle (in der Ausgabe des Lymburg, fol. 33 sq., in den « Statuta seu decreta provincialium et diocesanarum synodorum s. ecclesie Coloniensis » Köln bei Quentel 1554 fol. 34 sq.) wörtlich entnommen. Dies hat allerdings schon Binterim Pragm. Gesch. der deutschen Concilien V. p. 91 bemerkt, aber fern davon, in den Münster'schen Statuten eine Fälschung zu sehen, dieselben vielmehr benutzt, um aus ihrer Übereinstimmung mit den Kölnischen die Publicationzeit dieser Letzteren, welche kein Datum tragen¹⁾, zu bestimmen, und deswegen

¹⁾ Weder in der Ausgabe von 1486 noch in der von 1554. Wenn Hartzheim III. 657—671, der, wie er selbst am letztern Westfäl. Urk.-Buch. III. A.

angenommen, l. c. p. 92, dass das Cölnische Concil, auf welchem jene Beschlüsse gefasst worden, in das J. 1276 fallen müsse.

Gesetzt aber, B. Everhard habe wirklich im Jahre 1279 jene Statuten publicirt, so bleibt seine Verordnung von 1282, die doch im Original vorliegt, ein vollkommenes Räthsel. Wie kann ein Bischof, der im J. 1279 die vollständigern Verordnungen eines spätern Metropolitens, Siegfrieds 1275—1296, in einem weitläufigen Document zu den seinigen gemacht hatte, drei Jahr später dies vollkommen ignoriren und sich nicht auf diese Erlasse Erzbischof Siegfrieds, sondern vielmehr auf die seines zweiten Vorgängers, Conrads, aus d. J. 1261 beziehen, wie dies B. Everhard in der U. von 1282 in den Worten: *ad instar eorum que iam dudum statuta et ordinata fuerunt per venerabilem patrem dominum Conradum felicitis recordationis Coloniensem archiepiscopum in provinciali concilio Coloniensi wirklich thut?* Allerdings muss man zugeben, dass die ersten Bestimmungen dieses Statuts von 1282: *Quod clerici officia vel commercia secularia maxime inhonesta non exercent. Item manifestam cohabitationem clericis firmissime prohibemus* zwar in den Statuten Conrads (ed. v. 1554 p. 9 u. 10) sich finden, aber in dieser Fassung nicht daraus, sondern vielmehr aus denen Siegfrieds l. c. p. 35: *Et quamlibet cohabitationem mulierum et clericorum manifestam — districtius inhibemus. Item clerici officia vel commercia secularia non exercent per se, alios vel alias fast wortgetreu entlehnt sind; man muss sogar zugestehen, dass die dritte Verordnung B. Everhards: Item ne arma portent preter necessitatem vom Erzb. Conrad nicht erlassen, sondern vielmehr hier aus den Statuten Siegfrieds l. c. p. 35: Item arma non ferant neque gladios nisi hoc faciant ex causa necessatis wörtlich hinübergewonnen ist. Es steht demnach fest, dass B. Everhard zwar nur die Satzungen Erzb. Conrads ausdrücklich anführt, trotzdem aber auch die seiner Nachfolger benutzt, wie ich denn insbesondere glaube, dass das Nächstfolgende in Betreff der Zehnten und der Räuber und Mordbrenner, die sich an kirchlichem Gut vergreifen, aus den Statuten Erzb. Engelberts v. Jahr 1266 (l. c. p. 20 u. 21) geflossen ist. Sonach würde das feststehen, dass die undatirten Statuten Erzb. Siegfrieds wenigstens vor dem October 1282 erlassen sein müssen, da B. Everhard sie bei seiner damals publicirten Verordnung offenbar benutzt hat. Aber eben dieser Umstand schliesst auch vollkommen die Möglichkeit aus, dass er diese im J. 1282 in so kurzem Auszuge benutzten Statuten schon im J. 1279 fast in ihrem vollständigen Tenor zu den seinigen gemacht und ohne alle Beziehung auf die Cölnische Metropolitankirche, von der sie ausgegangen, als sein Werk und seine Befehle dem Münster'schen Clerus zur Nachachtung bekannt gemacht habe. In Betreff der zwei ersten Verbote des Zusammenwohnens mit Frauen und des Betreibens von Handel und weltlichen Geschäften wenigstens ist es geradezu unerklärlich, dass B. Everhard diese in so kurzgefassten Befehlen erlassen haben könnte, ohne zugleich auch Bezug zu nehmen auf seine drei Jahre zuvor publicirten vollständigeren Verordnungen (ap. Niesert l. c. p. 7). Da eine solche Bezugnahme im Original-Document v. 1282 aber fehlt, so dürfen wir die nur in dem Druck v. 1486 überlieferten Statuten v. 1279, unter Berücksichtigung der in ihnen sonst zu Tage liegenden Verdrehungen, Anachronismen und Fälschungen und bei dem Mangel jeder archivalischen Quelle, für ein zum Zweck der Erhöhung der bischöflichen Autorität nicht mit allzuviel Sorgfalt ¹⁾ verfasstes literarisches Machwerk des 15. Jahrhunderts halten.*

Ort angiebt, nur aus dem zweiten Buch schöpft, denselben das Jahr 1281 vorsetzt, so ist dies nur als eine Conjectur zu betrachten

¹⁾ Wie liederlich dieser Fälscher arbeitet, geht beispielsweise daraus hervor, dass, nachdem er (bei Niesert p. 9) bis „admitti poterunt si requirunt“ sein Original ausgeschrieben (Stat. Siegfriedi ed. von 1554 p. 36 b), er plötzlich die sonst beobachtete Reihenfolge aufgibt, und die beiden folgenden Statuten: „Quando non debeat celebrare sacerdos“ und „de personali residentia clericorum in propriis beneficiis“ anticipirend ebendaher aus p. 47 b einreißt. Was soll es nun heißen, wenn gegen den Schluss (ap. Niesert p. 21.) sich bei ihm noch einmal findet: „Illud quod statutum est per nos de clericis in suis beneficiis non residentibus innovamus.“ Klingt das nicht, als ob der Bischof in früheren Jahren schon darüber eine Verordnung erlassen habe, die er hier noch einmal kurz in's Gedächtniss zurückrufe? In der That aber rührt dies nur daher, dass der Fälscher, nachdem er in dem Vorhergehenden die Statuten Siegfrieds bis 46 a. abgeschrieben hat, jetzt bei seinem Excerpiren auf diese beiden schon früher vorweggenommenen Paragraphen wiederum stößt, und den einen wenigstens noch einmal berühren will. So entsteht denn der lächerliche Unsinn, dass der Fälscher den Bischof

Man wird diese Ansicht vielleicht weniger schroff finden, wenn man erfährt, dass gegen noch ein anderes dieser von Johann Lymburg gedruckten Münster'schen Synodal-Statuten schon früher von kompetentester Seite her begründete Bedenken obgewaltet haben. Es ist dies das Statut des Bischofs Ludwig v. J. 1317, bei Joh. Lymburg fol. 85, bei Niesert l. c. p. 39, welches gleichfalls weder im Originale, noch auch im Domcopiar, noch in einer sonstigen alten Abschrift vorliegt. In diesem angeblichen Document sagt der Bischof, dass da viele Rectoren von Kirchen von denen, welchen sie ihre Kirchen verpachteten (locant), oft so viel forderten, dass von dem Überschuss die Vicare nicht bequem leben und die jura episcopalia entrichten könnten, so verordne er, dass solche Verpachtungen künftig in Gegenwart der Archidiacone, die nach dem Rechten zu sehen hätten, vorzunehmen seien; in Bezug aber auf die Rectoren in cathedrali, veteris ecclesie S. Pauli, S. Martini, S. Ludgeri ecclesiis, welche archidiaconos non habeant behalte er sich und seinem Official diese Function vor ¹⁾. — Jedenfalls hätte schon dieser rohe Ausdruck — *ecclesias suas locare* — in dem Munde eines Bischofs Zweifel gegen die ganze Urkunde erregen müssen. Diese scheinen aber erst dann laut geworden zu sein, als das Capitel von S. Ludgeri aus den angeführten Worten seine Exemption von der Archidiaconalgewalt des Dompropstes deduciren wollte. Dies erfolgte zuerst im J. 1744, als der Canonicus Zurmühlen von S. Ludgeri vom Archidiaconatgericht *cis aquas*, vorgeladen *ad respondendum de ecclesia*, die Einrede *fori incompetentis* erhob, und als diese verworfen wurde, an das Officialatgericht appellirte. Hier nun legte zur Begründung der Exemption des Capitels von S. Ludgeri von der Jurisdiction des Archidiaconi letzteres auch eine Abschrift dieses Statuts von 1317 vor, worauf das Officialat dann an das Vicariat-Gericht *Requisitoriales* zur Production des Originals des erwähnten Statuts erliess, von letzterem aber den Bescheid erhielt, dass das Original dort nicht existire. Hierauf erging vom Officialat unter dem 7. November 1744 an das Capitel von St. Ludgeri der Befehl, das *prätensum statutum Ludovici episcopi* zu produciren, dieses aber bat, durch den Augenschein im Capitelhause von der Ächtheit dieser Stücke sich zu überzeugen. «Bei dem Augenschein, welcher hierauf abgehalten ward, fand sich, dass das statutum in einem alten Buche in antiquissimo Typo, vulgo sub littera divi Petri, dessen Titel *Vita divi Ludgeri* ²⁾, abgedruckt war.» Wegen des kurz darauf erfolgten Todes des Canonicus Zurmühlen blieb die Streitfrage damals unentschieden. Erst im J. 1804 ergab sich eine Veranlassung sie wieder aufzunehmen. Ohne aber hier in deren Einzelheiten einzugehen, bemerken wir nur, dass der Dompropst Engelbert von Wrede in seinem Schreiben an das Domcapitel vom 27. Juli 1801 (dessen Original mit den andern hierauf bezüglichen Verhandlungen unter den Acten von St. Ludgeri Nro. 72 vorliegt) ausdrücklich bemerkt: «Es sind in dieser Streitsache sehr erhebliche Zweifel gegen die Ächtheit der dort angeführten Stücke, des Statuti Ludoviciani und der Confirmation der Statuten des Capitels ad S. Ludgerum erhoben.» Wegen der im folgenden Jahre erfolgten Auflösung des Fürstenthums Münster ward aber auch damals die Sache nicht zum Austrag gebracht.

seine schon im Anfange des Statuts erlassene Verordnung eben darin noch einmal ausdrücklich erneuern lässt. Eine bei einer amtlichen Schrift ganz unerhörte Formlosigkeit! Eine ähnliche ist noch am Ende der Statuten (Niesert p. 23.) wahrzunehmen, wo der Fälscher den Inhalt der Statuten noch einmal recapitulirt, und diese Wiederholung in ganz ungehöriger Weise mit den Worten „*salvis aliis constitutionibus nostris*“ an seine Excerpte aus Siegfrieds Statuten schliesst, die er bei den Worten „*ecclesiastico interdicto subiacere*“ (l. c. p. 48b.) verlassen hat.

- 1) Auch hierin tritt das Bestreben des Fälschers hervor, die Autorität des Bischofs gegenüber der Archidiaconaljurisdiction der untern Gewalten, hier des Dompropstes, zu erweitern.
- 2) Hiermit kann nur die Ausgabe des Johannes Cincinnius de Lippia aus dem Anfang des 16. Jahrhunderts gemeint sein. Allein hier finden sich die Statuten nicht. Wir müssen also annehmen, dass in der Bibliothek von St. Ludgeri mit diesem Buch die Statuta des Joh. Lympurg, welche dasselbe Format haben, zusammengebunden waren.

1080.

* *Conrad, Bischof von Osnabrück, eignet dem Kloster Marienfeld das Haus Osthuis im Kirchspiele Ulethe (Oelde). Datum et actum in castro nostro Yburg a. D. MCCLXXIX feria secunda post Martini (November 13). — Or. Kl. Marienfeld U. 216; Abschr. Msc. I. 106. f. 57'; II. 11. p. 93; II. 77. p. 189.*

Das wohlerhaltene Siegel hat das Osnabrück'sche Rad im Secret.

1081.

* *Johann und Hermann von Dinklage tragen ihren Hof Dinklage nebst andern Gütern dem Stift Münster als Lehn auf ¹⁾, als Entschädigung für andere Münstersche Lehngüter, welche sie durch Verpfändung erworben hatten. 1279 November 15. Vechte. — Abschr. Msc. I. 1. p. 79.*

Reverendo domino suo Monasteriensi episcopo Ger(ungus) dapifer suus ceterique milites et famuli castellani sui in Vechte debitum in omnibus famulatum. Dominationi vestre presentibus protestamur, quod Johannes miles dictus de Dynclaghe et Hermannus filius suus pro decimis in Dungenstorppe et in Holtorppe, quas Detwardus dictus Kanne miles cum fratribus suis et Otto famulus dictus Friso a Monasteriensi ecclesia in feodo tenuerunt, assignaverunt eidem ecclesie in restaurum proprietatem curtis sue in Dynclage, duarum domorum in Westendorpe, domus in Sweghe, domus in Nydvelde. Verum si dictas decimas infra quinqueannium redimi contigerit, sine bonis prescriptis redibunt ecclesie memorate. Acta sunt hec in Vechte nobis presentibus: Gerungo dapifero, Hermannus de Spadowe ²⁾, Statio de Sutholte, Johanne Spryk, Nicolao et Allexandro Hovet, Rabodone Dusinc, Frederico de Sledesen, Detwardo Kanne, Bertrammo Nagdrynk militibus; Johanne de Schagen, Bernardo Kannen, Ottone Frisone, Herbordo de Sutholte, Hinrico Kannen famulis et aliis quampluribus. A. D. M^o CC^o. LXX^o. nono, XVII^o. Kalendas Decembris.

1082.

Vergleich zwischen dem Kloster Kappenberg und dessen Wachszinspflichtigen zu Lünen, bestätigt durch den Bischof Everhard von Münster. 1279 November 23. — Hier nach Erhard's Abschr. des Or. im Gr. Archive zu Kappenberg, eine andere Msc. II. 46. p. 1; gedr. Kindlinger Beitr. II. p. 286.

Nos Hartlevus Dei patientia prepositus, Bruno prior, totusque conventus ecclesie Capenbergensis universis ad quos presentia pervenerint cupimus esse notum, quod nos Hermannus dicto Selige et uxori sue, Luberto dicto Provest, Ludolpho Lore et uxori sue, Helenburgi uxori Wasmodi, Johanni Mindengut, Gerlaco over deme Kerichove, Everhardo marito Mergardis, Henrico servo Mergardis, Rodolpho de Nortlunen et uxori sue, Hermannus de Borich, Gerhardo de Brakele, uxori sue et filie sue, Johanni de Borich, Hadewigi sorori eiusdem, uxori Wintermastes, Rodolpho dicto de Man, Werenboldo et uxori sue, Margarete uxori lapicide, Gerhardo bi deme Santgwede et uxori sue, uxori Titmari Saleworten et liberis suis, Lamberto de Weisthorpe et suis pueris, Sifrido pellifici, sed uxori sue minime, uxori Hagenen, Thithardo mit den Beteren Swerde sed minime uxori sue et liberis eiusdem, cerosensualibus ecclesie nostre in oppido Lunen nunc commorantibus, et omnibus ab ipsis ex nunc propagatis, damus speciale ius cerosensualitatis, eximentes eosdem a iure communi cerosensualium nostrorum, scilicet cum aliquem predictorum mori contigerit, pro iure quod vulgo dicitur *Coremede* nobis exinde cedente, custos noster vestem recipiet superio-

¹⁾ Schon H. Sudendorf *Gesch. der Herren v. Dincklage I. p. 5.* vermuthet, dass die Herren v. D. ihre ursprüngliche bedeutende Besitzung zu Dincklage als freies Gut und nicht als Lehn innehatten, was durch diese bisher unbekannte Urkunde bestätigt wird. — ²⁾ So das Copiar. Auch die Vinnenberger U. dieses J. vom 21. Juni oben Nro. 1073. nennt ihn ebenso.

rem, vel duodecim denarios, si custodis arbitrio visum fuerit expedire. Preterea prehabiti cerocensuales nostri et eorum posteri pro licentia contrahendi matrimonium, ubicunque eis infra oppidum Lunen contrahere placuerit, custodi nostro duodecim denarios Monasteriensis monete persolvere non omittent, si vero extra oppidum contraxerint, tunc iure communi aliorum nostrorum in illo contractu cerocensualium tenebuntur. Insuper si prefati nostri cerocensuales vel ab ipsis progeniti oppidum Lunen sepedictum quocunque casu exierint, morati extra oppidum ad annum et diem, extunc tali iure privantur speciali. Hoc etiam notato, quod cives oppidi memorati voverunt nobis talem iustitiam se facturos, quod exnunc nullos recipiant in ipsorum civile consortium iure cerocensualitatis nobis atinentes, nisi nostra speciali licentia mediante. Si vero contra hoc fecerint, in receptis exnunc vel ad ipsos intransibiles nihil iuri nostro poterit deperire. Per has vero conditiones omnis dissentio, que inter cives oppidi prefati ex parte una, et nos ex altera, super iure nostro cerocensuali et iure ipsorum civili exorta fuerat, amicabiliter est sopita. Postremo cum compositio intra dictos cives et nos per has conditiones inducta per negligentiam non conscriberetur, prefati cives metas dictarum conditionum transgredi volentes, in eo quod tam infra quam extra, vel extra et infra oppidum contrahere licere sibi dicebant datis custodi nostro duodecim denariis, Bernardus custos noster, Conradus celerarius, Warmundus sacerdos, Bertoldus camerarius et frater Henricus dictus Horich iuraverunt compositionem sic editam, ut dicti cerocensuales nostri infra oppidum tantum licentiam contrahendi matrimonium haberent tam cum hominibus sue conditionis quam aliis, solutis pro eo custodi nostro duodecim denariis ut superius est expressum. Qui Bernardus, Conradus, Warmundus et ceteri predictae dissensionis fuerant reformatores. In cuius rei testimonium evidens nostro et nostri conventus sigillis presens pagina communitur Testes huius rei sunt: Heydenricus plebanus in Lunen, Ludolphus sacerdos, Wigmannus de Adene, magister Wernerus, Henricus filius suus, Bernardus cerdo, Christianus villicus de Camene et alii quamplures. Et nos Everhardus, Dei gratia Monasteriensis episcopus, ad petitionem dictorum prepositi et conventus ex parte una, et civium oppidi nostri in Lunen, sigillum nostrum presentibus literis fecimus apponi in robur et testimonium premissorum. Datum anno Domini M^o.CC^o.LXX^o. nono, in die Clementis pape et martyris.

Von den anhängenden Siegeln des Bischofs Everhard, des Propstes und des Convents von Kappenberg sind die beiden letztern sehr beschädigt.

1083.

* Graf Everhard von der Mark schlichtet einen wegen Überlassung von Wachszinsigen zwischen dem Ritter Herbord Culen und dem Kloster Kappenberg entstandenen Streit. 1279. — Abschr. Msc. II. 45. p. 114.

In nomine Domini. Amen. Nos Everhardus nobilis comes de Marcha universis ad quos presentia pervenerint volumus esse notum, quod cum dissensio verteretur inter dilectam nobis ecclesiam Capenbergensem et eius provisores ex parte una et Heribordum militem dictum Culen ex altera super hominibus subscriptis, quos idem Heribordus prefate ecclesie dedisse dicebatur iure cerocensualitatis possidendos, scilicet Gerwino de Ulenbroke et liberis, quos Aleydis sua uxor eidem pepererat, et liberis uxoris eiusdem Wilburgis priori mortue superducte, item Gotfrido dicto Hosleman cum suis liberis, Godefrido videlicet Rothgero Heynrico et Aleydi, item Aleyde de Cukeldorpe cum Everhardo Johanne Arnoldo Aleydi et Lutgardi suis liberis, item Everhardo de Aldendorpe cum Cunegundi sua uxore et liberis eiusdem, item Margareta de Aldendorpe cum Gerhardo et Johanne fratribus progenitis ab eadem, nos eiusdem dissensionis mediatores de consensu prefate ecclesie Capenbergensis dedimus prescripto Heribordo militi duodecim marcas legalium denariorum pro memoratis hominibus et omni spe posteritatis eorumdem, quos nobis et in manus nostras libere resignavit, et Henricus dictus Honsben, gogravius noster in Unha, et Richardus civis Hammonstris famulus noster eosdem de manu domine Richardis uxoris eiusdem militis et liberorum eorumdem, Johannis et Cunegundis, vice nostra receperunt. Deinde Heribordus prefatus quosdam hominum predicto-

rum, scilicet liberos Godefridi dicti Hosleman, Godfridum, Rotcherum, Heynricum, Aleydim et Wilburgim uxorem Gerwini de Ulenbroke negavit nobis se vendidisse, sed nos iuramento per dictum Heynricum gravium exhibito et nobis dimisso et sententiato, quod equivaleret ac si iuratum fuisset, eundem rationaliter predictos homines vendidisse convicimus, ut superius est expressum. Nos vero prefatos homines cum omni spe posteritatis eorundem dedimus et damus presentis scripti testimonio prehabite Capenbergensi ecclesie perpetuo possidendos. Testes huius rei sunt: Theodericus dictus Volenspit, Johannes frater eius, Godefridus de Huvele, Everhardus de Hesnen, Wescelus de Galen, Randolfus Hake, Engelbertus de Herborne, Albertus dapifer de Ludinchusen, Conradus de Magna domo et alii quam plures. Et nos presentes literas sigillo nostro confirmatas sepedicte Capenbergensi ecclesie dedimus in robur et testimonium evidens premissorum. Actum primitus in Boynen ¹⁾ et postremo ad pontem Wernen anno Domini millesimo CC. septuagesimo nono.

1084.

* *Das Stift Freckenhorst wird für ein von seinem Vasallen an das Kl. Marienfeld verkauftes Gut, von letzterem anderweitig entschädigt. 1279. — Or. Kl. Marienfeld U. 214; Abschr. Msc. I. 406. f. 69'.*

In nomine Domini. Amen. Jutta Dei gratia abbatissa in Vrekenhorst noticie fidelium declaramus, quod Hermannus miles dictus de Velsceten de beneplacito et consensu coheredum suorum, videlicet Cunegundis uxoris sue, Hermanni Johannis Jutte liberorum suorum, pro salute anime sue et suorum quendam mansum in villa Cudinchorpe ²⁾ situm, dictum Spelehus, in parrochia Ostenvelde cum colonis eiusdem mansi, videlicet Elberto Alheide et uno eorum filio Conrado, liberaliter contulit cenobio sancte Marie cum omni utilitate sua in perpetuum ab eodem cenobio possidendum. Cuius mansi proprietatem, cum nostre ecclesie attineret, ad instanciam eiusdem Hermanni predicto cenobio de consensu nostri capituli contulimus, recepta ab eodem cenobio cuiusdam mansi in Vechtlo proprietate. Ad huius facti memoriam et firmitatem in perpetuum habendam presentem paginam exinde conscriptam cautum duximus sigillo nostro et capituli nostri roborare. Huius rei testes sunt: Helmicus ecclesie nostre decanus, Iwanus, Rotcherus, Godefridus canonici; Bruno de Verenhove, Ludolfus de Walegarden, Johannes de Ruberge, Sifridus de Warendorpe milites et alii plures. Acta sunt hec anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo IX^o.

Das Siegel des Capitels zeigt den h. Bonifacius als Bischof, ein Kreuz auf der linken Brust, das der Aebtissin die h. Maria mit dem Kinde.

1085.

* *Tauschvertrag zwischen dem Grafen Otto von Ravensberg und dem Kloster Marienfeld. 1279. — Or. Kl. Marienfeld U. 217; Abschr. Msc. I. 406. f. 61'.*

In nomine Domini. Amen. Otto Dei gratia comes in Ravensberg universis Christi fidelibus presentium tenorem visuris vel auditoris in perpetuum. Sciant igitur tam presentes quam posteri, quod nos de consensu et beneplacito uxoris nostre Hadewigis et domini Lodewici fratris nostri prepositi ecclesie sancti Johannis in Osenbrugge, necnon et liberorum nostrorum, videlicet Hermanni, Lodewici, Ottonis, Bernardi, et omnium coheredum nostrorum cum domino Johanne abbate et conventu campi sancte Marie permutationem et concambium quarundam possessionum nostrorum ad invicem fecimus utilitatibus mutuis et commodis nostras, unam que appellatur Ripenlo cum Godefrido eiusdem domus inquilino et Lutgarde uxore

¹⁾ „Bönen“ östlich von Camen. — ²⁾ Bauersch. Köntrup oder Kentrup, Kspl. Ostensfelde, Kr. Warendorf.

sua necnon et duobus filiis eorum Henrico et Bernhardo, alteram vero que vocatur Middendorpe cum eius ascripticio Burchardo et Alheyde uxore sua et filia eorum Alheyde sitas in parrochia Eniggerlo ¹⁾ Monasteriensis diocesis, necnon duas casas in eadem parrochia videlicet Murkote, minorem Ripenlo et colonum eius Wichbertum et uxorem eius Lutgardim cum liberis eorum Henrico, Godefrido, Hermanno et Lutmode, insuper Alheydim de Merschus et duos liberos eius Johannem et Cunegundim. Nos vero vice versa recepimus ab eisdem fratribus duas domos, quarum una dicitur Lintlo ²⁾ et altera A, cum universis lironibus earundem, sitas in parrochia Rodhen Mindensis diocesis etc. presentem paginam — domini Lodewici fratris nostri prepositi supradicti et nostro ac uxoris nostre sigillis predictis fratribus dedimus communitam. Acta sunt hec a. D. M^o. CC^o. LXXIX^o. Huius facti testes sunt: Johannes et Renbertus de Rubo, Henricus Vinko, Henricus de Aspelecampe, Hermannus de Bramesche, Regenbode Top et Henricus frater eius, Ludolphus Nagel milites; Gerhardus et Henricus fratres de Duvelscop, Themo Nagel, Theodericus Horst.

Die drei sonst bekannten Siegel sind ziemlich gut erhalten.

1086.

Ein dem Kloster Marienborn geschenktes Gut wird dem Geber zur lebenslänglichen Nutzniessung überlassen.

1279. — Abschr. im Copiar d. Kl. p. 10; hieraus unvollständig gedr. bei Niesert Marienborn p. 67.

Soror Elizabeth dicta abbatissa ³⁾, Alradus provisor totusque conventus in Cosvelt presentium tenore sub sigilli nostri testimonio fideliter protestamur, quod Albertus confrater noster et famulus, conservator presentium, domum Huninc in villa Otterbeke in parrochia Geschere ⁴⁾ sitam, quam emit precio condigno erga Arnoldum de Erlere burgensem in Boicholte cum voluntate uxoris sue et heredum suorum, nostre contulit ecclesie proprietatis iure legitime possidendam. Nos autem post talem donationem et resignationem prefate domus factam cum tota pensione sua eodem iure, quo ante dictus Albertus nobis condonavit, concessimus ad vitam suam retinendam Ipse autem Albertus etiam hoc constituit, ut post mortem ipsius de redditu, quem dat iam sepe dicta domus bis in anno, annuatim hoc est Trinitatis et omnium Sanctorum fiat memoria eius specialis primo cum duobus solidis, secundo similiter cum duobus. Testes sunt: Alradus provisor noster, Conradus diaconus noster, Henricus et Jacobus confratres nostri a. D. M^o. CC^o. LXXIX^o.

1087.

* *Godfried von Meinhövel überlässt dem Kl. Kappenberg ein Gut und erhält von dessen bisherigem Lehns-träger ein anderes übertragen 1279 (1280) Januar 13. — Abschr. Msc. II. 45. p. 167.*

Nos Godefridus miles dictus de Meynhuvel universis ad quos presentia pervenerint notum facimus, quod Heynricus de Vitinchoven et uxor sua Heldegundis neptis nostra coram nobis constituti resignaverunt in manus nostras domum sitam in Semelinthorpe ⁵⁾ cum hominibus, quam de nobis iure possederant feudali, assignantes nobis pro dicta domo et hominibus sub concambii seu permutationis titulo minorem domum sitam in villa Gore ⁵⁾ ipsorum propriam, quam de nobis in feode receperunt, ea conditione previa,

¹⁾ Im Kspl. Ennigertloh finden sich beide Namen nicht. — ²⁾ Linteln, Kspl. Rahden, Kr. Lübbecke. Südlich von Rahden liegt Espelcampe, von welchem vielleicht der hier vorkommende Ravensbergische Ministerial Henricus de Aspelecampe seinen Namen hat. — ³⁾ Dieselbe tauschte im nämlichen Jahr den horigen Menricus von „Beatrix Dei gratia preposita in Vredene“ ein; Abschrift im Copiar des Klosters p. 9; gedr. bei Niesert Marienborn p. 68. — ⁴⁾ Vergl. oben Nro. 1060 not. 1. — ⁵⁾ Beide Namen sind nicht zu constatiren, wenn nicht bei Gore vielleicht an das Bittergut Goor, Kr. Bochum, zu denken sein möchte. Vergl. aber oben Nro. 157.

ut nos proprietatem dicte domus et hominum in Semelinthorpe conferremus preposito et conventui Capenbergensis ecclesie, qui eandem domum et homines a dicto Heynrico et uxore sua sibi pro viginti sex marcis rationabiliter compararant. Nos vero predicti Heynrici et neptis nostre et amicorum eorundem iustis petitionibus inclinati contulimus et conferimus per presentes, accedente uxoris nostre Sophye consensu voluntario et expresso, in figura iudicii Reckelinchusen coram Budden iudice dictam domum in Semelinthorpe et homines Albertum videlicet uxorem suam et liberos eorundem, prefatis . . . preposito et conventui Capenbergensis ecclesie, quos speciali dilectione prosequimur et favore, iure proprietatis perpetuo possidendam. Cuius rei testes sunt: Theodericus de Vitinchof marscalcus Coloniensis; Hermannus de Ludinchusen, Herimannus de Vitinchofen, Herimannus de Hede, Theodericus de Apelderbeke, Bernhardus senior de Pikenbroke milites; Johannes et Conradus Morrian, Bernhardus van der Sickenbeke, Hermannus de Rechede, Adam Rufus, Theodericus Kikge, Gerhardus de Barchusen, Godefridus de Rechede Vriydach, Israhel Crampe et alii quam plures. Et nos, ne prefata Capenbergensis ecclesia a quoquam in posterum impeti valeat vel turbari, presentes literas eidem dedimus roboratas sigillo nostro in testimonium evidens premissorum. Datum anno Domini millesimo CC. septuagesimo nono, in octava Epyphanie Domini.

1088.

* *Everhard, Domherr zu Osnabrück und Archidiacon in Dissen bekundet, dass er von dem Abte Johann und dem Convente von Marienfeld piscinam bonis ipsorum in Dodehusen ¹⁾ attinentem, in parochia Dissene ad australem partem dicte ville Dodehusen scilicet iacentem gegen Zahlung von 3 solidi angepachtet habe, cuius pensionis duo solidi ex bonis Hermanni Matevrendes in Karshem, de domo vero in Wage duodecim denarii predictis . . . abbati et conventui dominus Godefridus de Dissene et dominus Godefridus de Versmule plebani in die beatorum Crispini et Crispiniani martirum annis singulis presentabunt etc. Datum anno Domini M. CC. LXX. nono in die beatorum Fabiani et Sebastiani martirum. 1279 (1280) Januar 20. — Or. Kl. Marienfeld U. 2A5.*

Das Siegel ist nicht mehr vorhanden.

1089.

* *Der Münster'sche Bürger Blanke stiftet seine Memorie in der St. Ägidii-Kirche zu Münster. 1279 (1280) Februar 4. — Or. Kl. Ägidii U. 44^a; Abschr. Msc. I. 82. p. 723.*

Que geruntur in tempore, ne simul labantur cum lapsu temporis, poni solent in lingua testium vel scripture memoria perhennari. Sciant ergo tam presentes quam futuri, quod ego Johannes dictus Blanke, presentibus et consentientibus filiis meis Hartmanno et Alexandro, contuli collegio sanctimonialium ad sanctum Egidium quatuor solidos annuatim persolvendos de domo sita prope domum *Benignarum* in parochia sancti Egidii ²⁾, ut postquam defunctus fuero, memoratus conventus habens ex hiis consolationem anniversarium depositionis mee diem favorabiliter commemoret ac devote Quodsi Alexander filius meus totalem cum fundo vendere decreverit aliquando domum prefatam, que sibi cessit in partem hereditatis paterne, idem filius meus prefatam summam annuatim persolvendam alias in loco certissimo ac ecclesie beneplacito demonstrabit. Volo autem ut domina Margareta celleraria eosdem denarios ad suos accipiat usus quoad vivam, me vero defuncto conventus habeat tenore superius memorato. Igitur in argumentum stabilitatis perpetue sigillis domini Johannis scolastici de sancto Ludgero et Hartmanni filii mei eiusdem loci canonici presentem paginam feci consignari. Actum et datum anno Domini M. CC. septuagesimo nono presentibus: domino Gozwino preposito sancti Egidii, domino Johanne scolastico sancti Ludgeri, Johanne canonico An-

¹⁾ Tatenhausen bei Halle. — ²⁾ Jetzt das Krüger'sche Haus, der Einfahrt der Aegidii-Caserne gegenüber. Die Rente ist noch in Hebung.

grese, Hermanno, Hinrico et Theoderico sacerdotibus, Gerhardo Volucre, Hermanno de A, in vigilia purificationis.

Die beiden Siegel sind beschädigt.

1090.

* *Der Ritter Heinrich von Detten und die Wittve seines Unterlehnsmanne Wilhelm von Laer verzichten zu Gunsten der Johanniter-Commende zu Steinfurt auf ein Gut im Kirchspiel Laer. 1279 (1280) März 15. im Gogericht zu Laer. — Abschr. Msc. II. 13. p. 226; Niesert U.-S. V. p. 60. n. 11.*

Nos Henricus miles de Detthen omnibus . . . notum esse volumus, quod propter dissipationem mansus dicti Witzing siti in parrochia Lare, que tanta fuit, quod soluta decima vix inde haberi poterant duo molt ordei et avene, agrorumque suorum a quibusdam vicinis distractionem per quoddam inequale concambium, ut diximus, factam ab Wilhelmo bone memorie dicto de Lare, qui eundem mansum tenuit a nobis, sicut sui progenitores a nobis et a nostris tenuerunt progenitoribus, in quo Gertrudis eiusdem Wilhelmi uxor habuit usumfructum, que etiam ipsis, ut diximus, agrorum dissipatoribus warandiam prestitit, orta fuit nobis questio satis gravis inter nos et dictam dominam ex parte una et magistrum et fratres domus sancti Johannis in Stenvorde ex parte altera et suorum hominum maxime, qui huiusmodi agrorum concambium, ut diximus, fecerant inequale. Hac itaque questione nos urgente consideravimus hec de facili non posse revocari. Pro redimenda vexatione partis utriusque proborum virorum domini Thetmari de Havekesbeke, domini Roberti de Lare, domini Hugonis de Lecden ecclesiarum plebanorum ac sacerdotum stantes ordinationi et eorum deliberato consilio usi, dicta domina et nos ex consensu Beatricis uxoris nostre et accedente consensu et voluntate Otberti sculteti nostre curie in Detthen sui que filii Arnoldi et litonum, qui vulgare *Hygene* dicuntur, receptis a prenotatis fratribus XVI marcis, contulimus dictis fratribus eundem mansum cum suis attinenciis in pensionem annualem, pacto scilicet unius libre cere dande singulis annis in die palmarum in curiam nostram Detten, iure perpetuo possidendum, ea libertate, quod nec successu heredum morte interveniente aliquam dicti fratres a nostris successoribus huius mansus collationem requirant, nec aliquam nostri successores sive heredes sine indignitate ab eis sint expectantes dicti mansus acquisitionem ¹⁾, sed simpliciter dent pensionem prescriptam loco et tempore suo et maneant liberi et ab omnibus absoluti. Ad huius facti nostri pleniorum certitudinem antedicta matrona et nos venimus Lare coram iudicio, et ibi sepedicta matrona prius usufructu suo in manus nostras ad usus dictorum fratrum resignato, resignavimus per consequens et nos libere sepedictum mansum fratribus prenotatis, obligantes per presentes nos et nostros ad faciendam plenam warandiam, ubicunque et quotiescunque fuerimus requisiti et cum lex dicit, quod *iustum est, qui succedit in honore, succedat in onere*, volumus ut idem successores nostri faciant ut tenentur. Actum et datum Lare anno Domini M^o.CC^o.LXXIX^o. Idus Martii, presidente iudicio Wicboldo de Lare, assidente ei Joanne Crosen gogravio, domino Thiderico milite de Sconenbecke, Bertoldo filio sororis nostre, Wernero Magno, Henrico et Joanne litonibus nostris, Henrico sculteto Rolvinc ²⁾, Rodolpho Heregerinc, Adolpho Vullinc, presentibus et aliis quam pluribus fide dignis. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillavimus cum appensione sigillorum proborum virorum, domini Thetmari de Havekesbeke, domini Roberti de Lare ecclesiarum plebanorum. Ego Robertus plebanus de Lare sigillo fratrum Kalendarum ³⁾ usus sum.

¹⁾ Die ganze Stelle „ea libertate — acquisitionem“ ist corrumpt, auch hat schon Kindlinger sich vergebens bemüht, sie zu emendiren. — ²⁾ Vorgesessener des bekannten Schriftstellers Wernher Rolevine's aus Laer, der am Ende des 15. Jahrhunderts blühte. Vgl. Driver Bibl. Monast. p. 121. — ³⁾ Wohl die älteste Notiz über die Kalandsbrüderschaften des Münsterlandes.

1091.

* *Everhards, Grafen von der Mark, Urkunde über die erneuerte Eignung der Häuser zu Töddinghausen und Bergkamen, und über Everhards von Heringen Verzichtleistung auf alle seine bei dem Stifte Kappenberg und dessen Beamten stehenden Schuldforderungen. 1279 (1280) März 20. — Or. im Gr. Archive zu Kappenberg; Abschr. Msc. II. 45. p. 115.*

Nos Everhardus nobilis comes de Marcha universis ad quos presentia pervenerint cupimus esse notum, quod Everhardus dictus de Heringe, ministerialis noster, in presentia nostra Capenberg constitutus, voluntarie et expresse innovavit resignationem domorum sitarum in Thudinchusen et in Berickamene, factam patri nostro comiti Engelberto ¹⁾ recolende memorie, quas idem Everhardus pro suis denariis rationabiliter comparatas a patre nostro et a nobis iure possederat feudali, quarum proprietatem tam pater noster quam nos ecclesie Capenbergensi dedimus perpetuo possidendam; resignavitque nichilominus prefatus Everhardus de Heringe in manus nostras universa et singula debita, in quibus eidem ecclesia Capenbergensis et eius officiales tam intus quam foris tenebantur in denariis seu frumento, supplicans attentius et devote, ut nos domos predictas, quarum resignationem nobis innovavit, et debita tam denariorum quam frumenti in manus nostras resignata, Capenbergensi conferremus ecclesie, et eidem omnium predictorum prestaremus perpetuam warandiam. Nos vero piis eiusdem Everhardi petitionibus inclinati, predictas domos in Thudinchusen et Berickamene sitas, primum patri nostro et nunc secundo nobis resignatas, prehabite Capenbergensi ecclesie confirmamus iure proprietatis perpetuo possidendas. Et debita denariorum seu frumenti, quibus eidem Everhardo officiales sepedicte ecclesie tam foris quam intus tenebantur, nobis ut superius est expressum resignata, iam dicte ecclesie, quam speciali dilectione prosequimur et favore, ut legitimus et verus warandus conferimus nostrarum presentium testimonio literarum. Cuius rei testes sunt: Theodericus dictus Volenspit dapifer noster, Johannes frater suus, Godefridus de Huvele, Wescelus de Galen, Randolphus Hake, Engelbertus de Herborn milites; Pultianus filius domini Theoderici Volenspit, Wernerus de Letene, Hermannus de Herborn, Platere filius domini Lutberti de Heringe, et alii quamplures. Actum anno Domini millesimo ducesimo septuagesimo nono, feria quarta ante dominicam Oculi.

Das Siegel, in grünem Wachs abgedruckt und mit weissen Fäden angehängt, ist beschädigt.

1092.

* *B. Everhard überträgt dem Dechanten von St. Ludgeri einen zur Verbesserung seiner Präbenden angekauften, vom Hochstift lehnrübrigen Zehnten. 1280 März 29. Wolbeck. — Abschr. Msc. I. 70. f. 1; hieraus copirt Msc. II. 43. p. 108; IV. 3. p. 186.*

Everhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus. Omnibus presens scriptum intuentibus notum facimus, quod constituti coram nobis Ludolphus dictus de Wisch ac uxor eius Sophya, item filii et heredes, videlicet Henricus, Levoldus et Ludolfus, filie quoque scilicet Gostya et Gertrudis eorundem, resignaverunt in manus nostras de plena voluntate et consensu unanimi *losam decimalem* sitam in parrochia Alebragsteslo ²⁾ de quinque domibus quarum una est domus fratrum in Emmere, que solvit II solidos et minutam decimam; altera domus Alradine que solvit denarium tantum; due domus in Dunninctorpe: domus Thetmari II solidos et decimam minutam, domus Everhardi VIII denarios et decimam minutam; domus Gerhardi in Alstede II solidos et decimam minutam, recedentes plane ab omni iure quod habuerunt in decima memorata. Nos vero eandem decimam sic nobis vacantem de consensu decani tocusque capituli Monasteriensis contulimus et in hiis scriptis conferimus Hinrico decano ecclesie sancti Lutgheri Monasteriensis, quondam

¹⁾ Oben Nro. 870. — ²⁾ Kspl. Albersloh, Kr. Münster, wo aber die angegebenen Namen nicht mehr aufzufinden sind.

Alardi institoris filio, ad emendacionem prebende sue quam habet in ecclesia iam pretacta. Cuius rei testes sunt: Herimannus thesaurarius ecclesie sancti Lutgeri Monasteriensis; Lubertus presbyter, cappellanus noster; item Johannes de Darevelde et Hermannus de Spadowe milites; Lodewicus magister coquine, Randolfus camerarius. In cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum in Woltebeke, anno Domini M^o.CC^o. octogesimo, feria sexta proxima post annunciacionem beate Marie virginis.

1093.

* *Omer von Ostensfelde verkauft vor seinen Mitburgmännern zu Stromberg zwei Grundstücke an das Kloster Marienfeld. 1280 März 29. — Or. Kl. Marienfeld U. 223; Abschr. Msc. I. 406. f. 42.*

Nos Henricus burgravius et universitas castellanorum in Stromberg etc. Noverint igitur universi . . . quod Omerus de Ostensfelde miles, noster concastellanus, de communi et pleno consensu et beneplacito filiorum suorum, videlicet Ricquini militis, Adolphi; Hermanni, Johannis et aliorum coheredum suorum, acceptatis et acceptis viginti marcis numerate sibi pecunie a domino Johanne abbate et fratribus campi sancte Marie, vendidit eis domum quandam, que appellatur Uphof sitam in parrochia Hoswinkele cum asscripticiis suis videlicet Everhardo et uxore sua Wendelburge et duobus filiis eorum Bernhardo et Johanne, cum quadam casa que appellatur Rushob ¹⁾ cum inquilino suo Bernhardo et Jutta uxore sua et Megthilde filia eorum et Suaneburge nepte supradicti Bernhardi, et omnibus attinentiis suis silvis agris cultis et incultis ab ipsis perpetuo possidendam, accedensque idem Omerus ad presenciam nostram cum filiis suis supradictis dictam domum cum casa prefata ad se et ad posteros suos iure proprietatis pertinentem dictis domino abbati et fratribus cum omni integritate sua unanimi consensu resignarunt, abrenunciantes pure et simpliciter omni iuri quod ipsis in dictis bonis competeat vel in posterum posset competere quoquomodo. In cuius rei testimonium presens pagina est conscripta et sigillo castellanorum nostrorum fideliter communita. Actum in castro nostro Stromberg, presentibus domino: Lutberto plebano nostro, domino Henrico burgravio, Theoderico et Johanne de Vulfem Hermanno Hundertmarc, Hermanno de Beveren, Lutberto de Batenhorst, Henrico Ketelhot et aliis quam pluribus, anno Domini M^o.CC^o.LXXX^o, feria sexta post annuntiationem dominicam.

Das Burgsiegel ist ziemlich gut erhalten.

1094.

* *B. Everhard genehmigt die Gründung des vor der Stadt Hamm, im Gebiete der Grafschaft Mark, aber in der Diocese Münster angelegten Nordenhospitals. 1280 April 1. Wolbeck. — Abschr. sæc. XVI. Fr. Münster U. 175; andere Msc. II. 42. p. 245; 29. p. 125; VII. 5114.*

Nos Everhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus omnibus tam presentibus quam posteris cupimus notum esse, quod cum vir nobilis Everhardus comes et castellani de Marca ac oppidani in Hamme, fervore charitatis accensi, domum pro hospitalitate pauperum et infirmorum apud se, tamen in nostra diocesi, in parrochia Hesen construxissent, nostrum super eo consensum ut fierent ibi divina cum instantia requirerentes, nos habito consilio peritorum, accedente archidiaconi et plebani dicte ecclesie consensu, pie voluntati eorum consensimus in hunc modum, quod dicti comes castellani ac oppidani mansum unum situm in Rumpenhorst ²⁾ in eadem parrochia, quem de suis facultatibus compararunt, dicte ecclesie in Hesen in restaurum dederunt perpetue possidendum. Plebanus quoque ipsius ecclesie presbyterum in dicto hospitali preficiet, cui provisoires dicti hospitalis in proventibus quinque marcarum legalium providebunt annuatim, et oblationes altaris ibidem cedent eidem presbytero ibi celebranti, cui etiam plebanus in Hesene in

¹⁾ Colonat Rüschof, westlich von Harsewinkel. — ²⁾ Im Kspl. Heessen nicht mehr zu constatiren.

oleo infirmorum providebit. Idem quoque hospitale cimiterium cum oratorio habeat, in quo familia tantum ipsius domus, id est in eadem domo degentes tradentur sepulture. Si etiam in eadem parrochia mansum vel agros emerint provisos dicti hospitalis, providebitur quod in annona missali et aliis iuribus plebano et ecclesie non derogetur, salvo et iure archidiaconi in synodalibus, quod de iure debet salvum esse. Et hec omnia scripti memorie mandavimus ne in eis dubium oriatur, que sigillo nostro mandavimus communiti. Datum apud Walb(eke) a. D. M^o.CC^o. octogesimo, Kal. Aprilis.

1095.

* *Balduin, Herr von Steinfurt, überträgt dem Domcapitel ein Haus im Kirchspiel Greven 1280 April 4., nachdem Dietrich von Schonebeck, der den Zehnten davon zu Lehn trug, diesen in die Hände Bischof Everhards resignirt hatte. 1280 April 2. — Abschr. Msc. I. A. p. 434.*

Nos Baldewinus dominus de Stenvordia. Omnibus presentia visuris et audituris notum facimus, quod de expresso consensu Ottonis prepositi veteris ecclesie sancti Pauli Monasteriensis fratris nostri, Ludolfi filii nostri primogeniti et aliorum heredum nostrorum proprietatem domus Closterhus¹⁾ site in parrochia Greven honorabilibus viris preposito decano et capitulo ecclesie Monasteriensis cum omnibus suis attentis contulimus et conferimus in hiis scriptis. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo nostro fecimus communiti. Datum et actum a. D. M^o.CC^o.LXXX^o, feria quinta post dominicam Letare.

Transfixa prioris.

Nos Thidericus miles de Sconenbeke miles nosque Hermannus, Thidericus, Ludolfus et Lodewicus filii eiusdem Th. militis recognoscimus, quod nos constituti coram reverendo domino nostro Everhardo Monasteriensi episcopo feria tertia post dominicam Letare in civitate Monasteriensi a. D. M^o.CC^o.LXXX^o. decimam domus dicte Closterhus cum attentibus decimis, quas ab eodem domino Monasteriensi episcopo in feodo tenuimus, libere et absolute in manibus eius resignavimus. Super quo nos Thidericus miles predictus in testimonium premissorum presens scriptum sigillo nostro duximus roborandum. Nosque Hermannus Thidericus, Ludolfus et Lodewicus nati ipsius, quia propria sigilla non habemus, sigillo patris nostri utimur in presenti litera, quod pro nobis rogavimus apponi in testimonium premissorum. Datum a. D. die et loco ut supra.

1096.

* *Bischof Volquin von Minden überträgt gegen eine Entschädigung dem Kloster Lahde²⁾ einen Zehnten in Munder³⁾. 1280 April 8. — Or.⁴⁾ Kl. Marienfeld U. 223 a.*

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti Amen. Volquinus Dei gratia episcopus, Conradus decanus et capitulum ecclesie Mindensis universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium salutari. Notum sit omnibus tam presentis temporis quam futuri, quod cum ab antiquis temporibus decimam in Mundere nobiles quidam layci iure feudali tenuissent de manu Mindensis episcopi qui pro tempore prefuit, ipsius decime proprietate solummodo penes nostram ecclesiam remanente, nos tandem pia consideratione diligentius intuentes ad animarum potius pertinere salutem, quod ad religiosas personas cultui

¹⁾ Unbekannt. — ²⁾ Bei Petershagen, Kr. Minden, wurde 1305 nach Lemgo verlegt. — ³⁾ Im Fr. Calenberg, nördlich von Hameln. — ⁴⁾ Wie diese seit alter Zeit im Archiv des Kl. Marienfeld beruhende Urkunde dorthin gekommen, ist nicht ersichtlich. Dieselbe hat durch Feuchtigkeit so gelitten, dass einzelne Stellen nur mit Hilfe von chemischen Reagentien gelesen werden konnten.

divino vacantes huiusmodi decima transferretur, religiosis puellis . . . priorisse et conventui sororum inclusarum in Lodhen proprietatem totius decime antedictae cum omni iure quod nobis in ipsa decima compete-
 tebat donavimus et concessimus in perpetuum possidendam. Ad hoc autem faciendum earum religiositas
 et devotio nos induxit. Insuper in utilitatem ecclesie nostre de rebus sive substantia sororum earundem
 marce XX et una Bremensis argenti verse primitus fuerunt. Nullis ergo laycis seu aliis hominibus ipsa
 decima deinceps in feodo porrigetur. Quod si fieret collatio talis feodi, non teneret. Habent enim iam
 dicte sorores de nostra licentia de manu nobilium virorum Ludolphi comitis de Vunstorpe et Borchardi
 comitis de Welpa, seu aliorum ad quos ab ipsis comitibus huiusmodi decima quasi per modum feodi de-
 scendit, emendi seu recuperandi liberam facultatem. Resignationem quoque iam factam¹⁾ a comite de
 Welpa de media parte decime supradicte in manus pie memorie fratris²⁾ Ottonis episcopi Mindensis appro-
 hamus et presenti kartula confirmamus. Nam idem comes eo pacto resignavit ipsam mediam partem de-
 cime, quod apud cenobium sororum predictarum perpetuo remaneret. In huius igitur donationis ac con-
 cessionis testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum Minde anno Domini millesimo ducen-
 tesimo octogesimo, sexto Idus Aprilis. Testes huius rei sunt³⁾. . . .

Beide Siegel sind abgefallen.

1097.

*Das Kl. Marienfeld kauft ein Gut und erhält dasselbe vom Bischof Conrad von Osnabrück übertragen, nach-
 dem dieser das Obereigenthumsrecht vom B. Everhard von Münster erworben hatte. 1280 April 22. —
 Or. Kl. Marienfeld U. 222; Abschr. Msc. I. 106. f. 150; gedr. v. Ledebur Archiv VII. 142.*

In nomine Domini. Amen. Nos Conradus miseratione divina Osnabrugensis episcopus ad eternam me-
 moriam de tenore presencium a posteris retinendam. Ut ea, que nostris geruntur temporibus, perpetue
 stabilitatis robur obtineant et ad nasciture posteritatis pervenire possint memoriam cum salute, maturiori
 consilio provisum est, ut res geste sollempniter sigillatis apicibus eternentur. Igitur tam presentibus quam
 posteris clarius elucescat, quod venerabilis dominus Everhardus Monasteriensis episcopus, convencione
 facta super quadam curti que appellatur Suderlo in parrochia Vermule⁴⁾ sita, a domino Siffrido de Wa-
 rendorpe milite comparanda, mutato consilio benigne permisit, ut dominus Johannes abbas et fratres de
 campo sancte Marie eandem curtim a predicto milite datis eidem septuaginta et quinque marcis numerate
 pecunie legalis monete ad usus sue ecclesie compararent. Quo negotio secunda feria immediate post diem
 sanctum pasche in Warendorpe prospere consummato, dominus Monasteriensis episcopus iure convencionis
 et Siffridus dictus miles titulo possessionis predicto loco et tempore de eadem curti nobis voluntarie resi-
 gnata, ipsius curtis dominium cum omnibus attinentiis suis, videlicet silvis et pascuis agris cultis et incultis
 cum omnibus aliis proventibus suis, insuper colonis scilicet Wescelo et uxore sua Gerburge et liberis
 eorum Helmico, Levoldo, Johanne. Wescelo, Alheyde et Susanna, et casam eidem curti annexam cum
 colonis suis videlicet Hermanno et uxore sua Mechthilde et filio eorum Ludolfo, in manus nostras totaliter
 transtulerunt. Ad exprimendum eciam per omnia sui consensus et beneplaciti evidenciam, eodem loco et
 tempore ad nostram venerunt presenciam uxor predicti militis nomine Clemencia cum liberis suis, id est

¹⁾ Wohl 1271, gleichzeitig mit der bei v. Spilcker Gesch. der Gr. von Wölpe p. 27 u. 237 erwähnten Urkunde, worin Graf
 Burchard von Wölpe mit Genehmigung seines „avunculi“ des Grafen Ludolf von Wunstorf dem Kl. Lahde die Hälfte des
 ihm von Dietrich von Tysensen übertragenen Zehnten in Münder schenkt. — ²⁾ So genannt, weil er „frater ordinis pre-
 dicatorum“ war. — ³⁾ Für die Namen der Zeugen ist ein leerer Raum von mehreren Zeilen gelassen. — ⁴⁾ Wohl Colonat
 Surlage, Kspl. Vermold, Kr. Halle, ganz nahe der Gränze des Bisthums Münster, zu dessen weltlichem Besitz es nach
 Inhalt dieser U. im 13. Jahrhundert gehört haben muss.

Giselberto, Wescelo, Johanne, Jutta, Lutgarde, Clemencia, necnon Johannes et Cunegundis frater et soror eiusdem militis, insuper et Hermannus de Dranthen ipsius militis gener. et quicquid de predicta curti per dominum Monasteriensem episcopum et militem sepedictum ordinatum et factum fuerat, se ratum habituros coram nobis in perpetuum testabantur. Nos vero predicto modo a predictis omnibus resignatione, possessione et consensu istius facti super iam dicta curti et casa cum omnibus suis attinentiis cum plena auctoritate roborati, eandem curtim cum predictis attinentiis et colonis necnon et pensionem duodecim nummorum, quam ratione decime ipsius curtis a nobis in feodo predictus miles habuerat, nobis ab ipso milite resignatam, predictae ecclesie in perpetuum possessionem duximus transferendam. Ut autem hec appensione fecimus communiri. Huius rei testes sunt: dominus Johannes de Stromberg canonicus Mindensis, Hinricus plebanus veteris ecclesie in Warendorpe, Helmicus capellanus ibidem; Conradus domicellus de Retberg, Symon nobilis de Lippia, Hermannus de Langen, Theodericus de Sconenbeke, Bernhardus de Daverenberg, Hermannus de Velscten, Gerhardus de Quernhem milites; Otto Kersecorf, Vulfardus advocatus, Rodolfus de Lippia, Fredericus Slavus, Rembertus camerarius famuli et alii plures. Actum in Warendorpe anno Domini M^o.CC^o.LXXX^o. feria secunda post pascha.

Das beschädigte Siegel stellt den Bischof auf einem mit Thierköpfen geschmückten Sessel, in der Rechten den Bischofsstab, in der Linken ein Buch haltend, dar. Von der Umschrift ist noch zu lesen: . . . ADI DEI GRA OSNABURGEN. ECCE E . . .

1098.

* Adela, Äbtissin des St. Marienklosters in Überwasser, überlässt gegen eine Entschädigung das Eigenthumsrecht an einem von ihren Lehnsmanen an das St. Ludgeristift verkauften Gute dem B. Everhard. 1280
Mai 3. — Or. St. Ludgeri U. 7; Abschr. Msc. I. 70. f. 27; aus letzterem copirt Msc. II. 13. p. 108.

IV. 3 p. 159.

Adela Dei gratia abbatissa ecclesie sancte Marie Monasteriensis omnibus presentia visuris salutem in Domino sempiternam. Constituti coram nobis in domo nostra, priorissa et conventu nostro presentibus, Hermannus de Langen senior miles et Hermannus filius suus tunc famulus, Virginia (*sic!*) uxor Hermanni iunioris predicti, Ludike et Hermannus filii et Jutta filia, eorundem heredes legitimi, resignaverunt in manus nostras libere de plena voluntate et consensu unanimi domum suam sitam in Lare ¹⁾ iuxta pontem, qui dicitur Honschemme, in parrochia ecclesie sancti Mauricii cum agris, arboribus, aquis, pascuis, campis et omnibus attinentiis suis sicut iacuit et iacet, quam a nobis nomine ecclesie nostre in feodo habebant, promittentes per fidem suam, quod nunquam domum predictam per se vel per suos heredes repeterent vel aliquid de suis attinentiis memoratis, recedentes plane ab omni iure et actione, que ipsis et suis heredibus in bonis predictis competeret vel competere posset aliquo modo in futuro. Nos vero accepta resignatione huiusmodi proprietatem dictorum bonorum pro quinque marcis legalis monete, quas nobis dederunt decanus, thesaurarius, scolasticus et capitulum ecclesie sancti Luthgeri Monasteriensis, de consensu et plena voluntate priorisse et conventus nostri dedimus et presenti scripto damus venerabili patri et domno Everhardo episcopo Monasteriensi. In cuius rei testimonium et munimen presens scriptum tam nostro, quam conventus nostri sigillis communitur. Acta sunt hec presentibus hiis: magistro Luberto canonico Monasteriensi, Everhardo ecclesie nostre sancte Marie plebano, Thiderico et Syfrido presbiteris; item Godofrido et Rolando de Vegthorpe fratribus militibus; Ludolfo de Monasterio, Johanne scolastico et magistro Jacobo, canonicis sancti Luthgeri Monasteriensis, et Volthero officiali nostro, anno dominice incarnationis M^o.CC^o. octuagesimo, feria sexta post festum apostolorum Philippi et Jacobi.

Die beiden Siegel sind verloren.

¹⁾ Bauerschaft Laer, Kspl. St. Mauritz, im O. der Stadt Münster. Die über die Wese führende Brücke führt noch heute den

1099.

* *Everhards, Grafen von der Mark, Erklärung, dass er an die Vogtei des Stifts Kappenberg keinen rechtlichen Anspruch habe.* 1280 Mai 13. — Hier nach Erhard's Abschrift des Or. im Gr. Archive zu Kappenberg; eine andere Msc. II. 45. p. 116.

Nos Everhardus nobilis Dei gratia comes de Marcha tenore presentium protestamur universis, quod recognoscimus per presentes, nos nichil feodalis iuris vel hereditarie possessionis habere in bonis dilectorum nobis in Christo prepositi et conventus monasterii Capenbergensis, Premonstratensis ordinis, Monasteriensis dyocesis, ratione alicuius advocatie, sed simplicem et gratuitam commissionem tutele et defensionis eorum commissam nobis a dicto preposito et conventu, quamdiu circa ipsos seu bona eorum exhibuerimus nos utilem et honestum, sicut a progenitoribus nostris et patre nostro Engelberto recolende memorie accepimus, qui eandem ecclesiam sincero favore et promotione suis est temporibus prosequutus. Ne igitur hec commissio defensionis dicte ecclesie, ibidem a venerabili domino Hartlevo preposito et suo conventu sollempniter celebrata, et nostra econtra debita recognitio dilabente tempore a nostris et aliorum animis evolvatur, presentes literas eidem ecclesie contulimus sigilli nostri munimine roboratas, subnotatis testibus quorum hec sunt nomina: Gerhardus de Altena, Weselus de Galen, Theodericus Volenspit dapifer noster, Johannes frater eius, Randolphus Hake, Everhardus de Hesnen, Antonius de Scedingen, Engelbertus de Herboren, Heynricus de Wickede, Engelbertus Bitter, Adolphus de Weistwic, Theodericus Vridach, Theodericus de Hergotinchusen milites; Conradus de Curler notarius noster, Theodericus de Altena canonicus Sosatiensis ecclesie; Menricus de Brochusen, Johannes de Rure, Hermannus de Nehem, Arnoldus de Altena, item Arnoldus filius domini Arnoldi, Theodericus de Honswerte, Rotcherus de Svanesbolen castellani nostri tam in Marcha quam Altena et Camene commorantes, Henricus de Werve ¹⁾, Adolphus de Tunen, Lodevicus Risceber, Walramus de Hukerode ¹⁾, Arnoldus de Calthoven, Stephanus de magna domo, Wernerus de Letene, Hermannus de Scedingen, Johannes de Pikenbroke, Henricus Honsben et alii quamplures. Datum et actum Capenberg anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo, ipso die beati Servatii confessoris.

Das Siegel des Grafen ist in grünem Wachs abgedruckt.

1100.

* *Amnestiebrief B. Everhards für die Bürger von Coesfeld* ²⁾. 1280 Mai 14. — Hier nach Niesert's Abschrift des Originals im Coesfelder Stadtarchiv, Msc. III. 28 fol 5.

Nos Everhardus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus hoc scriptum intuentibus sive audientibus notum esse cupimus cum protestatione publica, quod nos scabinis et civibus in Cosveldia omnem rancoris molestiam, ipsis pro excessibus ipsorum, videlicet pro venditione cuiusdam vie, a nobis motam indulgemus, accepta ab ipsis emenda et satisfactione competente. Damus etiam emptoribus dicte vie predictam viam perpetuo possidendam. Relaxamus etiam omnes excessus in Cosveldia perpetratos, et in evidens signum testimonii huius rei damus ipsis scabinis et civibus supradictis hoc scriptum sigilli nostri munimine roboratum. Acta sunt hec coram subnotatis: Henrico dicto Kersekorf, nostro officiali, Alberto dapifero, Henrico Selekin, Hermanno monetario militibus; Ottone dicto Kersekorf, Weccelo de Kamenata, Johanne Menburgis, Henrico de Flameshem, Bernardo dicto Oltmekere et aliis quam pluribus fide dignis. Datum in crastino beati Servatii anno Domini M^o.CC^o.LXXX^o.

in der Urk. angegebenen Namen. Das betreffende Grundstück hiess nach einem Randvermerk des Copiars später „Nartarpps Erbe“, jetzt Schulze Notarp.

¹⁾ „Werne“ u. Huckerde“ Kindl. — ²⁾ Vgl. die U. vom 15. December dieses Jahres.

1101.

* B. Everhard genehmigt, dass Johannes Falconarius opidanus noster Cosveldensis campum Rosendale nuncupatum, agrum unum et arborem unam fagum, quos a nobis et ab ecclesia nostra Monasteriensi in feodo tenuit, an das Kl. Marienborn verkaufe und überträgt demselben das Eigenthumsrecht. Testibus: Alardo provisor dicti conventus, Gerhardo plebano de Ramesthorpe, Lutberto capellano nostro, sacerdotibus; Henrico dicto Kersecorf et Engelberto de Lon militibus; Ottone Kersecorf tunc iudice nostro in Cösfelde et alii. Datum Horstmare a. D. MCCLXXX, feria sexta post dominicam Jubilate (Mai 17). — Or. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archive; Abschr. im Copiar des Kl. Marienborn p. 11.

1102.

Ida abbatissa in Cosveldia et totus conventus et Alradus provisor verkaufen consorori nostre Hildegundi camerarie ad officium camere nostre pro X marcis annuatim XXVII¹⁾ modios siliginis mesure Cosveldensis de domo nostra Duthene²⁾ in parochia Vulphem et porcellum unum de proprio grege annuatim. Acta sunt hec a. D. MCCLXXX vigilia ascensionis (Mai 29). — Abschr. im Marienborner Copiar p. 15; gedr. Niesert Marienborn p. 69.

1103.

Vor B. Everhard als Herzog und oberstem Freigraf seiner Diöcese wird dem Capitel des alten Doms ein Gut übertragen. 1280 Juli 10. Im bischöfl. Palast. — Abschr. Msc. I. 61. f. 3; hieraus copirt IV. 2. p. 253. gedr. Niesert U.-B. I. II. p. 18.

Everhardus Dei gratia ecclesie Monasteriensi episcopus. Omnibus presens scriptum visuris perpetuo notum esse cupimus, quod constituti in nostra presencia Cesarius dictus de Schetelike et Metteldis uxor sua simul cum Cesario Henrico et Gherhardo filiis et Beatrice filia eorundem, recognoverunt publice, se sua quondam bona, videlicet curtem Westerrothe³⁾ sitam in parochia Notlon cum hominibus ac quibuscunque aliis dictorum bonorum nullo excepto attinentiis, decano et capitulo veteris ecclesie sancti Pauli Monasteriensi vendidisse legaliter mero proprietatis iure septuaginta marcis numerate sibi pecunie, predictam nobis ad manus ipsorum decani et capituli ac eisdem insimul pure et libere cum consensu prefatorum liberorum suorum tradentes et deinceps abrenunciantes simpliciter et absolute omni iuri, quod tam ipsis quam iam dictis presentibus vel adhuc forte futuris eorum liberis seu heredibus posset quoquo modo competere in premissis, modo predicto venditis et translatis. Prefati quoque tam presentes quam liberi de vicio et evictione venditorum et traditorum huiusmodi caverunt predictis decano et capitulo perpetua quoad iuris exigenciam cautione. Preterea coram nobis et ad nostram interrogationem est sentencialiter per Hinricum dictum Selekinem militem diffinitum, quod premissa sic acta coram nobis utpote nostre civitatis et dyocesis duce et supremo nichilominus libero comite, a quo principaliter omnia dictorum locorum tam publica quam occulta dependent iudicia, adeo rata et firma de iure debent existere, ac si eadem coram tribunali liberi comitis comicie illius, in qua dicta curtis est sita, cum solemnitate circa huiusmodi consueta alicubi diversis vicibus acta essent. Ut igitur supra dicta rata et inconversa permaneant, presens pagina nostro et Cesarii predicti sigillis munita, nichilominus sigillis venerabilium virorum Brunsteni decani, Thiderici thesaurarii et magistri Hinrici cantoris ecclesie nostre in premissorum testimonium communitur. Acta sunt hec Monasterii coram nobis in domo nostra iuxta capellam beati Michelis sita⁴⁾, ibidem presen-

¹⁾ Nicht XXVIII, wie Niesert hat. — ²⁾ Deuthen, Kspl. Wulfen, Kr. Recklinghausen. — ³⁾ Schulze Westrow, Bauerschaft Uphoven, Kspl. Nottuln. — ⁴⁾ Das heutige Regierungsgebäude zu Münster.

tibus predictis decano thesaurario et cantore, magistro Lutberto et magistro Hinrico officiali, ecclesie nostre canonicis; item Ottone de Stenvorde preposito, Volcquino decano, Johanne custode, Cristiano, Themone, Johanne Anglico et Alberto predictae veteris ecclesie canonicis, magistro Wilhelmo nostro notario, item magistro hospitalis de Stenvorde; item laycis Thiderico de Schonenbeke, Hinrico et Cesario de Selekinc fratribus et Alberto de Wetherden militibus; item civibus Monasteriensibus Alberto et Hinrico fratribus et Alberto dictis Travenemanne et aliis quampluribus anno Domini millesimo ducesimo octogesimo, feria quarta ante festum beate Margarete virginis.

1104.

* *Der Edle Godfried von Gemen resignirt zum Behuf seines Sohnes Goswin die obere und untere Burg Gemen in die Hände seines Lehnsherrn, des Grafen Dietrich von Cleve, der diesen nach geleistetem Eid der Treue auch damit belehnt. 1280 Juli 10. Wesel. — Hier nach dem Original im Geh. Staats-Archive in Berlin und nach einer authentischen Abschrift im Archive des Herrn Grafen von Landsberg-Gemen ¹⁾; eine andere Msc. VII. 2302.*

Universis presens scriptum visuris et audituris ego Godefridus miles nobilis de Gemen cupio esse notum, quod de consensu et consilio parentum et amicorum meorum et mei libera voluntate, prehabita deliberatione sufficiente, castrum meum Gemen superius et inferius integre cum omnibus bonis et attinentiis, que hactenus tenui et mei progenitores tenuerunt a viro nobili domno Theoderico comite Clivensi et suis progenitoribus titulo feodi libere, in manus ipsius domni mei comitis Clivensis resignavi, ipsi castro meo et bonis predictis ad usus Gosvini senioris filii mei plane et manifeste renunciando, quibus bonis et castro, ut petivi, idem Gosvinus a domno comite infeodatus est modo debito et consueto. Ego vero Gosvinus predictus existens domnus de Gemen profiteor me tanquam ligium fidelem dictum castrum Gemen integre superius et inferius titulo ligii feodi cum omnibus bonis, que pater meus a domno comite Clivensi tenuit, ab ipso domno comite in feodum suscepisse et acceptasse et me fecisse et prestitisse eidem domno meo comiti Clivensi, prout ligius fidelis facere tenetur et prestare, debitam fidelitatem et fidelitatis debitum iuramentum, promittens fide et iuramento prestitis et factis, in ipsius domni mei comitis Clivensis obsequio et voluntate tanquam ligius fidelis cum castro meo Gemen, bonis meis et corpore meo, consilio et auxilio iugiter permanere. Preterea nos Godefridus et Gosvinus prenominati cum filiis et fratribus nostris universis promittimus sub fide et iuramento prestitis, quod in memoribus dictis Homar et Meynt, nec etiam in ceteris memoribus ipsius domni comitis Clivensis usquam venationes aliquas facere non debemus nec exercere, omni iuri, si quod habuimus in dictis memoribus Homar et Meynt ratione venationis, plane et plenarie renunciando. In cuius rei robor et testimonium nos Godefridus et Gosvinus pariter presentibus literis nostra sigilla, ne premissa valeant imposterum ab aliquibus violari, duximus apponenda, et sigilla nostrorum amicorum et consanguineorum, qui premissis interfuerunt, et per quos premissa existunt ordinata, videlicet viri venerabilis domni Th(eoderici) prepositi Xantensis, domni Gherlaci de Ysenburg, domni Everwini de Goterswic virorum nobilium, Hinrici domni de Lecka, Stephani domni de Sulen, domni Bernardi de Strungede, Sveteri de Alpem nostrorum consanguineorum, domni Theoderici de Vonderen, domni Theoderici de Monemeten et domni Rutgeri de Borstade rogavimus apponi, ut premissa maiorem habeant firmitatem. Actum et datum Wissele feria quarta ante diem beate Margarete virginis anno Domini M^o.CC^o.LXXX^o ²⁾.

Von den angeführten Siegeln sind erhalten: das des Propstes von Xanten, Everwins v. Güterswich, und ein drittes, einen aufgerichteten Löwen darstellend, mit der Umschrift: SIGILLUM EVERHARDI MILITIS DE HORST, welches dem noch heute üblichen Wappen des Recklinghausen'schen Geschlechts derer von Horst entspricht und den Beweis liefert, dass seine Erwähnung in der Urk. nur durch einen Zufall ausgefallen sein kann.

¹⁾ Aus der die Lücken des am untern Rande zerstörten Originals wiederhergestellt werden konnten. — ²⁾ Niesert U.-S. IV. p. 447. findet es auffallend, dass in diesem Lehnbrief der Vogtei über das Stift Vreden nicht mitgedacht werde, wie dies

1105.

* *Das Kl. Marienfeld erweist eidlich sein Eigenthumsrecht an einem Hause. 1280 August 7. Warendorf. — Or. Kl. Marienfeld U. 219; Abschr. Msc. I. 406. f. 57'; II. 43. p. 133.*

Nos Everhardus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus etc. Notum sit igitur universis quod cum Wolbero ¹⁾ de Gore et Lodewicus de Ichorne, layci, fratres de campo sancte Marie super domo sua Osthus ²⁾ sita in parrochia Olethe, quam sine lite et libere semper possederant, ausu temerario inpetrent, ius proprietatis sibi in predicta domo iniuste vendicare cupientes, tandem ad presentiam nostram Woltbeke causam suam cum eisdem fratribus probaturi venerunt. Auditis igitur hinc inde partibus, quesita et data est sententia, quod predicti fratres suam iusticiam probandi potius quam pars adversa liberam habere deberent facultatem, astantibus viris honestis et fide dignis videlicet: Luberto cappellano nostro, Wilhelmo notario, Wescelo de Lembeke, Conrado Stric, Hermanno de Bermetvelde, Alexandro de Raystede, Johanne clerico, Hermanno iudici (*sic!*), Veremboldo de Duth militibus; Lodewico de Hulveren, Hermanno de Zungere, Otrico de Aldorpe, Heinrico de Ekensceyden, Heinrico de Scedeliken, Remberto camerario, Randolfo camerario, Andrea Brotspindere, Cole et reliqua familia nostra feria tertia ante festum beati Jacobi ³⁾. Feria vero quarta ante festum beati Laurentii ⁴⁾ prelibate ecclesie fratres in cymiterio Warendorpe coram nobis probationem iusticie sue sub confirmatione iuramenti, secundum quod iudiciaria eis dictaverat sententia, sunt executi etc. Testes autem sunt hii: Lubertus cappellanus noster, Gerlacus Bitther de Stenhus, Wescelus de Lembeke, Gerlacus de Beveren, Henricus Kersecorf, Bertramms de Walegarden, Hermannus de Velsceten, Siffridus de Warendorpe milites, Vulfardus advocatus, Johannes de Stumpenhusen, Gerhardus iudex de Warendorpe et alii plures. Actum anno Domini M^o.CC^o.LXXX^o, diebus ut supra.

Das Siegel Bischof Everhards ist beschädigt.

1106.

* *Eignung eines Hauses zu Schmintrup ⁵⁾, durch den Grafen Everhard von der Mark, an das Stift Kappenberg. 1280 August 15. — Or. im Gr. Archive zu Kappenberg; Abschr. Msc. II. 45. p. 116.*

Nos Everhardus nobilis comes de Marca universis visuris presentia protestamur, quod Conradus dictus de Methlare ⁶⁾ et Beatrix sua uxor, Arnoldus privignus suus, Conradus et Christina heredes eiusdem, in ripa fluminis Lippie ad pontem sancti Christofori constituti, resignaverunt in manus nostras proprietatem domus sue site in Smikindorpe, dicte ad Tiliam, ad utilitatem prepositi et conventus ecclesie Capenbergensis, qui dictam domum a dictis Conrado, uxore sua et eiusdem heredibus pro octo marcis rationabiliter compararunt. Et nos ob specialem dilectionem, qua dictam ecclesiam et personas prosequimur, damus ipsis proprietatem dicte domus site in Smikindorpe, dicte ad Tiliam, iure proprietatis eisdem perpetuo possidendam. Cuius resignationis nobis facte testes sunt: Gerhardus de Altena, Godefridus de Hovele, Theodericus Volenspit et Johannes frater eiusdem, Anthonius de Schedinke, Engelbertus Bitter, milites et castellani in Marca, et alii quamplures. In cuius rei testimonium evidens sigillo nostro presens pagina communitur. Datum et actum anno Domini M^o.CC^o. octogesimo, in die assumptionis beate virginis Marie.

Das mit gelben Fäden angehängte grosse kreisförmige Siegel zeigt, auf einer vielblätterigen Rose liegend, einen einfachen Wappenschild mit dem Märkischen Schachbalken, über welchem ein wachsender Löwe hervorragt, mit der Umschrift: SIGILLUM COMITIS EVERHARDI DE MARCA. Auf der Rückseite befindet sich ein kleinerer Schild mit dem Schachbalken ohne Löwen, mit der Umschrift: SIGILLUM SECRETUM.

in allen Lehnbriefen nach 1384 geschehen. Dies rührt aber daher, weil der Vertrag über die Vogtei erst am 13. Januar 1281 abgeschlossen wurde, ap. Niesert l. c. p. 442, wengleich die Urkunde nach Münster'scher Rechnung noch das J. 1280 führt.

— ¹⁾ Ist Nominativ, entsprechend der Form Adalbero. — ²⁾ Axthausen bei Oelde. Siehe oben Nro. 962 und 963. —

³⁾ Juli 23. — ⁴⁾ August 7. — ⁵⁾ Im Kspl. Werne, Kr. Lüdinghausen. — ⁶⁾ „Methler“ Kr. Hamm.

1107.

Theoderich von Schonebeck verkauft vor dem Freigerichte zu Nordkirchen ein Gut an das Kloster Kappenberg.
1280 August 22. — *Abschr. Msc. II. 45. p. 448; gedr. Kindlinger Beitr. III. p. 223.*

Nos Theodericus miles dictus de Sconenbeke universis, ad quos presentia pervenerint, protestamur, quod de voluntario et expresso consensu domine Heleguigis uxoris nostre, Hermanni, Theoderici, Ludolphi, Lodewici et Bernardi filiorum ac heredum nostrorum vendidimus legitime et rationabiliter . . . preposito et conventui monasterii Capenbergensis proprietatem mansi in Horsthorpe ¹⁾, dicti Bukinc, siti in libero comitatu Johannis de Reychede, pro tribus marcis et dimidia legalium denariorum monete Monasteriensis, resignantes dictum mansum et proprietatem mansi eiusdem cum filiis nostris prefatis, prout ipsorum nomina sunt expressa, in loco iudiciali qui dicitur Nortkerke presidente iudicio eiusdem liberi comitatus Wolfardo de Rocgenhulsen, dictis . . . preposito et conventui monasterii Capenbergensis iure proprietatis perpetuo possidendum. Idem autem Wolfardus liber comes dicti comitatus Johannis de Reychede, assumpto secum Wilhelmo de Ascheberg et liberis subscriptis Henrico de Dachboldinc, Henrico de Gelcinc, Gerhardo Bernardo et Johanne dictis de Gerkinthorpe, Brunone de Horstorpe et Rodolpho de Pikenbroke, investivit Conradum cellerarium monasterii Capenbergensis predicti pro se et suo conventu in proprietatem dicti mansi, prout est debitum et consuetum. Cuius rei testes sunt: Bernardus de Pikenbroke, Godefridus de Rikenberge, Conradus de Tullinchoven, Godefridus de Winslare et Heribordus Cule milites, Johannes de Reychede prefatus, Godefridus de Reychede, Bernardus Crampo, Herimannus Crampo, Christianus de Wischolo, Gerlacus de Horne, Aldolphus Rufus, Otto de Sendenen, Otto de Buchesvorde, Gerhardus de Tusinc, Walramus de Hukerde *vemenoti* et alii quamplures, qui omnes et singuli in memoriale testimonii evidentis receperunt a monasterio Capenbergensi sepedicto arras debitas et consuetas. In cuius rei testimonium et munimen, ut prehabitis preposito et conventui in Capenberg nostra predicta venditio rata et firma permaneat, sigillum nostrum et sigillum Alberti militis dicti dapiferi generi nostri, presentibus sunt appensa. Datum in octava assumptionis beate Marie anno Domini M^o.CC^o octogesimo.

1108.

*Everhard, Bischof von Münster, bestätigt einen zwischen dem Grafen Egbert von Bentheim und dem Decan Brunsten und dem Kapitel der Münsterischen Kirche abgeschlossenen Gütertausch. Der Graf giebt mit Einwilligung seiner Gemahlin Hadewig und seiner Erben — heredum suorum qui tunc vixerunt — Otto, Johannes, Ecbert und Heylewigis seine Curtis in Ostenhem ²⁾, das Haus Middelhof und eine Hütte in Hollaghe ³⁾ super rivum Crumbeke ⁴⁾ im Kirchspiel Detten an das Kapitel und erhält dafür von demselben das Haus, in welchem Wescel Hergherinc wohnt und das Haus des Hermann Rolovingh ⁵⁾. Acta sunt hec apud Gymmethe (Gimte bei Greven) presentibus . . . Brunsteno decano, Theoderico de Dorenborgh thesaurario, Adolfo vicedomino etc. Datum anno D MCCLXXX, feria secunda post Gereonis et Victoris (October 14). — *Abschr. Msc. I. A. p. 297; hieraus copirt II. p. 44; gedr. Niesert U.-S. VII. p. 444.**

¹⁾ Nicht mehr zu constataren; im Kspl. Nordkirchen findet sich aber jetzt noch die Bauerschaft Pickenbrock.

²⁾ Bauerschaft Austum, Kspl. Emsdetten.

³⁾ Bauerschaft Hollingen ebenda.

⁴⁾ Heute wohl der „Mühlenbach“ in der Bauerschaft Hollingen.

⁵⁾ Nicht „Holovingh“ wie Niesert hat.

1109.

*Hermann, edler Herr von Osede bestätigt, dass er die vom Stift Münster lehnührige Freigrafschaft, Krumme-
grafschaft ¹⁾ genannt, dem Bischof Otto II. ²⁾ verkauft habe, und resignirt nun dieselbe in die Hände Bischof
Eberhards. 1280 October 18. Münster. — Or. Fr. Münster U. 178; Abschr. Msc. I. 1. p. 17; gedr. aus
letzterem Niesert U.-B. I. II. p. 63.*

Nos Hermannus nobilis dominus de Osede tenore presentium recognoscimus, nos de consensu et voluntate liberorum et heredum nostrorum, Bernhardi videlicet, Conradi et Weneri, ac etiam filiarum nostrarum Aleydis, Agnetis et Ode, liberam quondam comisciam (*sic!*) nostram que *Crumme-grafschaft* dicitur, cum quodam manso dicto Mattenheim, et alio manso sito in villa Belen, cum vassallis, feodis, et liberis hominibus eidem comiscie attinentibus, agris, pascuis, nemoribus, viis et inviis, nec non omnibus aliis attinentiis suis, quocumque nomine censeantur, que omnia de manu episcoporum Monasteriensium quicumque pro tempore fuerunt tenuimus, venerabili patri Ottoni Monasteriensi episcopo secundo vendidisse pro certa pecunie quantitate, quam etiam summam pecunie secundum conventionem inter nos habitam hinc et inde recognoscimus nos integraliter recepisse. Ne vero predicta venditio cuiquam in dubium veniat, ipsam comisciam cum omnibus attinentiis suis predictis in manus venerabilis patris domini Everhardi Monasteriensis episcopi, ad suam et successorum suorum ac ecclesie Monasteriensis utilitatem, nos et filius noster Bernhardus pro nobis et aliis liberis et aliis heredibus nostris predictis, eorum consensu requisito et habito, denuo duximus presentialiter resignandam et presentibus resignamus. Si qui vero sint, vel aliquis, qui nobis imponant vel imponere voluerint vel voluerit, quod ipsos vel ipsum de aliquibus bonis ad dictam comisciam pertinentibus infeodaverimus, ipsis vel ipsi nullam prestabimus warandiam. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli nostri munimine roboratur. Acta sunt hec Monasterii presentibus hiis: Theoderico scolastico, Henrico cantore, magistro Lutherto canonicis Monasteriensibus, Themnone et Johanne canonicis veteris ecclesie sancti Pauli Monasteriensis, Lutherto capellano domini episcopi Monasteriensis; Johanne de Darevelde, Henrico Kersecorp, Hermanno de Spadowe militibus; Hermanno de Sungere, Ludolpho de Sandberge, Alberto kemerario, Henrico clavigero ³⁾ in Waltbeke, Arnolde valkennario, et aliis quamplurimis clericis et laicis. Anno Domini M^o.CC^o. octogesimo, quintodecimo Kal. Novembris.

Das Siegel ist verloren gegangen.

1110.

*Albert, Sohn des Ritters Sueder von Münster, verkauft vor B. Everhard sein Recht an der Hove Campwordesbeke ⁴⁾ an das Capitel zu St. Mauritz, erhält dieselbe als Amtmann zurück und wird mit der Vogtei darüber vom Edlen Balduin von Steinsfurt ⁵⁾ belehnt. 1280 October 30. Wolbeck. — Orig. Colleg.-Stift St. Mauritz U. 1^a; Abschr. s. XIV. Msc. VII. 1005. f. 33; s. XV. Msc. I. 69. f. 176'; gedruckt ⁶⁾
Wilkens Gesch. der St. Münster p. 138.*

Everhardus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus. Omnibus in perpetuum presens scriptum visuris notum esse cupimus, quod constituti in presentia nostra apud Waltbeke Albertus quondam Suederi dicti de

¹⁾ Gehörte nach dem Vermerk auf der Rückseite zum Amt Sassenberg, das Mattenheim (Mattelmann Kspl. Harsewinkel, oben Nro 849) und Beelen gleichfalls umfasste. Diese Freigrafschaft ist also verschieden von der „krummen Freigrafschaft oppen Dreyne“, die wir oben zu Nro. 793 erwähnten. — ²⁾ 1247—1259. — ³⁾ Der Schütter.

⁴⁾ Diese Urkunde beweist, dass das Capitel seine früher Absicht (vgl. die Urkunden v. J. 1272 oben Nro. 916 u. 918), die bis dahin vom Propste lehnührige Villication dieser Hove nunmehr der genannten Familie vom Dechanten im Namen des Capitels verleihen zu lassen, nicht durchzusetzen vermocht hat. Die curia Campwordesbeke, deren Name noch jetzt in der

Monasterio militis filius et heres, Agnes mater sua, Aleydis uxor eius, Suederus presbiter, Bernhardus subdyaconus, Suederus et Hermannus laici fratres ipsius Alberti, Heylewigis soror eiusdem publice recognoverunt coram nobis omnes et singuli, quod omne ius, quod habebant vel habere poterant quoquo modo omnes vel aliquis eorum in curia Campwordesbeke, sita iuxta civitatem Monasteriensem, cum hominibus, agris, piscuis, viis et inviis, aquis, piscaturis, domibus, casis et aliis quibuscunque ad dictam curiam pertinentibus tam in fructibus quam in iure, sicut eadem ab antiquo adhererant, se decano et capitulo ecclesie sancti Mauricii extra muros Monasterienses pro centum et quindecim marcis Monasterienses monete numerate sibi pecunie vendidisse, dictam curiam cum omnibus pertinentiis suis antedictis in manus nostras ac decani et capituli ad usum et utilitatem eorundem absolute libere ac integraliter resignantes. Insuper idem Albertus,

Bauerschaft Kemper, Kspl. St. Mauritz, erhalten ist, wird für die Geschichte dadurch wichtig, dass die Stadt Münster zum Theil auf derselben erbaut ist. Bernhard Tegeder kann im Copiar des Stifts, Msc. I. 69, den Verlust der dazu gehörigen Güter nicht genug beklagen und äussert insbesondere f. 42 sich auf's kräftigste gegen die Räubereien der Villici: „Ecclesia nunquam consecuta fuit omnia huius curtis iura et attinentias. Soe hundesvotte weren se.“ Interessant ist aber was er dem hinzufügt: „Omnes agri des roden et mansi ibi de cley et ceteri circumcirca ad hanc curiam ab antiquo pertinebant, immo omnis ager et campus usque ad ecclesiam S. Martini, ita ut ex singulis domibus platee horsterstrate dabatur denarii areales villico huius curtis. Habuit etiam villicus primam piscaturam semper, quando piscabat civitas ex ibidem circa murum fossis.“ — Ich habe im Index zu Erhard's Regesta fol. 68 darauf aufmerksam gemacht, dass wie schon der bischöfliche Villicus in der Stadt Münster, Wulhard, im J. 1177 sich von diesem Amt „de Monasterio“ nennt (Erh. C. 388), so auch in derselben Zeit eine Familie, welche im Besitz der erblichen Villication der domcapitulari-schen „curia de Brochus“ oder „Brochof“ (vgl. oben Nro. 201 u. 808), der andern Haupthove, auf welcher die Stadt Münster erbaut ist, war, diesen Namen „de Monasterio“, der Erh. C. 543 im J. 1195 schon in der deutschen Form „van Munstere“ vorkommt, gleichfalls angenommen habe. Aus der vorliegenden Urkunde ersehen wir nun, dass auch die nur vom Stift St. Mauritz abhängende Villication der Münster'schen Hove Campwordesbeke dem damit belehnten Geschlechte gleichfalls den Namen von Münster verschaffte, in Betreff welcher kein Beweis vorliegt, dass sie mit den beiden erstgenannten in verwandtschaftlichem Zusammenhange gestanden. Wenn wir daher ausser dem Wappen der Herren von Münster-Brochof (Urkunden des Fr. Münster v. 1268, des Kl. Aegidii v. 1270, des Kl. Ueberwasser v. 1284), welches einen quergetheilten Schild enthält, noch ein anderes finden (U. des Kl. Aegidii v. 1439) mit einem Querbalken, oder (U. d. Stifts Freckenhorst v. J. 1362) mit zwei Querbalken, so ist es möglich, dass deren Inhaber der Familie von Münster-Campwordesbeke angehörten. — Von Wichtigkeit aber ist die vom Herrn von Hatzfeld bei dieser Gelegenheit gemachte Bemerkung, dass mit dem zweiten die Wappen der Stadt und des Fürstenthums Münster in späterer Zeit übereinstimmen, nur dass beide letztere verschieden tingirt sind. — Zur Geschichte des Namens derer von Münster liefert die Urkunde oben Nro. 934 eine nicht unwichtige Parallele, weil sie ergibt, dass der Besitz der Erzbischöflichen Villication in der Stadt Soest, nicht bloss dem Amtmann oder Schulzen, sondern auch dessen Bruder die Bezeichnung „de Susato“ als Familiennamen beigelegt hat.

⁵⁾ Dies Geschlecht gehörte mit zu den Gründern des Stifts und führte auch noch in neuerer Zeit den Titel der Edelvögte von St. Mauritz. Vgl. darüber auch das Copiar l. c. p. 56': „A prima, ut aiunt, fundatione collegii, datus est nobilis dominus de Stenvordia ecclesie in protectorem et advocatum, de quo latissime in munimentis suis, et in libro quem habet idem domicellus vetustum de iuribus et fundatione ecclesie nostre,“ das sich noch bestimmter darüber f. 147 äussert: „Consule librum antiquum et verum apud dominum Stenvordensem, in quo sunt fundacio, privilegia et iura ecclesie nostre et advocatie.“ Dies Buch scheint zu Tegeder's Zeit, am Ende des 15. Jahrhunderts, noch vorhanden gewesen zu sein, wie er denn auch f. 201' wirklich „Ex rotulo domini Stenvordensis advocati“ gewisse Notizen beibringt. Da nun über die Gründung des Stifts durch die beiden Bischöfe Friedrich I. 1064—1084 und Erpho 1085—1097, so wie über dessen älteste Geschichte bis zum J. 1137, wo das Stift zum erstenmal urkundlich erwähnt wird, Erhard C. 224, alle Documente verloren sind, so dass das älteste nur abschriftlich vorhandene erst dem J. 1142 angehört, Erhard C. 240, so würde es von höchster Wichtigkeit sein, wenn es gelingen sollte, in dem Fürstlich Steinfurter Archiv dies Buch wieder aufzufinden. Diesem Geschlecht muss auch die edle Kunegunde angehört haben, von dem es im Kalendar des Stifts l. c. f. 11' zum 18. März heisst: „Obiit Kunegundis nobilis que dedit nobis curiam Provestinehof in Ochtorpe cum suis attinentiis“, wie dies die Urkunde Balduins von Steinfurt v. J. 1315, ib. f. 440' beweist. — Während nun also über die eine Haupthove der Stadt Münster, die Campwordesbeke, die Edlen von Steinfurt die Advocatie ausübten, müssen wir aus Erhard C. 361 folgern, dass über die andere im Besitz des Domcapitels befindliche, den Brockhoff, dasselbe Recht den Grafen von Tecklenburg bis z. J. 1173 zugestanden hat.

⁶⁾ Fälschlich zum J. 1283. Aber das Original hat in dem Datum hinter „octogesimo“ einen Punkt, so dass „tercia“ zu „Kalendas“ gezogen werden muss.

qui curiam prefatam cum pertinenciis suis tamquam villicus, qui *ammelman* vulgariter dicitur, a preposito, decano et capitulo sancti Mauricii receperat et advocaciam eorumdem bonorum a nobili viro domino B. de Stenvordia iure receperat feudali, Hermannum dictum Cruke de dicta infeodavit advocacia ad utilitatem et emolumentum decani et capituli ecclesie S. Mauricii supradicte. Ita, quod nec idem Albertus nec aliquis heres suus in posterum aliquid iuris in dicta sibi poterunt vindicare advocacia, nisi pro tanto quod quandocunque decanus et capitulum sancti Mauricii predicti obtinere poterint a nobili viro domino de Stenvordia, quicumque pro tempore fuerit, quod ius advocacie predictae eis cedat, vel donec idem Albertus ipsam advocaciam ad utilitatem decani et capituli predictorum libere ratione iuris, quod ipse quondam in eadem habebat vel adhuc habere poterit, resignabit. Item deductum fuit in pactum, quod si dictus Hermannus moreretur, Alberto supersite in vita, quod quemcunque decanus et capitulum s. Mauricii eidem Alberto presentaverint ad infeodandum suo nomine, illum sine difficultate qualibet infeodabit secundum conventionem habitam inter ipsos. Ut autem supradicta omnia et singula rata permaneant et inconvulsa, presens scriptum nostro et nichilominus honestorum virorum Hermannii et Bernhardi fratrum de Ludinchusen militum consanguincorum Alberti, et suorum predictorum sigillis insimul est munitum. Acta sunt hec coram nobis apud Waltbeke, ibidem presentibus: Thiderico thesaurario, magistro Hinrico cantore, Gerharo dicto de Monasterio et Thiderico dicto de Heringen canonicis Monasteriensibus, magistro Hermanno s. Ludgeri Monasteriensis decano, Luberto nostro capellano, Rotgero dicto Germestat sacerdote, et Johanne dicto Plateman veteris ecclesie s. Pauli Monasteriensis canonico, item Machario decano, Hinrico scolastico, Frederico dicto de Warendorpe et Gerharo de Marcha dicte ecclesie s. Mauricii canonicis; Hermanno de Bleshere milite; Ludekino de Vechtorpe, Hinrico clavigero nostro, Gerlaco de Nūlton, Ernesto de Beveren, Gyselero de Heringen et aliis compluribus. Anno Domini M^o.CC^o. octogesimo, tercio Kalendas Novembris.

Die Siegel sind sämtlich abgefallen.

1111.

Das Capitel des alten Domes zu Münster bekundet, dass es den am Mauritzthor gelegenen Hof Hoyne dem Priester Gotfried von Lecden, Cristina der Tochter Heinrichs von Gettert und Cristinens Kindern auf Lebenszeit gegen eine Pacht von drei Schillingen — secundum quod hura in civitate Monasteriensi dari consuevit persolvendorum — vermietet habe. — Datum Monasterii anno MCCLXXX. in crastino B. Martini episcopi (November 12.) — Abschr. Msc. I. 61. fol. 32; gedr. Wilkens Gesch. d. St. Münster p. 138.

1112.

* *B Everhard tauscht gegen ein von dem Vasallen verkauftes, vom Hochstift Münster lehnrübriges, Gut ein anderes ein. 1280 December 15. Horstmar. — Orig. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archive; Abschr. im Copiar des Kl. Marienborn p. 10.*

Nos Everhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus universis presentia visuris notum esse cupimus, quod nos ius proprietatis domus dicte Boging¹⁾ site in parrochia Gesgere, quam Hermannus de Gemethe miles tenuit a nobis et ecclesia nostra in feodo, quam quidem domum cum suis attinentiis dilectis in Christo abbatisse et conventui monasterii in Cosfeldia idem Her. miles vendidit, eidem conventui contulimus, recipientes ab eodem milite ius proprietatis domus dicte Henning cum suis attinentiis site apud Kumpe²⁾ in parrochia Aldenberge ad usus nostros et ecclesie Monasteriensis, quam domum predictus Her. miles nobis et ecclesie nostre predictae contulit eodem iure, quo ipse domum, quam predicto conventui vendidit, a

¹⁾ „Boing“ Bauersch. Tungerloh, Kspl. Gescher, südöstlich von diesem Dorfe. Vgl. d. U. Nro. 1115.

²⁾ Bauersch. Kümper, Kspl. Altenberge, Kr. Steinfurt.

nobis et ecclesia nostra tenuit et possedit, presentibus: Bernardo plebano in Horstmare, Luberto capellano, Alardo provisore conventus predicti, presbiteris; Heinrico de Vullen, Lodewico de Aldenberge militibus et Heinrico coco eiusdem monasterii in Cosfeldia ac aliis quam pluribus. Actum et datum apud Horstmare dominica post festum beate Lucie virginis a. D. M^o.CC.LXXX^o.

Das Siegel ist nicht erhalten.

1113.

B. Everhard verzeiht den Bürgern von Borken gewisse Vergehen und bestätigt die ihnen vom Bischof Dietrich und andern seiner Vorgänger gewährten Privilegien¹⁾. 1280 December 15. — Or.²⁾ Fr. Münster U. 180^a; gedr. Nünning Mon. p. 171.

Nos Everhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus universis presentia visuris notum esse cupimus, quod nos omnibus civibus in Borken excessum perpetratum in quadam sententia ab eis confirmata condonamus, et excessum, quem fecerunt infra munitionem nostram Borken per nimiam extensionem cuiusdam sepis, pro qua ipsos in causam trahi feceramus, omnemque excessum, quem habuerunt ratione quorundam ortorum, quos extra portas dicte munitionis fecerant in palude, eis similiter condonamus, indulgentes eisdem civibus omne ius sive iustitiam, quam a temporibus reverendi patris ac domini Theodorici episcopi bone memorie ac omnium successorum suorum nostrorum predecessorum; iuxta tenorem privilegiorum suorum, habere consueverunt. Super quo presens scriptum predictis civibus sigillo nostro dedimus communitum. Datum anno Domini M^o.CC^o.LXXX^o. dominica post festum beate Lucie virginis.

Das Siegel ist nicht mehr vorhanden.

1114.

* Gerthrudis Dei gratia abbatissa in Herssebroke bekundet, dass sie ein Haus in Buckeslo³⁾ im Kirchspiele Herssebroke von der Äbtissin Jutta in Vreckenhorst gegen Ländereien in der Villa Wiselderren im Kirchspiele Unctorpe⁴⁾ eingetauscht habe. Unter den Zeugen erscheinen: Hermannus plebanus in Herssebroke, Bruno dictus de Remota Curia⁵⁾, Ludolfus de Walegarden, Arnoldus dictus Credo milites. Anno D. MCCLXXX, XIII. Kal. Januarii (December 20). — Or. Stift Freckenhorst U. 49; Abschr. Msc. I. 94. p. 49.

Das Siegel der Aebtissin hat sehr gelitten.

1115.

* Dem Kl. Marienborn wird ein von demselben angekauftes Gut⁶⁾ vor dem Stellvertreter des Bischofs übertragen. 1280 December 28. — Orig. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archive; Abschr. im Copiar des Kl. Marienborn p. 40.

In nomine Domini. Amen. Ut presentibus dubium tollatur, et posteris veritas elucescat, nos castellani de Novo Castro omnibus presens scriptum visuris et auditoris cupimus esse notum, quod domina abbatissa et alie domne Cisterciensis ordinis de Cosvelt et domnus Hermannus de Gimmethe et uxor sua donna Cunegundis et omnes sui heredes et Hinricus frater suus et omnes sui heredes in nostra presentia consti-

¹⁾ Worüber Nichts bekannt ist. — ²⁾ Aus Niesert's Nachlass erstanden. — ³⁾ Bauersch. Pixel, Kspl. Herzebrock, Kr. Wiedenbrück. — ⁴⁾ Nicht zu constatiren; an die Bauerschaften Lütke Uentrup an der Lippe, Kr. Beckum, und Uentrup auf dem linken Lippeufer, Kr. Hamm, ist hier wohl schwerlich zu denken. In beiden wenigstens findet sich „Wiselderren“ nicht. — ⁵⁾ Vernhove? — ⁶⁾ Vgl. oben Nro. 1112.

tuti elegerunt domnum Matheum iudicem ex utraque parte loco domni nostri episcopi Everhardi, sicut domnus Alhardus provisor dictarum dominarum et domnus Hermannus iam dictus de Gimmethe coram predicto domino nostro episcopo in Horstmaria ordinaverant. Sepe dictus dominus Hermannus et uxor sua et sui heredes et Hinricus frater suus et sui heredes domine abbatisse predictae et conventui Cisterciensis ordinis in Cosvelt domum sitam in Tungerlon dictam Bogine cum omnibus hominibus in eadem domo manentibus, scilicet Hinrico domestico et uxore sua cum omnibus pueris suis et fratre predicti Hinrici Gerhardo extra domum commorante, benigne et liberaliter resignaverunt. . . . Datum et actum a. D. millesimo ducentesimo octogesimo in vigilia Thome apostoli coram probis viris et fide dignis, scilicet Lutdolfo decano, Alhardo, Conrado sacerdotibus; Conrado Strich, Gerhardo Bonenberg, Johanne qui dicitur Husche, qui huius rei geste sunt fideiussores, Cesario de Redebroke, Octone filio domini Mathei, Egidio dicto de Asbeke, Gerhardo de Ion, Hinrico de Keppele, Mathia qui dicitur Gasse militibus; Matheo de Thunen, Johanne de Emete, Hermanno de Keppele, Hinrico de Coldenhoven et fratre suo Wescelo, Theoderico de Gesteren et aliis quam pluribus.

Das anhängende Siegel, welches eine Burgmauer mit Thurm vorstellt, hat sehr gelitten.

1116.

* Gütertausch zwischen den Klöstern Kappel bei Lippstadt und Marienfeld. 1280. — Or. Kl. Marienfeld U. 220; Abschr. Msc. I. 106. f. 148.

Nos Alexander prepositus, Conegundis priorissa totumque collegium ancillarum Christi in Cappele universis fidelibus geste rei noticiam. Pensionem trium solidorum, que nobis singulis annis de curti fratrum campi sancte Marie in Selehorst¹⁾, que appellatur Helewech, debebatur, eidem fratribus perpetuo iure tradimus percipiendam. Pro qua sane pensione quosdam agros sacionales ecclesie nostre adiacentes, quos olim feudali iure ab ecclesia predictorum fratrum tenerant Johannes de Bulte et uxor eius Gertrudis cives Lyppenses, cum omni utilitate sua sepedicti fratres in nostrum transtulerunt dominium ab ecclesia nostra in perpetuum possidendos, ut videlicet indemnitati ecclesiarum in hoc facto, sicut et in omnibus agendis convenit, consulatur. Porro ad declarandum et confirmandum unanimem nostrum de hoc facto consensum, presentem paginam exinde conscriptam domini Gerhardi abbatis ecclesie in Lesbern et nostro et ecclesie nostre sigillis cautum duximus roborari. Huic rei presentes fuerunt: dominus Gerhardus abbas in Lesbern, Eggehardus prior in Quernhem, Everhardus plebanus parochialis ecclesie in Lesbern, Bernhardus cellerarius campi sancte Marie, Everhardus conversus et alii plures. Acta sunt hec anno Domini M^o.CC^o.LXXX^o.

Die Siegel sind nicht mehr vorhanden.

1117.

Die Äbtissin Ida von Marienborn verpflichtet sich der domna Mechthildis Welkeneresce für empfangene fünfzig²⁾ Mark jährlich, so lange wie sie lebt, drei Malter Getreide, nämlich 18 Scheffel Roggen und 18 Scheffel Gerste, nebst vier Mark zu geben, und bekundet, jene Summe zum Ankauf des Erben Menhardinch³⁾ im Kspl. Südlohn verwendet zu haben 1280. — Abschr. im Marienborner Copiar p. 11⁴⁾; gedruckt Niesert Marienborn p. 70.

¹⁾ „Selhorst“ Kr. Wiedenbrück. — ²⁾ Nicht fünf, wie bei Niesert l. c. — ³⁾ „Menert“ nach Niesert. — ⁴⁾ Ebendasselbst p. 40 findet sich noch eine nicht datirte Urkunde derselben Aebtissin; worin sie erklärt, dass „Lutbertus parochianus in Dulmania, commorans in villa Wellethe (Bschft. Wette, Kr. Coesfeld), ab omni iure proprietatis absolutus et a domino suo Rodolfo Cobbine in ecclesia nostra manu resignatus“ Wachszihsiger ihrer Kirche geworden sei.